Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oter de
officialibus
et de
~~pascuis~~
jure pascendi

Bibliotheca



Palatino
Düſseldor-
piensis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Donné à la Bibliothèque Electorale

Par

M. Coenen pour sa Patente d'ancien Conseiller de la Ville de Duren.

Duſseldorff le 30. Mars 1774.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# D. ANTONII FERNANDEZ
# DE OTERO
## J. C. CARRIONENSIS,
# OPERA JURIDICA
*Duobus Tomis Digeſta.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

D. ANTONII FERNANDEZ

# DE OTERO

J. C. CARRIONENSIS,

OLIM IN PINTIANA ACADEMIA INSTITUTIONUM Civilium Cathedræ Moderatoris; deinde in Pintiano Regio Senatu Forenſium Cauſarum Patroni,

# TRACTATUS DE OFFICIALIBUS REIPUBLICÆ,

NECNON OPPIDORUM UTRIUSQUE CASTELLÆ,

*Tum de eorundem Electione, Uſu & Exercitio.*

OPUS NON SOLUM TIRONIBUS, SED ETIAM MAGISTRIS perneceſſarium, duplici Indice, Capitum ſcilicet, & Rerum locupletatum.

EDITIO NOVA, AUCTIOR ET ACCURATIOR.




COLONIÆ ALLOBROGUM,

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. L.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Stn RG 391 (2)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# PROLOQUIUM
## AD
# LECTOREM.

PRÆFATIONUM uſus, in Librorum editionibus, non omnibus probatur, utpotè quæ Lectori in altum properanti remoram injicere videantur, & Genium rem ipſam cominùs videre geſtiens retinaculis importunis præpediant. Cui etenim bono, inquiunt, Tabellæ publicè propoſitæ velum obducere, & præſentem voluptatem avidis præripere oculis jamjam ad illam contemplandam ardentibus? vel eſurientem atque menſæ aſſidentem longiore diſcurſu convivam deſtinere, qua ſcilicet arte, quibusvè condimentis edulia parata ſint, quaſi aures priùs quàm os & venter, ſaturandæ ſint? At verò cæteri, quibus ſanior reſidet ſententia, quamvis prolixiora Lectorem fatigantia Prolegomena explodant, non tamen recuſant ea quæ brevem totius Operis ſynopſim exhibent tanquam in ſpeculo, ut hac ratione mens imbuta primis rei differendæ rudimentis, faciliori negotio intentionem Authoris percipiat, & delicatiori oblectatione ſingularum totius Operis partium pulchritudinem intueatur.

Quare operæ pretium duxi compendiariam hujus Tractatus delineationem in limine præponere, duabus diſtincti partibus, quarum prior agit de Officialibus Reipublicæ Hiſpanorum, ſive utriuſque Caſtellæ in genere: poſterior verò Prætores, ſeu Judices Ordinarios Civitatum & Oppidorum tam Regiæ Coronæ, quàm privatorum Toparcharum in ſpecie conſiderat.

Ampliſſima quidem materia eſt juxtà ac utiliſſima, ſiquidem in omni Republica benè conſtituta, Magiſtratuum inſtitutio principem locum ſibi facilè vindicat, ſine quorum authoritate, prudentia, & diligentia ſtare minimè poteſt; ut quemadmodum exercitus ſine Imperatore ab hoſtibus nullo negotio debellatur ac diſſi-

patur, & navis ſine gubernaculo evidentiſſimis ſubjacet naufragii periculis, non abſimili quoque ratione Civilis Societas non niſi ſapientiſſimorum Officialium conſilio & poteſtate conſiſtit, neque tranquilla pace frui poterit, niſi præſideant qui totam rem civilem publicam & privatam ſapientiâ ſuâ componant & gubernent. Omnia tamen, quæ ad hunc Tractatum revocari poſſent non congero; ſed ut mei moris eſt, ſelectiora & utiliora ad praxim forenſem, necnon politicam exhibeo, quæ nimirum obſervanda veniant in electione Officialium, ut digniores ſemper præferantur omníſque ambitioni via præcludatur; ut legitimè electi confirmentur à Principe, vel Baronibus, quorum juriſdictioni ſubſunt; ut confirmati munus ſibi impoſitum ſubeant, etiam inviti, ac diligenter perſolvant; ut præficiendi requiſitis qualitatibus ornentur; ut debito loco ſedeant; & incedant abſque confuſione & tumultu, meritíſque donentur ſalariis; qua ratione creentur Officia, retineantur, extinguantur, vel amittantur; aliáque quamplurima ſcitu digna, ac ſpecialia, quæ ſequens Capitum utriuſque Partis ſyllabus ſummo digito commodiùs indicabit.

Quæ omnia legum Civilium & Pontificiarum authoritatibus, appoſitis etiam quibuſdam ſacræ Scripturæ locis, Hiſtoriarum monumentis, & eruditiſſimorum Juriſperitorum deciſionibus ac ſententiis exornantur, ut non modò Dicaſterium ſeu forum judiciale profitentibus neceſſaria, ſed & cujuſvis ſtatus ſeu ordinis hominibus utilia non minùs quàm jucunda fore videantur. Hoc tamen Lectorem monitum velim, ut errata, quæ hac tempeſtate vix evitari poſſunt in Typis, judicio ſuo ſuppleat & emendet, & quæ Authori jure imputari non debent, benigna æquitate ferat & ignoſcat.

BIBLIO-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# BIBLIOPOLÆ
## LECTORI MONITUM.

ANnus nondum elapſus eſt, ab Operum omnium *Joannis Gutierrez* Editione noſtra; in cujus perfectionem, *Indicem* præcipuè generalem, prorſúſque novum, tot & tantos impendimus labores ac ſumptus, ut ſpei de ea conceptæ reſponderit fauſtus eventus. Ulteriùs ergo progredientes, & Eruditorum votis annuentes, qui ponderis ac momenti ejuſdem à nobis expoſtulant alios Auctores, in præſenti ſiſtit *Antonius Fernandez de Otero*, perilluſtris in Jure Conſultus, cujus Opera partim ab aliquot annis deficiebant, ſeparatimque tantùm venundabant. In Parmenſi namque Editione, Bondeni quidem adnectebantur Animadverſiones & Ampliationes ad Oteri Tractatum *de Paſcuis & Jure Paſcendi*; verùm omiſſa deſiderabatur ejuſdem Oteri *de Officialibus Reipublicæ* Tractatio. Lugdunenſis Editio Tractationem hanc ultimam complectebatur, at ei non erant annexæ prælaudatæ Bondeni Notæ & Additiones. Hæc omnia ſparſim edita conjungentes, Auctoris noſtri, ejuſque Commentatoris Continuatoriſve tibi præbemus Editionem, BENEVOLE LECTOR, omnibus numeris abſolutam, & quantum fieri potuit, erratis vacuam. De his Tractatibus, præſertim jam evulgatis, eorumque Auctoribus ſatis ſuperque cognitis, amplior tecum nobis non erit ſermo, certo confiſi animo rem tibi haud ingratam nos exequi; quo perducemur ad alia non minùs exquiſita utiliáve abſque intermiſſione edenda. His interim non invitus fruere, ſtudiiſque noſtris favens, in æternum vale. *Datum Coloniæ Allobrog. Kalend. Januar. ann.* 1732.

# INDEX CAPITUM
## PRIMÆ PARTIS.


CAPUT I. QUID *Officialium nomine comprehendatur, & quid ſit electio.* Pag. 1

II. *De his quæ generaliter obſervanda ſunt in electione Officialium.* 3

III. *De qualitate eligendorum ad Officia Reipublicæ.* 9

IV. *In electionibus Officiorum an ſemper obtineat quod ſit à majori parte, & cavendum ſit: Et quid ſi electores in pari numero contrarientur cùm diſcordent.* 20

V. *Electio ſeu nominatio Officialium utrum debeat fieri de digniori, an ſufficiat in utroque foro de digno, Et ſi indignus, & incapax nominetur, & eligatur, an Electores poteſtate eligendi priventur & quis tunc debeat eligere.* 22

VI. *De Confirmatione electionis Officialium quæ à Superiore neceſſariò eſt petenda, quomodo debeat fieri, & de ejus effectu.* 27

VII. *De prohibita Officium continuitate.* 30

VIII. *De pluralitate Officiorum prohibita, & quando permiſſa.* 34

IX. *Utrum Officia ſorte poſſint conferri, & ab hoc ſortis Judicio appellari valeat.* 36

X. *De Officiorum diviſione inter nobiles & plebeios. Et an unus ſtatus poſſit præſcribere contra alium Officia Reipublicæ.* 38

XI. *Officialium electio ſeu nominatio an per appellationem à contradicente interpoſitam ſuſpendi poſſit, an verò ex ejus executione, & poſſeſſione Officii tradita cauſetur attentatum.* 46

XII. *Electi & nominati ad Officia Reipublicæ ea tenentur acceptare, & quomodo compellentur & ex quibus cauſis excuſari*


Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſari poſſint, & de praxi proponendi excuſationes. Pag. 51
XIII. Officia Reipublicæ, durante tempore, pro quo nominatio ſeu electio facta eſt, an revocari poſſint; & quid ſi ad beneplacitum vel ad nutum fuerint conceſſa. 62
XIV. De præcedentiis Officialium Reipublicæ. 67
XV. Officia Reipublicæ an procurari & ambiri poſſint. 75
XVI. De Officialium Reipub. Salariis. 76
XVII. Officia reipublicæ quomodo extinguantur & amittantur. 78
XVIII. De obligationibus, intereſſe aut pœnis quibus ſubjaceant eligentes ſeu nominantes Officiales Reipublicæ & de Officialium fidejuſſoribus. 79

## PARTIS SECUNDÆ.

Caput I. De Prætoribus Civitatum, & Villarum eorumque locum Tenentibus, & Judicibus ordinariis cujuslibet oppidi tam Regiæ Coronæ, quàm privatorum Dominorum, ſeu Baronum. 83
II. De Alguacelis ſeu Birorariis. 90
III. De Officio Cuſtodis Carceris vel Commentarienſis. 92
IV. De Officio Judicis in Hiſpan. vulgò vocati Alcade de la Hermandad, & aliorum miniſtrorum, vulgò Quadrilleros. 95
V. De Officio Tabellionis ſeu Notarii. 102
VI. De Officio Decurionis. 106
VII. De Officio Diſquiſitorum, ſeu Cenſorum victualium, qui vulgò dicuntur Fieles Executores de baſtimentos. 107
VIII. De Officio Sindici ſeu Procuratoris generalis. 110
IX. De Procuratoribus Curiarum quos dicimus, Procuradores de Cortes. 116
X. De Officio Oeconomi Civitatis, Villæ ſeu cujuſcumque Concilii qui vulgò dicitur Mayordomo de propios. 124
XI. De Officio Theſaurarii publici, & regalis, & cujuslibet Depoſitarii publici ſeu privati per Judicem conſtituti. 131
XII. De Officio Depoſitarii publici horrei qui vulgò dicitur Mayordomo del poſito: 143
XIII. De Officio Cuſtodis murorum portarum Civitatis, portus, itinerum, ſeu montium, frugum, vinearum. 145
XIV. De Officio Exactorum tributorum, ac vectigalium Regni, & Eleemoſinarum Bullarum. 150
XV. De Officio Campſoris ſeu Cambiatoris publici qui vulgò dicitur Cambio & Numularii, qui dicitur banco. 154
XVI. De Officio Ponderatoris Auri, Argenti, & aliorum metallorum, qui vulgò apud nos vocatur Contraſte, & de mercatore publico. 162
XVII. De Officio Hoſpitatoris publici, quem vulgò vocamus Meſonero. 165
XVIII. De Officio alterius Hoſpitatoris, qui Caſtellæ ſermone dicitur Apoſentador. 172
XIX. De Officio Proxenetæ, venditionum, & aliorum contractuum, qui vulgò dicitur Corredor. ibid.
XX. De Officio Deſcribentium vicinos in publico æſtimo, vulgò Padron Cenſitorum quos in Hiſpania vocamus Empadronadores y Deſagraviadores de pechos y tributos. 182
XXI. De publicis Menſoribus agrorum, navium, & aliarum rerum ſimilium & Architectis publicis vulgò Alariſes. 191
XXII. De Officio Executoris publici Juſtitiæ, ſeu manu Volti, in Hiſpania vulgò Verdugo nuncupati & Præconis publici. 198

D. AN-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# D. ANTONII FERNANDEZ
# DE OTERO,
## I.C. CARRIONENSIS,
## TRACTATUS
# DE OFFICIALIBUS.
## PARS PRIMA.

---

### CAPUT PRIMUM,

### Quid Officialium nomine comprehendatur, & quid ſit electio?

*SUMMARIUM.*

1 *Officialium verbo quid ſignificetur?*
2 *Officiales à verbo officio derivantur.*
3 *Officium dicitur quod quiſque efficere debet.*
4 *Officium pietatis quid.*
5 *Officium Avi circa Nepotem quid?*
6 *Officium paternum.*
7 *Officium Magiſtratus.*
8 *Officium pro munere publico & honore uſurpatur.*
9 *Officium cenſuale.*
10 *Cohortale.*
11 *Comitianum.*
12 *Officium quandoque dicitur ipſe locus in quo Officiales conſiſtunt.*
13 *Officium nobile & mercenarium quid?*
14 *Officia quædam publica, quædam verò privata.*
15 *Publica duplici ſunt in differentia.*
16 *Privata quid ſint.*
17 *Officium quid differat ab artificio?*
18 *Artes aliæ ſordidæ, aliæ honeſtæ.*
19 *Officia alia honorifica, alia vilia.*
20 *Officiales ab officio publico derivantur.*
21 *Officiales Reipublicæ quo ſenſu dicantur.*
22 *Regis dignitas an ſit Officium?*
23 *An ex officio teneatur Rex Regnis inſervire?*
24 *Imperare non ſolum eſt dignitas, ſed ars artium omnium ſumma.*
25 *Proprium Regum officium quid?*
26 *Ars artium eſt hominem regere.*
27 *Electio à verbo eligere derivatur.*
28 *Electio propriè quid?*
29 *Electio generaliter definita quid?*
30 *Electionis definitio in genere.*

DIcturi de Officialibus Reipublicæ, eorum creatione & uſu, cum cæteris ad eorum miniſterium ſpectantibus rebus; oportet ut priùs dignoſcamus † quid Offi- 1
cialium verbo ſignificetur, ut meritò in propoſito, cum Marc. Tullio Ciceron. *lib.* 1. *Officiorum* præſari valeam: placet igitur, quoniam omnis diſpoſitio de officiis futura eſt, ante diffinire, quid ſit officium, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, quod ita docet D. Ambroſius *lib.* 10. *Officiorum in proœmio.*

Et ſanè † Officiales à verbo *Officio* denomi- 2
nantur: officium † autem dicitur, quod quiſque 3
efficere debet pro ſuæ conditione perſonæ ut tradit D. Ambroſius *lib.* 1. *Officiorum*: Schander. *in l. tur. verb. Officium*: Cicero in *lib.* 1. *Officiorum & lib. de inventione, exornant* Cæſar à Coſta *lib.* 2. *antiquit.* pro verbo Officio utebantur, ut docet Poliaſter verb. *Officio* & iſto ſenſu apud
legum latores dici ſolet † Officium pietatis quod 4
à parentibus in liberos exerceri debet, & in *l. dotem ff. de collatione bonorum*, ubi quippe † Offi- 5
cium avi circa nepotem ex Officio patris erga fi-
lium pendet *l. fin. C. de dot. proin.* † ubi pater- 6
num eſſe Officium, Alciat. *lib.* 1. *de præſ.* 17. Palac. Rub. *in cap. per reſt. not.* 3. & *cap.* 24. *Collatione* 1. *ut in l.* 2. *ff. de inofficioſ. teſt.* Et

7 ſimiliter † Officium magiſtratus, & jus dicentis,
ut *l.* 1. *ff. de juriſdict. omnium judic. l. veluti* 27.
8 *de verb.* Sed & † Officium frequenter pro mu-
nere publico, & honore uſurpari ſolet *ut in l.*
2. *ff. de his quib. ut indign.* ibi: *item ſi quis con-
tra mandata duxerit uxorem ex ea provincia, in
qua Officium aliquod gerit. l.* 4. *§. proficiſci* ibi:
*Quod officia proficiſcuntur, ff. de officio procon-
ſul. l. cum Prætor.* 12. ibi: *ut civilibus non fun-
gantur ff. de judic. l.* 6. *cap. min. l. ſi quis* 38. *l.
eos qui* 65. *ff. de rit. nupt.* obſervant Coſta *in cap.
ſi Pater* 1. *p. verb. uxorem numer.* 13. *de teſtam.
in* 6. *erudi.* Cujac. 1. *obſervat. cap.* 11. *& lib.* 4.
*cap.* 22. Et ſic dicitur Officium Præſidis, Comi-
tii Præfectorum, Procuratoris fiſci, ut in *l.* 3.
*quando fiſc. vel privat. l.* 2. *&* 3. *ad fin. C. de
can. largitionibus l.* 10. *l. unic. in fin. C. de collat.
donat. C. de devexund. lib.* 1. *C. ne fiſcus rem quam
vend. l.* 1. *C. de bon. vacant. Officium Præſidiale*
9 *in l.* 1. *C. de Præſcript.* 30. *ann.* † Officium cen-
ſuale. *l. teſtam. omnia* 18. *C. de teſtament. & apud*
10 *Symmach. lib.* 1. *Epiſt.* 47. † Cohortale Officium
11 ut *in l. eo* 33. *cap. de appell.* † Officium comi-
tianum *l.* 2. *C. de offic. milit. Judic. & in decretal.*
Collocantur plures tituli, *ut de Officio & poteſt.*
12 *delegat. de Offic. Ordin.* † quandoque dicitur ip-
ſe locus, in quo Officiales conſiſtunt ut in *l. ſi
fidejuſſor.* 7. *l. fin.* ibi: *apud Officium deponi de-
bet ff. qui ſatis cogant l. ejus pro quo ff. de in juſt.
voc.* Plinio *lib.* 1. *epiſt.* ibi: *Paucos poſt dies ipſe-
met regulas convenit in Prætoris Officio.* & fre-
quenter etiam *ll. de Officio Judicis*, loquuntur
13 ut in *tot. titul. ff. de Offic. Judic.* Et aliud † no-
bile, aliud verò mercenarium dicitur de quo Bart.
*in l. Imperium numer.* 6. *ff. de juriſd. omn. Ju-
dic.* Zas & Bros *in l.* 1. *ff. eod.* Pichard. *ad titul.*
14 *de Offic. Judic.* Sed & † officia quædam ſunt pu-
blica, quædam verò privata, ut in *l.* 16. *ff. cap.
minut.*

15 Publica etiam ſunt † in duplici differentia, nam
alia ſunt publica, authoritate & utilitate ſimul,
hoc eſt quod omni modo, & principaliter ſunt in-
venta in Reipublicæ utilitatem, prout eſt Officium
Præſid. ſeu Judicis ordinar. Synod. Procur. De-
curion. & exactor. tribut. & ſimilia; alia verò ſunt
publica authoritate tantum, ſed utilitate privata
ut verificatur in tutela, & cura minorum: nam
licet Reipublicæ conveniat, quod minores & eo-
rum bona defendantur, privatim tamen in utili-
tatem minoris id cedit, quam diſtinctionem am-
plectitur D. Salgad. *de Reg. protection.* 3. *p. cap.*
8. *à n.* 17.

16 Privata verò ſunt † quæ ad ſingularem utilitatem
pertinent, ut quæ à quovis pro ſuo libito exer-
centur, ut ſunt Oſtiarii, Ioncores, Miniſtratores,
& quam plures alii in *l. Centuria* 203. *ff. de V.*
17 *S.* Et differt † Officium ab artificio, ut in *l. le-
gatis §...ff. de legat.* 3. ubi communiter notant DD.
*l. nominatim* 27. *ff. de man. miſſ. eod. tit. l. forma
§. in ſervis ff. de cenſibus* Caſan. *conſiderat.* 31. *ele-
ganter lib.* 2. Gaſpar Guttierrez de los Rilos *in
not. Artium liberalium lib.* 11. *cap.* 3. quod con-
ſiſtit in his, qui aliquam artem exercent.

18 Artes verò † aliæ ſordidæ, aliæ honeſtæ de quo
extra conſuetudinem patriæ ( quæ ut ars repute-
tur, vilis, mechanica, aut nobilis eſt attendenda,
& Bart. *l.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 10. *Platea in
l. maximar. C. de excuſat. muner. & lib.* Alciat.
*de præſ. præſ.* 48. *n.*12. ) videndus eſt Tiraquel.
*de nobilitat. cap.* 34. Caſaneus *in cat. p.* 11. *conſ.*
36. *cum ſeqq.* ſed de his non eſt ſermo. Similiter,
19 & Officia † alia ſunt honorifica, alia verò ſordida,
& vilia, & ſuo loco dicemus; & interim *vide*
Bart. *in l. unic. C. de mulier. & in quo loco ex n.*
15. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 14. *p.* 4. Azeved.
*in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 6. Recopil. *ex n.* 2.

Ab officio autem † publico dicuntur commu- 20
niter, & derivantur Officiales, quo nomine ad
ſignificandos magiſtratus, vel eos qui muneri pu-
blico inſerviunt utuntur Jur. Con. ut in *l. Præſi-
dis* 34. ibi: *Præſidis provinciæ Officiales ff. de reb.
credit. l. ſi quis* 6. ibi: *Officialium ſuorum, vel
ſubſequentium, ff. de pœn. l.* 3. *§. miſſus ff. ut in
poſſ. legat. l. pœn. ad fin. ff. de bon. damn. l.* 4. *C.
de Epiſc. & Cler. l.* 2. *C. de dilatorib. lib.* 10. &
frequens & ordinaria loquutio in *tit. novæ Recopil.
& in l.* 1. *&* 2. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recopil. l.* 1. *&* 23.
25. *&* 29. *tit.* 18. *lib.* 11. *tit.* 9. *lib.* 1. *ff.* 14. *l.*
12. *tit.* 12. *l.* 1. *tit.* 13. *l.* 46. *tit.* 11. *l.* 6. *tit.* 17.
*l.* 15. *tit.* 16. *l.* 11. *tit.* 12. *l.* 13. *tit.* 14. *l.* 2. *&*
12. *tit.* 19. *l.* 5. *tit.* 17. *l.* 78. *ad titulum* & paſſim
in pluribus legibus novæ Recopil. *in lib.* 9. Et
hoc ſenſu dicuntur † Officiales Reipublicæ, & 21
habere Officium ut rectè conſiderat Joann. de Sant.
Maria in *ſua politic. Chriſtian. cap.* 3. *per tot.*
præcipuè ibi: *y fuera de lo dicho el ſer el nom-
bre † del Rey nombre de Officio ſe confirma con* 22
*aquella comun ſententia &c.* & paulò inferius ibi:
*ſepan pues † los Reyes que los ſon para ſervir a los* 23
*Reynos, y que tienen Officio que los obliga a tra-
bajo.* Unde D. Chryſoſt. *in epiſt. ad Corint. ſer-
mone* 15. ita ait & imperare † non ſolum digni- 24
tas eſt, imo ars eſt artium omnium ſumma Plato
*epiſt.* 7. D. Thom. *de Regim. Princip. cap.* 15. ibi:
*inter omnes artes vivendi, & regendi ars am-
plior, & ſuperior eſt*, & facit in propoſito illud
Ærai *cap.* 13. † Regum proprium officium eſt 25
facere juſtitiam, *& in cap. Regum Officium*, 25.
*q.* 15. quod dicitur lato modo; nam gubernatio
Regni, & Vaſſallorum propria ars dicitur, ut col-
ligitur ex Ariſt. *lib.* 6. *Ethicorum cap.* 4. *in fin.*
ibi: *turpe eſt Regem alios regere niſi cognoſcat bel-
li, & pacis artem, & turpiſſimum ſit artium igna-
rus.* Quinimo dicitur ars artium, ut mirificè affir-
mat D. Greg. Nazian. *Apologet. in proœm.* ibi:
mihi videtur † ars artium, & ſcientia ſcientia- 26
rum hominem regere, animal tam varium, & mul-
tiplex: & *D.* Auguſt. *lib.* 5. *de civit. Dei cap.* 12.
*refert* illa Virgil. carmina quæ ſatis huic rei con-
veniunt.

*Tu regere Imperio populos Romane memento.*
*Hæ tibi erunt artes, paciſque imponere mo-
rem,*
*Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.*

Unde Tit. Livi *lib.* 2. ita ait: excellentis in-
genii citius defuerit ars, qua civem regat, quàm
qua hoſtem ſuperet, quod proſequuntur Marquez
*in gubern. tom.* 1. in principio. Cevalos in inſt.
Reg. etiam in prin. & ſatis de hoc nec multum in
quæſt. nominis immorari fas eſt.

Electio † autem à verbo eligere derivatur, quod 27
quidem latè patet, & multa ſe habet ut notat
Gofred. *in leg. anni tit. de elect. §.* 1. *in princ.*
in ſpeciali tamen ſignificatu, & in propoſito de
quo agimus, eſt unum † ex pluribus voluntariè 28
capere, vel nominare Geminian. *in cap. cum ex-
pediat de elect. in* 6. Franc. *in cap. ſi quis juſto
§. porrò n.* 2. eodem *tit. & lib.* Abb. *in cap.* Ab-
bate *de ver. ſig.* Unde licet electio † dum gene- 29
raliter ſumitur, definiatur ut ſi appetitus conci-
liati unus eorum quorum in nobis eſt, & opera-
ri, & non operari, & ita operari & non opera-
ri eorum in quibus eſt propter quod non tamen
unum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

unum & determinatum, ut tradit Ariſt. *l.* 2. *Ethic. eſt conſulta affectatio eorum quæ in nobis ſunt,*
30 tamen in ſpecie noſtra electio † nihil aliud eſt quam alicujus perſonæ idoneæ ad aliquam dignitatem, munus vel officium facta vocatio, ſeu nominatio, ut probet Hoſtienſ. *in ſum. tit. de elect.* Silveſter. *verbo electio* Bald. *in rubr. de elect.* Cados *in verbo electio n.* 1. Nicolaus Garc. *de beneſ.* 1. *parte cap.* 6. *à n.* 15. *&* Spec. *p. cap.* 2. *n.* 6. quæ qualis debeat eſſe, & quæ requiſita in ea concurrere debent infra dicemus.

---

## CAPUT II.

### De his quæ generaliter obſervanda ſunt in electionibus Officialium.

### *SUMMARIUM.*

1 *Conſuetudo ad unguem obſervanda in Officialium creatione.*
2 *Electores vocari debent ſono tubæ vel campanæ.*
3 *Non verò ad ſonum tabulæ ſicut fit in Eccleſia in die ſancto veneris.*
4 *Vocari debent tam præſentes quàm abſentes; & quando?*
5 *Congregatio eorum qui intereſſe debent, ubi facienda.*
6 *Domus publica conſtrui debet ad hæc negotia tractanda.*
7 *Civitates quomodo nobilitentur.*
8 *Electio extra locum aſſuetum nulla eſt.*
9 *Locus an ſit de ſubſtantia electionis?*
10 *Electiones Officiorum fieri debent in die & hora aſſueta: & an potius mane vel veſpere?*
11 *Romani priuſquam ſenatum adirent ſuis falſis numinibus holocauſta ſacrabant.*
12 *Manes inferi unde dicti.*
13 *Si autem dies conſtitutus pro electionibus elabatur, an ſequenti nominari poſſint Electores, & quando?*
14 *Electiones an fieri poſſint & diebus feſtivis & feriatis.*
15 *Electio Officialium eſt voluntariæ juriſdictionis.*
16 *Perſonæ quæ in electionibus intervenire debeant & ſuffragia præſtare.*
17 *Creatio Officialium ad Regem noſtrum ſpectat.*
18 *Regis tamen permiſſione talis electio ad Concilium cujuſque oppidi pertinet.*
19 *Decuriones Concilium repræſentant.*
20 *In aliquibus locis non ſemper Decurionum ordo electionem facit.*
21 *Juramentum electionem præcedere debet.*
22 *Modi eligendi varii: ſpeculator quando eligere poſſit?* ibid.
23 *Scrutinium paratur, præſentibus omnibus qui debent, volunt & qui poſſunt intereſſe.*
24 *Per compromiſſum ad electionem proceditur, & quando?*
25 *Suffragium frequentiſſimus eſt eligendi modus.*
26 *Ordo loquendi ſeu ſuffragia præſtandi ſervandus.*
*Ordo conſuetudinis*, ibid.
*Conſuetudine ſemota quid?* ibid.
27 *Ex quo ceſſat tunc dignitates ſunt ſpectandæ.*
28 *Electores duntaxat, qui interſunt electioni, poſſunt ſuffragia præſtare.*
29 *Exul ſuffragium præſtare non poteſt. Nec is qui eſt in vinculis.*
30 *Ætas in Electore requiſita.*
31 *Surdus & ſimul mutus eligere non poteſt.*
32 *Electio debet eſſe libera, abſque vi, metu, vel impreſſione cujuſvis.*
33 *Vis, impreſſio, coactio, vel metus ubi intercedunt ſemper abeſt conſenſus.*
34 *Conſenſus ubi abeſt, nulla prorſus electio eſt.*
35 *Jura quæ liberum conſenſum in electionibus expoſcunt.*
36 *Electio facta ad aliorum impulſum nulla eſt.*
37 *Aut per factionem aut partialitatem.*
38 *Elector quando ſe corrigere valeat.*
39 *Publicatio ſcrutinii quando neceſſariò fieri debet?*
40 *Publicatio an de ſubſtantia electionis?*
41 *Publicationem variare non licet.*
42 *Electores, qui ſerò ad Concilium venerunt; ante publicationem poterunt ſuffragia præſtare, non verò facta publicatione.*
43 *Nominati in electione antequam admittantur ad uſum officii, tradaturque eis poſſeſſio, tenentur jurare.*
44 *Imo antequam jurent, licèt ſint nominati & recepti, nec ſunt Judices, nec habent poteſtatem Judicandi.*

UT Officialium creatio jure ſubſiſtat, & nullitatis vitio non laboret, primo loco † eſt 1
obſervanda ad unguem conſuetudo ſeu ordinatio, quæ in loco viget; eſt enim potiſſima lex in omnibus rebus electionem tangentibus *ex gloſſa per textum* ibi: *in l. nomin. C. de ſuſceptoribus, & arcariis l.* 11. *conducit textus in l. penultim. C. de jure fiſci lib.* 10. *litem eorum* ibi: niſi lex municipalis vel perpetua conſuetudo prohibeat *ff. quod cujuſq. univerſi nomine*, Bart. *in l. magiſtratus ff. ad municipal.* docet Puteus, *in tractatu de ſindicatu*, verb. *conſuetudo n.* 6. *&* 7. Marcus *deciſ.* 800. *num.* 3. *lib.* 1. Nicolos Loſæus *de jure univerſit. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 55. hîc quomodo introducatur iſta conſuetudo, & quo tempore, & ex quibus D. Joan. de Caſtillo, 7. *tom. cap.*

Citra conſuetudinem verò plura de jure regulariter concurrere debent, quæ per DD. variis in locis ſparſa ( breviter hîc congeſta ) facile invenire rem non ingratam, ſed utilem & jucundam putabis.

In primis electores vocari † debent ſono tubæ 2
vel campanæ. *cap. in cauſ.* de electione *& ibi* Abbas: ſeu per nuncium prout ſolitum fuerit, ut notant DD. præcipuè Bart. *in l.* 1. *C. de decurionib. lib.* 10. & pleniùs *in l. omn. populi q.* 2. *principali col.* 6. *ff. de juſt. & jur.* Marant. *de Ordin. judiciorum, primo membro, part.* 6. *num.* 212. Et nuntium creare ad citandum, ad quem pertineat vid. Avend. *de exequend. mandat. cap.* 1. *n.* 8.

Non ad † ſonum tabulæ ſicut fit in Eccleſia 3
in die ſancto Veneris ex eodem Bart. *in l. fin. C. de præbend. Curial. lib.* 10. Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 787. ubi ait: quod ſpecialis vocatio non generalis per campanam ſeu tubam; ſed longe fallitur, cum hæc etiam ſpecialis dicatur, cognito die electionis, quia dies certus eſt conſtitutus, vel aſſignatus, etiam convocationem legitimè factam præceſſiſſe intelligere, & credere debemus, ſi notarius ſic, in actis electionis teſtatus fuerit, ut probat Add. *ad Bart. in nulli ff. quod cujuſque univerſit. nomine* Burg. de Paz *in l.* 3. *Taur. concluſ.* 5. *numer.* 823. ubi allegat Feder.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

der. de Senis conſ. 288. Azeved. in Curia Piſa-
na lib. 1. cap. 5. littera F. & nos diximus ſup. in
cap. de ſindico: ubi quod hæc convocatio debet fie-
ri de mandato Superioris vel antiquioris in Offi-
cio l. obſervare C. de decurionib. lib. 10. Guido
Papæ deciſ. 106. Roland. conſ. 90. n. 3. vol. 1.
Azeved. in Curia Piſana lib. 2. & 8. Avend. in
cap. 14. prætorum 2. p. n. 3. & plures refert Bob.
4 lib. 3 cap. 7. littera F. num. 14. & † vocari de-
bent tam præſentes quàm abſentes, ſi de hoc fue-
rit conſuetudo: gloſſa in cap. coram de electio-
ne, & in cap. præſentium de teſtib. in 6. cap.
cum electis de præbend. eodem lib. & l. 1. tit. 15.
p. 1. & ibi Greg. in verb. coſtumbre: quæ jura pro-
cedant etiam in officiis ſecularibus: Palacios Rub.
in repetit. Rubricæ in Princip. n. 6. & 7. Bobad.
lib. 3. politicorum cap. 8. n. 40. & copioſius dict.
lib. 3. cap. 7. ex n. 14. ubi adducit Aymond.
Cravet. conſ. 4. num. 17. p. 1. Decium conſ. 149.
vol. 1. Avend. in cap. prætorum. n. 14. verſic. 3.
& alios reſolvit quibus in caſibus, omiſſio hu-
jus citationis inducit electionis nullitatem.
5 Congregatio † autem eorum qui intereſſe de-
bent, facienda eſt in loco conſueto, in domo
nempe Concilii, nam ad hæc negotia tractanda
6 & ſimilia debet conſtrui vel emi Domus † pu-
blica ut in l. 1. tit. 1. lib. 7. novæ recop. ibi: en-
7 noblecidoſe las ciudades † y villas en tener caſas
grandes y bien fechas en que hagan ſus ayuntamien-
tos y conſejos en que ſe junten las juſticias y Re-
gidores y Officiales y a entender en las coſas cum-
plidoras a la republica que han de governar por en-
de mandamos a todas las Juſticias y Regidores de
las ciudades y villas de nueſtra Corona Real y a
cada una de ellas que no tienen caſa publica de
cavildo ô ayuntamiento paſe a juntar de aqui ade-
lante cada una de las ciudades y Villas hagan ſu
caſa de ayuntamiento y cavildo donde ſe ajunten
ſo pena que en la ciudad ô Villa donde no ſe hizi-
ere que dende adelante ſiendo por ſu culpa los di-
chos Officiales ayan perdido y pierdan los Officios
de Juſtitia y Regimiento que tubieren: Alias ta-
8 lis electio † extra locum aſſuetum facta erit nul-
la & valdè ſuſpecta ex gloſſa Notabili, in l. ſicut
ff. quod cujuſque univerſit. nomine: quam com-
mendat Abb. in cap. cum omnis num. 7. ad fin.
& ibi ejus Addit. l. 2. C. de decurionibus lib. 10.
l. quoties ubi Rebuff. C. de legat. eodem lib. Avil.
in cap. 17. prætor, gloſſa de conc. numer. 3. Avend.
in cap. 19. prætor, Azeved. in curia Piſana lib.
1. cap. 5. littera B. qui allegat text. in l. 7. tit 4.
par. 3. & in l. 4. tit. 9. lib. 3. recop. & licet dicat
talem electionem extra locum proprium factam
nullitatem ex hoc ſolum non continere, quia ait
9 locum † non eſſe de ſubſtantia electionis ex Ho-
ſtienſ. in cap. quod ſicut de electione Abbas in cap.
quia propter col. 2. verſ. vel ſaltim eodem tit.
Franc. Marc. deciſ. Delphin. 133. tamen verius
eſt talem electionem extra locum ad eam facien-
dam publicè deputatum & aſſuetum, nullam eſſe
ex juribus, ex Doctoribus ſuprà adductis, ut ex-
pedit Bobad. d. lib. 3. cap. 6. n. 10.
10 Secundò Electiones † iſtorum officiorum fie-
ri debent in die aſſueto & aſſignato veſperi vel
manè ſicut ſolitum fuit; & ſanè citra conſuetu-
dinem opportunius tempus eſt matutinum poſt ſo-
lis ortum, quo tempore poſſit & debeat prius
res ſacra celebrari præſentibus & adſtantibus ele-
ctoribus, qui exorare debent Deum & humiliter
deprecari ut emittat Spiritum ſanctum qui eo-
rum corda illuminet & actus dirigat; & quod ele-
ctiones faciendæ in obſequium ſuum tendant, &
Reipublicæ utile ac bonum commune reſpiciant;
nam & gentes Romanæ † priuſquam ſenatus adi- 11
rent ſuis falſis numinibus holocauſta ſacrabant, ut
tradit Gellius lib. 14. noctium Atticarùm cap. 7.
ubi: immolarique beſtiam prius, auſpicarique de-
bere qui ſenatum aditurus eſſet; preces enim ad
Deum, etiam ex Philoſophorum ſententiis, ne-
ceſſariæ ſunt, ut refert Raphaël Volateranus in
commentariis urbanis lib. 29. tit. de ſuppliciis cap.
2. Bart. Philippus in tract. de conſiliis diſcurſu
11. §. 6. Azeved. in curia Piſana lib. 1. cap. 4.
Bobad. dict. lib. 3. cap. 6. n. 7. non tamen ap-
tum his electionibus tractandis tempus nocturnum
cenſeo: ut ait Gellius ubi ſententia. ſenatuſcon-
ſultum ante exortum aut poſt occaſum ſolis fa-
ctum, ratum non fuiſſe: opus etiam cenſorum
fuiſſe exiſtimatum, per quos eo tempore ſenatuſ-
conſultum factum eſſet: Otthomanus de verbis
juris in fin. tit. de ſenator. nec veſpertinum juxta
illud Exodi: qui maturius mane operatur, tertiam
partem operis confecit: ſic & Romani antiqui
primis ſeptem horis diei, rebus ſeriis vacare ſo-
lebant. Martialis.

*Prima ſalutantes atque altera conterit hora*
*Exercet raucos tertia cauſidicos.*
*In quintam varios extendit Roma labores.*
*Sexta quies laſſi, ſeptima finis erit.*

Latè Cabed. deciſ. luſit. part. 1. deciſ. 2. &
conducunt in propoſito jura in cap. ſiluit de offi-
cio delegati, & in auth. de judic. §. ſedebunt,
& in l. 7. tit. 4. part. 3. ibi deſde gran manera,
& in l. 2. tit. 7. lib. 1. fori l. 4. tit. 6. lib. 3. novæ
recop. quod ſi dies certus aſſignatus fuerit electio-
nibus, licet aptius ſit eos manè conficere, quia
mane dicitur boni hominis cauſa, ut ait Macro-
bius lib. 1. Saturnal. cap. 3. & ideo veteres ma-
ne bonum dicebant: unde Dii ipſi inferi manes
† dicti ſunt, quos bonos putabant; cujus con- 12
trarium eſt immane, de quo per Servium enar-
rantem illud 3. Æneidos, ſtant manibus aræ: ta-
men etiam in nocte illius diei poterunt fieri ele-
ctiones ex his quæ in ſimili adducit Salicet. in l.
non minorem C. de tranſact. Felin. in dict. cap.
conſuluit. col. 3. verſic. creditor non cogitur. Tiraq.
de retractu Lignager §. 1. gloſſa 11. n. 42. Fon-
tan. de pact. nuptial. clauſ. 1. numer. 22. ſi autem
† dies conſtitutus pro electionibus faciendis, no- 13
minatoribus ſeu electoribus labatur ſorte propter
controverſiam inter ipſos ortam, vel quia ſtetit
aliud impedimentum, nihilominus poterunt no-
minatores ſequenti die nominare ex Abbat. Pa-
normit. conſ. 93. part. 1. per tot. quæ ſequitur
Bormius Cavalc. de contract. part. 1. deciſ. 40.
num. 20. quam pluribus exornat in Repertorio ad
eaſdem deciſiones, verbo electio, quatuor refe-
rens fundamenta, quidquid in hoc caſu in con-
trarium ſentiat Avend. de exequend. mand. part.
1. cap. 19. numer. 22. quæ refert Fontan. de pact.
nuptial. col. 4. gloſſa 10. num. 89. utrum autem ſi
electio uno die fuerit cœpta rurſus die ſequenti
continuanda, nulla habita ratione ſuffragiorum in
favorem alterius ex nominatis datorum, diſputat
plenè Cæſar Bart. deciſ. Bononienſ. 58. per tot.
An autem electiones † iſtæ poſſint fieri diebus 14
feſtivis & feriatis ſolet dubitari, & poſſe fieri ex-
preſſè firmant Marant. de ord. Judic. diſtinct. 10.
in fin. Avend. in dictionario verbo election. & in
cap. 19. prætorum numer. 14. verſic. tempus au-
tem Tiraq. de pia cauſa privilegio 156. Azeved.
in l. 4. tit. 1. nov. recop. gloſſa 1. num. 4. Caſt. de
Bobad. dict. l. 3. cap. 8. numer. 50. omnis enim
actus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

actus voluntariæ juriſdictionis diebus feſtivis confici poſſunt, ut *in l. actus C. de feriis*, ibi *actus omnes, ſeu publici ſunt ſeu privati, diebus quidem paſchalibus conquieſcant; in his tamen & mancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant, ut ſuper his acta non prohibeantur.* Unde tutelæ quæ æquiparantur hujuſmodi Officiis, diebus feriatis poſſunt decerni *l. 2. ff. de feriis. l. per leg. C. de tranſact.* & qui ſint iſti actus voluntariæ juriſdictionis qui diebus feſtivis confici poſſint tradunt Panormit. *in cap. fin. de feriis*, Bart. *in tract. de clauſulis inſtrum. Clauſ.* 1. *gloſſa* 5. *numer.* 36. Franc. Vivius *deciſ.* 35. *lib.* 1. Ant. Fab. *in ſuo codice lib.* 3. *tit.* 11. *de feriis definit.*
15 5. Fontan. ubi *ſupra à n.* 26. & quod electio † officialium ſit voluntariæ juriſdictionis, nullus utique negavit, cum ſine cauſæ cognitione poſſit expediri, ut tradit Fontan. ubi *ſupra clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *n.* 108. quinimò in oppidis Caſtellæ frequenter electiones iſtæ vel in die Paſchatis vel Nativitatis Domini, vel in die Circumciſionis, vel Reſurrectionis, & aliis magnis feſtis ſolent cele-
16 brari. Tertiò ut ſcias quæ perſonæ † in his electionibus intervenire debeant, & ſuffragia præſtare; cum tamen in hoc certa & generalis regula quoad omnia conſtitui non valeat, animadver-
17 tendum eſt quod officialiter Reip. creatio † ad regem noſtrum ſpectat ut *in authentico de defenſoribus civitatum §. nos igitur col.* 3. *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* Avend. *in cap.* 1. *prætorum numer.* 1. Avileſ. *in cap.* 1. *gloſſa* 1. Cov. *in practicis cap.* 4. *numer.* 3. Azev. *in l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 3. D. Joannes del Caſtill. 7. *tom. cap.* 41. *num...* Sed uſu,
18 privilegio † aut conſuetudine aut permiſſione & tolerantia principis, talis electio ad Concilium cujuſque oppidi pertinet. *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 3. *recop.* ibi *que los an por fuero ô por coſtumbre ô por privilegio* Matienz. *in ſol. gloſſa* 8. *tit.* 18. *lib.* 5. *no-*
19 *væ recop.* & ejus nomine ad decuriones † qui Concilium repræſentant, ut *in l.* 1. *ff. de officio quæſtoris.* ibi *Romulum & Numam Pompilium duos quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent l. idem eorum §. ſi decurion. ff. quod cujuſque univerſit. l.* 1. *ff. decret. ab ordine faciend. l. ſecunda C. ſubeunda l. nominationes C. de decurionibus lib.* 10. *& facit textus in l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 5. *novæ recop.* ibi: *Que ſean pueſtos y nombrados por las Juſticias y regidores de las tales ciudades, Villas y Lugares de Nueſtros Reynos, entendieren que cunple à nueſtro ſervicio y al bien y pro comun delas dichas ciudades y villas, y que libremente los pueden eligir en ſu conſejo* tradit Platea *in l.* 2. *C. de decurionibus lib.* 10. Ripa *de peſte tit. de Remed. ad conſervand. ubert. numero* 184. Petrus Greg. *ſintag. lib.* 1. *part.* 2. *lib.* 18. *cap.* 14. *numer.* 4. Avileſ. *in cap.* 17. *prætorum gloſſ.* verbo *eligam:* Matienz. *in dict.* 1. *gloſſa* 8. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recop.* Curia Piſana *lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 3. *&* 4. Azeved. *in dict. l.* 1. *novæ recop.* proximè allegata *numer.* 11. *dict. tit.* 18. *l.* 5. Bobad. *dict. l.* 3. *cap.* 8. *numer.* 42.

20 Sed aliquibus † in locis non ſemper totus decurionum ordo, Officialium electionem facit, ſed aliquibus ex his id committitur ut *in dict. l. ditem eorum §.* 1. ibi *ſi decuriones decreverunt actæ per eum movendam quæ Duumviri elegerint invidetur ab ordine electus: & ideo experiri poteſt: parvi enim ipſe ordo eligat, an is cui ordo negotium dedit, & Officiales antiqui quibus tenetur officium, ſolent quandoque Officiales ſequentis anni eligere, quod laudabile non inveni; præſertim ubi judicandum eſt à noviter electis: in quo ſemper quid lex municipalis ſtatuerit, vel quid uſus & conſuetudo introduxerint, erit attendendum & pro lege obſervandum.*

Quartò antequam electores iſti ſuffragia præſta- 21
re ad electionem aggrediantur, juramentum † præſtare debent liberè ſe facturos electionem Officialium ut *in dict. l.* 1. *titul.* 18. etiam deſcribit qui creare debeant: & loquitur in electione publica ibi: *ſo Juramento que agen en forma devida de eſcoger tales como ſuſo dicho es y quales cunplan al bien comun de la cauſa publica pospueſta toda aficion y banderia y amor y deſamor y todo interes y toda otra coſa mas ſolamente acatando à nueſtro ſervicio y que no tomaran ni reciviran por ello coſa alguna en caſo que les ſea prometida o dada por ello ô por cauſa de ello de ſu voluntad por los tales ô por otra qualquiera perſona ô perſonas*; ubi expreſsè firmat. Azeved. *gloſſa* 10. ibi: nota quod Rectores ſeu decuriones civitatum jurare tenentur electionem officialium liberè facturos, intereſſe poſtpoſito, nihilque ab eis recepturos & ſi ab ipſis vel aliis pro eis fuerit voluntariè promiſſum vel oblatum: Avend. *de exequend. mandat. cap.* 19. *numer.* 14. Unde ſi benè non eligunt perjuri efficiuntur. Sanchez *in ſum. tom.* 1. *lib.* 3. Dian. *in termin. tract.* 1. *miſcell. reſ.* 67. licèt Bobad. *dict. cap.* 8. *numer.* 46. juramentum iſtud in electoribus non eſſe in uſu nec regulariter requiri, in quo concilii ſeu univerſit. conſuetudinem attendendam cenſet.

Quintò varios eſſe eligendi modos, † ut per 22
Speculatorem *tit. de electione §.* 1. *&* 3. Anton. Cuecin. *de inſtitutione canonica tit. de electione per tot. maxim. numer.* 191. *cum ſequentibus*, Lancellotum *in eodem tract. & tit. §. celebratur autem electio.* Bertachinus *in repert.* verbo *electio, qualiter & quando* Azeved. *in addit.* & Curiam Piſanam *lib.* 2. *& cap.* 6. *littera B.* noviſſimè Julius Laborius *var. elucubrationum tit.* 4. *per tot.* Avend. *lib.* 2. *de metu cap.* 5. qui ita ait multiplicem eſſe electionum formam ſatis eruditè demonſtrat; Laborius aliam per inſpirationem Spiritus ſancti; aliam per quaſi inſpirationem; aliam per ſcrutinium; aliam per compromiſſum *dict. tit.* 4. *cap.* 5. *numer.* 3. *& cap.* 7. *n.* 8. *& cap.* 19. *n.* 29. per inſpirationem efficitur quando nullo inter eligentes ordine ſervato, ipſi quaſi inebriati & ſuper ſe quaſi facti, eligitur: Silveſt. *verbo electio* 2. *num.* 17. Azor. *lib.* 6. *parte* 2. *cap.* 14. *quæſt.* 11. Labor. *dict. cap.* 17. *numer.* 2. ubi requiſita quæ intervenire in ea debent, commemorat: per quaſi inſpirationem conſtituitur cum ſubitò & repentè unus poſt alium ſine aliquo intervallo eundem eligunt, ex Hoſtienſ. *cap. quia propter, numer.* 70. *de electione*, Oldrado *conſ.* 155. *numer.* 1. *&* 2. & reliqui DD. citati per Rotam in una Monaſterii menſe Julii 1621. coram Coccio.

Per ſcrutinium † paratur quando præſentibus 23
omnibus qui debent, volunt & poſſunt commodè intereſſe, tres de Collegio fide digni ſumuntur, qui vota ſingulorum ſecretè & ſigillatim diligenter exquirant, & in ſcriptis relata mox publicent in communi, quo facto, Collatione habita, is demum cenſetur electus in quo vel omnes vel duæ ex partibus tribus conſentiunt: formam ſcrutinii proponit Labor. *dict. tit.* 4. *cap.* 7. *à numer.* 9. *cum ſeqq.*

Per compromiſſum † ad electionem procedi- 24
tur cum aliqui idonei eliguntur in quibus omnium vice eligendi, certo modo poteſtas transfundi-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunditur cum aliquibus cauſis in compromiſſis ſpecificandis, Labor. *dict. cap.* 7. *à numer.* 23. *& cap.* 19. *numer.* 22. de aliis, vide per eum plena manu tractantem eruditiſſimum Majol. *Colloq.* 6. *Dier. Canic. tom.* 2. & ibi etiam accuratiſſimè agit de modo eligendi præſertim; de quo etiam nos latè *in cap.* quod dicam firmatum & ordine poſitum habebam, quando Avend. lib. de metu editus fuit, & ad manus meas pervenit.

25 Sed frequentior † mos eligendi per ſuffragia, & priſcis Romanorum temporibus ita uſitatum tradit Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 78. *&* 80. *ad Trajanum:* quæ quidem ſuffragia voce non calculis dabant, ut Cæſar Bullenger. *lib.* 7. *de Imper. Roman. cap.* 8. an verò ſecretò vel publicè debeant emitti ſuffragia, iſta tradit Bobad. *dict. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 38. ita: *El botar ſecreto en los ayuntamientos con habas blancas y negras, ô con cedulas, ô por otras formas, muy extraordinario es, ſalvo en procuradores de cortes, ô de los eſtados, y en algunas otras ocaſiones muy raras, donde ſe temen ſobornos ô negociaciones violentas de perſonas poderoſas: y algunas vezes en tales caſos ſe dan proviſiones en el Conſejo para votar ſecreto; y no dudo ſino que tiene eſto menos inconvenientes y mas libertad para votar chriſtianamente, que no votar publico, como ſe uſa.*

26 Sextò, ordo † loquendi, ſeu ſuffragia iſta præſtandi ſervandus eſt, ſicut in aliis municipalis mos ut alias dixit Ulpianus *in l.* 1. *ff. de Albo ſervando* ibi: *decuriones in albo ſcriptos eſſe oportet l. municipali præcipitur.* Angelus *conſ.* 111. Ordo conſuetudinis Avend. *in cap.* 19. *prætorum numer.* 14. *verſic. & niſi:* Aviles *in cap.* 44. *prætorum gloſſa* 1. *numer.* 2. Azeved. *in additionibus ad Piſan. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 10. *in fine:* ſemota verò conſuetudine prius debet loqui, & ſuffragia præſtare dignior in officio, *d. lib.* 1. ibi.

27 Sed ſi lex † ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectandæ, ut ſcribantur eo ordine quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt *l.* 2. *C. ut dignit.* ordo ſervetur vel antiquior aut ſenior ex his quæ latè diximus *in cap. ex pluribus*, tam juris, quàm bonarum literarum tradit Caſtill. de Bobad. *ubi ſup. d. cap.* 6. *ex numer.* 37. *cum pluribus ſeqq.*

Sed in propoſito, & illud meminiſſe juvabit,
28 quod tantum electores † qui interſunt electioni poſſunt ſuffragia ſua præſtare: Unde ſi aliqui ex his ad locum electionibus ſolitum, & die conſtituto ac aſſignato non venerint; vel ſi poſtquam convenerunt, à locis diſceſſerint, ex aliis intereſſentibus, tantum ſuffragia debent requiri, expoſci & ſuſcipi *ex gloſſa* verbo *omnis*; *in Clementina ne Romani* §. *porrò* & ibi: addit. Marginal. de electione docet Abbas *in cap. cum nobis col. fin. eodem tit.* Franc. Marcus *deciſ. Delphin.* 78. *& deciſ.* 783. *&* 1337. Anton. Luc. *in inſtit. can. tit. de election. numer.* 182. Azeved. ubi proximè *lib. cap. num.* 8. *& cap.* 8. *n.* 7. *litera D.* unde ſi aliquis electorum quoquo modo abſuerit, etiam infirmitate vel alia juſta cauſa abſentiæ, non poterit per Epiſtolam vel mandatarium ſuffragium emittere, ut *in cap. quia propter quis juſto* §. *fin.* ibi: *non poterit aliquatenus per literas: eodem tit. in* 6. docet Boërius *deciſ.* 1. *numer.* 41. Piſon. *in curia lib.* 2. *cap.* 6. *&* 7. *&* ibi: Azeved. Petrus Greg. *lib.* 5. *ſyntagm.* 2. *p. cap.* 12. *num.* 20. niſi talis mandatarius admittatur de voluntate univerſitatis, ſeu Concilii, & aliorum electorum, ut ſentit Abbas *in dict. cap. ſcriptum & inde* §. *illud* Bobad. *ubi ſuprà dict. cap.* 8. *numer.* 63. *in gloſſa litt. A.* an ſufficiat quod tale mandatum detur antequam officium vacet, tradit Abb. *in cap. fin. numer.* 6. *de conceſſione præbendæ*: Vel ſi citetur elector abſens ut electionem facturus, penitus non poteſt committere vocem ſuam; quia ſine perſona ſua & ſine illo actu non poteſt expediri ut notant Bald. DD. *in l. fin. C. de edict.* Divi Adriani: ita Piſana in curia *dict. cap.* 7. ubi Azevedo *litera D.* & in caſibus in quibus aliquis mandatarius præſens poſſit nomine alterius ſuffragium præſtare; & ipſe etiam & ſua perſona ſuffragium habebat (cum nullus etiam extra electum poterit uti tali mandato ut *in cap. quia propter, & cap. ſi quis juſto de electione*, Piſana *dict. lib.* 2. *cap.* 6. *&* 7. ibid: Azeved.) non poteſt nec debet dividere votum ſuum, & mandantis *d. cap. ſi quis juſto* §. *porrò de electione in* 6. Romanuſque ſingularis & unicam dicit *ſingul.* 77. Abbas *in cap. conſtitutis de appellatione &* ibi: Philip. Franc. Dec. *& cæteri cap. allegat.* 22. incipit an ſufficiat: Molin. *lib.* 2. *de Hiſp. primog. cap.* 5. *n.* 51.

29 Ex quo fluit electorem exulem † ſuffragium præſtare non poſſe, nec in vinculis detentum & eo commentarienſi commendatum, cum liberè electionibus intereſſe non poſſint *c. inter, de electione, cap. cum dilectus de conſuetudine.* Bobad. *ubi ſuprà numer.* 63. & idem dicas de excommunicato, *ut in cap. in illa quotidiana de electione* verbo *gloſſa Hoſtienſis:* & in hoc Bonifacii *in peregrina.* verbo *electio:* Anton. Lucus *lib.* 1. *inſtit. Canon. tit.* 7. *& lib.* 4. *tit.* 11. *verſic. atqui minor.* Belluga *in ſpeculum principum Rubric.* 4. 5. §. *quamvis n.* 2. *litera B.* quod tamen intellige de excommunicato majori excommunicatione, ut notant ſuprà citati; non verò minori.

30 Septimò Electores iſti † non debent minores eſſe 20. annorum, ſicut dicimus de decurionibus; & licet ad officium decuriones natu minores 25. annis de jure communi non admittebantur, *l. ad Rempub. C. de muneribus & honor.* ibi: minores denique nec decuriones creantur; & ibi: nec creati in curia ſuffragium præſtant *l. ſpuriis* §. 1. *l. non tantum* §. 1. *ff. de decurionibus l. cum vos C. qui ætate lib.* 10. Suarez *alleg.* 12. Pachec. *de prætura urbana tit. de ſenatoribus.* Piſana in curia *lib.* 1. *cap.* 12. & ibi Azeved. *tamen de jure Regn. ſufficiunt* 20. anni *ut in l.* 17. *verſic. pero ſi dentro tit.* 3. *lib.* 7. *recop.* & an cenſeatur diſpenſatum cum minori cui datum eſt officium, ut Franc. Marc. *deciſ. Delphin.* 263. DD. *in l. quidam conſulebant ff. de jure judic.* Abbas *in cap. præterea numer.* 11. *de teſtibus* Suarez *alleg.* 12. *n.* 6. Bobad. *d. cap.* 8. *n.* 11. *litera* B.

31 Pari ratione nec eligi poſſunt ſurdus † & ſimul mutus *l. honores* §. *ſurdus ff. de decurionibus numer.* 17. Piſa *ubi ſuprà dict. cap.* 12. & ibi Azeved. æquiparantur enim mente capto ſeu furioſo, ut docet Bart. *in l. facto numer.* 28. *ff. de vulg.* Alex. & Dec. *in l. humanitatis C. de impub. cum prætor.* §. *fin. ff. de jud. l. diſcretis* ubi DD. *in cap. ex eo* 32. *de elect. in* 6. ubi gloſſa verbo *diſcretione*, Petrus Greg. *num.* 2. Prax. 1. *part. cap.* 15. Mandagoſt. *de elect. cap.* 7. Auguſt. Barboſa *de officio & poteſt. Epiſcopi tom.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 21.

32 Octavò Electio quælibet debet † eſſe libera abſque vi, metu vel impreſſione cujuſvis; nam ut ait Bald. *in cap. quia propter de electione numer.* 11. conſenſus igitur requiritur tanquam naturale fundamentum, & debet eſſe ſimplex, id eſt, ſine ulla vi, & metu; adeò quod ſi violentia coarctet electores, vel clamor furibundi populi, electio dicitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicitur ipſo jure nulla, quia non dicitur liberum
quod quoquo modo eſt coarctatum ff. de condi-
tionibus & demonſtrat. l. Titio centum §. 1. argu.
ff. qui & à quib. l. ſi optio, notant Abb. in cap.
cum poſt petitam, num. 3. de electione poſt. in loc
cap. cum in jure, & in cap. cum ſicut, eodem tit.
Franc. Marc. deciſ. 927. num. 7. part. 1. Cardinal.
Tuſc. litera E. concluſ. 62. num. 1. tom. 3. Ubi
33 autem vis, impreſſio † coactio vel metus inter-
cedit, ſemper abeſt conſenſus, cap. quatuor. 11.
quæſt. 3. cap. cum locum cap. gemma de ſponſali-
bus.

34 Unde talis electio † prorſus eſt nulla ex Ab-
bate in cap. 2. n. 3. & in cap. benè 1. numer. 11.
de electione Bald. in conſ. 1. Summatis Navarro
conſ. 5. numer. 2. de electione, Palatios Rubeos in
repert. cap. per veſtras numer. 1. de donat. inter
virum Coſmas in pragm. ſanct. tit. de electione verb.
præſumant, Rota deciſ. 15. numer. 1. circa finem
de renunciat. Farinac. deciſ. 65. numer. 6. tom. 1.
Auguſt. Barb. in tomo de electione cap. 23. numer.
8. Julius Laborius ubi ſuprà numer. 4. cap. 6. num.
38. & cap. 21. à numer. 1. Avend. de metu d. cap.
1. ex numer. 56. cum pluribus ſeqq.

35 Et ſunt expreſſa jura † quæ hunc liberum con-
ſenſum in electoribus expoſcunt omnem vim, exa-
ctionem, ſeu privatum commodum vel reſpectum
excludentia in cap. cum dilectus 8. de conſuetudi-
ne, ibi: liberam eligendi auctoritatem, cap. quiſ-
quis 43. de electione, ibi: contra canonicorum li-
bertatem, cap. in nomine Domini 33. diſtinct. ubi
ut pura, ſincera, atque gratuita, &c. & in cap.
ubi periculum, §. cæterum de electione in 6. ibi:
cæterum quia, cum arbitrium vel inordinatus cap-
tivat affectus, vel ad certum aliquem oblationis
cujuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio dum li-
bertas adimitur eligendi, ex quibus ſi fuit electio
facta ad populi clamorem importunum, nulla eſt,
ex Bald. qui elegantiſſimè ſui dicti reddens ratio-
nem in cap. Oſius Epiſcopus numer. 1. ita ait: Item
notat quod electio facta ad clamorem populi non
valet: clamor impedit animum ne poſſit diſcerne-
re æquum: ff. de appellat. l. ſi conſtat, ff. qui &
à quibus, l. ſi privatus: nihil enim geritur ſi cum
clamore veneretur, argum. ff. de hered. inſtit. l.
final. & ita firmat Palac. Rub. in repetitione Ru-
bricæ d. cap. per veſtras, §. 81. n. 2. Petr. Gre-
22 ibi: quia filii † deſcendunt, & originem trahunt ab infeſto ſanguine, & ideò puniuntur: Afflictis *lib.* 1. *conſtit. Neapol. Rub.* 2. *num.* 42. ideo in crimine Læſæ majeſtatis puniuntur filii pro patribus, quia humor deſcendit à trunco in ramos: nam ut ait Ovidius *lib.* 4. *metamorphoſeon.* *Qui viret in foliis venit à radicibus, &c.* Bald. *in l. Gallus* §. *quidam rectè col.* 3. poſt medium, *verſic. in* 2. *gloſſa & in l.* 2. *num.* 2. *C. de liberis & eorum liberis:* quia contrahunt rubiginem aliena jam infeſta, Fulgoſ. *verſic.* 159. *n.* 1. ibi: cum pater qui eſt radix, ſit corruptus, non poteſt bonus eſſe filius, & ex corrupta radice deſcendere: Cumanus *in l. ſi quis cum totum num.* 4. *verſic.* 2. *q. ff. de exceptione rei judicatæ*, ibi: quia proceſſerunt ex radice jam vitiata ideoque ab ipſa emergunt ſecundum ejus naturam: & eleganter Joannes Faleng. *ſupra Pſalm.* 108. ibi: à malis exorti parentibus illorum dicuntur præ ſe ferre iniquitates, quia à corrupta radice corrupti & ipſi ſunt. Montanus *in Pſal.* 50. qui proximorum etiam parentum peccatorum, ſive iniquitatum, qui naturam non poſſunt inficere humanam, ſicut primi parentis peccatum fecit, reatus tranſit ad perſonam pro his ex eis natam, & cum Platone *in car. d.* Simancas *de Catholicis inſtit.* 29. *num.* 5. Auguſtinus, Eugubin. in prior. per v. ſic interpretatus eſt, id eſt malè ibit infeſtim poſt modum; ita inquit improbitas unius maximè improbi facit ut genus pereat remanente veſtigio ſceleris, & imitari ſimiles parentibus procreati: & facit, *de jure noſtro Regio textus in l.* 6. *tit.* 27. *part.* ibi: *por que los icieron deſpues que eſtavan en poco dannados en el mal que hubieſen fecho temiendo ſe que en alguna manera recudieſen aquellos miſmos.* Et Imperator Veſpaſianus reddens rationem quare ob delictum & proditionem Agrippæ filium ſuum, eo quod in corde ejus relinqueretur opus patris ſui, quia conceptus ſit ex ſemine rebellionis ut recenſet Joſephus *lib.* 1. *de bello Judaico cap.* 6. & Alex. 4. *in bulla & conſtitutione contra Conradum filium Imperatoris Frederici, in ſumma conſtitutio. Pontifical. Petri Matthæi:* nam in hoc pravo genere patrum in filios cum ſanguine derivata malitia, ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt; & ibi: quia flagitioſi & educati ad delinquendum procliviores magiſque liberi evadunt, & Horatius *lib.* 4. *carminum.*

*Fortes creantur fortibus, & bonis.*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant Aquilæ columbam.*
*Doctrina ſed vim promovet inſitam*
*Rectique cultus pectora roborant*
*Ut cumque defecere mores*
*Dedecorant benè nota culpæ.*

Docet Peregrinus *conſ.* 10. Chaſſaneus in *Catalogo Gloriæ mundi* 11. *part. conſiderat.* 25. & ut ſcribit Galenus *lib. de ſubſtantia virtutum animalium in princip. cap.* 6. potentiæ animæ ſequuntur corporis temperaturam, quod non latuit Ulpianum *in lib.* 1. §. *apud Julianum ob quæ vitia, ff. de Edelino edictum:* cum dixit vitium corporale interdum animam penetrare, & eam vitiare: Tiraq. *de nobilit. cap. num.* 292. Et hac ratione puto in ſacra pagina Geneſis, *cap.* 18. & 19. dictum fuiſſe in civitate Sodomæ, quod ſolus Loth juſtus inventus eſt: nam licèt in ea erant filii parvuli, qui nondum ob ætatem peccaverant, tamen in eorum peccatis fuerunt concepti, & macula patrum nativitatem præceſſerat, ut inquit Joannes Ignatius *in l. fin. n.* 37. *ad Ælian.* & facit illud Eccleſiaſtici *cap.* 41. *filiorum peccatorum periet hæreditas*, & ibi: *& cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii:* cujus rei plura haberentur exempla, *Geneſis, cap.* 19. *Numerorum cap.* 17. *Regum lib.* 2. *cap.* 12. *Joſue cap.* 6. & refert aliqua Plutarchus de ſera Numinis vindicta, Cælius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lius Rhodiginus *antiquarum lectionum lib.* 16. *cap.* 19. & Quintus Curtius de rebus geſtis Alexandri, ait legem in Macedonia fuiſſe, quod conſanguineus ejus, qui in majeſtatem Regiam proditor eſſet, ſimul cum eo interficeretur.

23 Unde juſtè deſcendentes † ex Judæis vel noviter converſos infamia ſectatur, & ad eos officiorum Reip. denegatio extenditur quod utique in maledictione ab eis poſtulata inſitum venit, dum patres eorum cum maxima vociferatione clamabant: *ſanguis ejus ſuper nos, & filios noſtros.*

Contrariam tamen ſententiam Neophytos & noviter converſos, ac eorum deſcendentes ad officia publica, & honorifica admitti debere plura pro ſe habere fundamenta quæ tam ex ſacræ paginæ diverſis locis, quàm juris Canonici, & Regii variis ſanctionibus congeſta ſpecialiter & miro ordine refert Montalbus *in l.* 2. *verbo Jernadico tit.* 3. *lib.* 4. *fori regalis*, ibi: latiſſimè rem perſequitur, ex quibus quatuor tantùm vobis ſubijciam.

Primum quod Neophyti propter novam converſionem & reductionem ad noſtram orthodoxam & Catholicam fidem non pœnis, prohibitionibus & ſuppliciis, ſed præmio digni ſunt, *l. fin. C. de ſtatutis & imaginibus l. itaque ſol.* 12. *ff. de furtis, unde in Extravaganti Joann. XXI.* incipit *dignum arbitrantis*, juri conſonum dicitur, Renatos fonte Baptiſmatis Judaïca cæcitate dimiſſa amplioribus favoribus & gratiis, quàm antea habuerant, etſi juri communi cum aliis civibus, utuntur *l. Judæi C. de Jud.* ibi: contra jus viventes, Felin. *in C. multorum num.* 5. de Judæis omnibus qui ſtatutorum immunitatibus, privilegiis, odiiſque in incolas locorum ubi ipſi habitant collatis potiuntur, ut communem ex aliis deſcribit Emmanuel Suarez communem opinionem verbo *Judæis num.* 221. Alphanus *Collectan. Juriſ.* 58. Burſatus *conſ.* 200. *n.* 10. *vol.* 2. ut ſic alii alliciantur ad dimittendum Judaïſmum, alii autem diabolo incitante formidarunt conſiderantes injuriis & contumeliis affligendos, ut conſiderat Montalbus, *ubi ſuprà conſ. item licet aliquid.*

Secundum quod ſemper fuit apud Deum odi-
24 bilis & odioſa perſonarum † acceptio ut *in C. venerabilis de præbendis*, & ideo ſtatim excludens ab hominibus & juſtitiæ gubernatione certum perſonarum ſtatum injurioſum utique eſt; ut *in l. eos* 17. *ff. de decurionibus.*

Tertium ex pluribus conſiliorum authoritatibus.
25 Neophyti † & noviter converſi ad præbendas & dignitates admitti debent ut *ex Concilio Nicæno cap.* 2. *Arelaten. num.* 2. *cap.* 1. *cap. in novo* 21. *diſtinctione, Toletano cap.* 1. *cap. ſi qui cap. nonnulli* 2. *quæſt.* 7. *cap.* 157. *dictione:* & facit textus expreſſus *in cap. eam de reſcriptis* ibi: *pro eo verò quod judæus extiterit ipſum dedignari non debet & in cap. cum deputati de Judæis*, iſti illud allegantes in repulſionem ipſorum quod eorum ipſis generatio non eſt nota, qui undecumque venerit gratia divina vocatur, dum laudabiliter exequantur officium, ſuo ordini ex ſuperabundanti, requiritur ſuæ notio nationis, & *in cap. ad decorem de inſtitutionibus.*

Quartum quod hæc opinio de jure Regio *partitarum* expreſsè eſt approbata, nec in controverſiam quoad officia poteſt deduci, ut conſtat *ex l.* 6. *tit.* 24. *part.* 7. ibi, *Otroſi mandamos que deſpues que algunos Judios ſe tornaren Chriſtianos que todos los de nueſtro ſennorio les onren y ninguno no ſeaoſado de retraer a ellos y a ſulinaxe que fueron Judios en manera de dueneſto y que aian ſus bienes y todas ſus coſas partiendo con ſus hermanos heredando lo de ſus padres y de ſus madres y de los otros ſus parientes anſi como ſi fueſen Judios y que puedan hacer todos los officios las honrras que a todos los otros Chriſtianos.*

Et hanc opinionem tuentur Felin. *in d. C. canite num.* 12. Ripa *num.* 29. Card. *in ſum. q.* 8. *diſtinction.* Alphonſus Epiſcopus Burgenſis Ichierſis *in tractatu ſtatutorum:* Ambroſius de Oropiſa Generalis ſancti Hieronymi *in lib. ſummæ ad debellationem gentium:* Abulenſ. in Levit. *cap.* 19. *q.* 32. Montalbus, *ubi ſuprà*, Didacus Perez *in l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. de ordinamentis, Avendanno *d. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 20. *& in diſtin. ad l. partitarum* verbo *Judæos.*

Sed in hac opinionum differentia, pro earum concordia eſſe diſtinguendum exiſtimo autorem: loquimur de Neophytis propriè & ſtrictè, & de recenter ac nuper ad noſtram Catholicam fidem converſis; & in iſtis procedit opinio prima cum ſuis Juribus & cum Covarr. Joann. Baptiſta Caſtill. *in add. ad Ludovicum*, Romano *ſingular.* 672. fratre Henrico Maceroi *in ſua apologia part.* 2. *cap.* 3. & aliis tradit Ignatius del Villar. *d. reſponſo* 12. *num.* 38. Neophytus autem in propoſito, ſive recenter & de novo converſus dicitur ille (ſecundùm aliquos) in quo tantum eſt converſionis triennium elapſum ut *in authore de monachis.* 19. *quæſt.* 3. ſed verius eſt hoc Judicis arbitrio relinqui ex *ſuprà* citatis.

Aut loquimur de converſis † qui eandem fidem 26
Catholicam profeſſi & amplexi fuerunt, vel quia ipſi ab infantia Baptiſmum ſuſceperunt, vel quia parentes aut avi eorum noviter ad fidem noſtram venere, & iſtis officia Reip. ſæcularia non ſunt interdicta; in quibus procedit *d. l.* 5. *partita* & eſt intelligenda ſecunda opinio, niſi in illis de quibus loquimur prematica alleganda *ſol.* 5. & Ignatius del Villar. *in dictis locis*; qui tamen ſecurè affirmant & ſolum propter teſtimonium ſæculi ſi commodè fieri poteſt nobiles ſive ignobiles puro tamen ſanguine natos (vulgo *Chriſtianos viejos*) in his officiis publicis & honoribus ſemper Neophytis aut deſcendentibus ab eis, eſſe præferendos: ſed & filium apoſtatæ ſeu hæretici etiam reconciliati judicem eſſe non poſſe, nec alia plura officia habere poſſe expreſſè cautum extat, *in l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 8. *novæ recopilat.* ibi: *Mandamos que los reconciliados por el debito de ſu eregia i apoſtaſia ni los hijos y nietos que de los quemados y condenados por el dicho delito aſta la ſegunda generacion por linea maſculina aſta la primera por linea femenina no puedan ſer ni ſean del nueſtro conſejo ni oidores de la nueſtra audiencia, y chancilleria ni algunas dellas ni ſecretarios, Alcaldes ni Majordomos ni contadores majores ni menores ni teſoreros, ni pagadores ni contadores de quentas ni eſcrivianos de camara ni de rentas ni Chanciller ni rexiſtradores ni abogado ni fiſcal ni tener otro officio publico ni Real nueſtra caſa y corte y Chancillerias y anſi miſmo que no puedan ſer Correxidor ni Juez ni Alcalde ni Alcaide ni Alguacil ni Merino, ni Veinte y quatro, ni Rexidor ni Jurado, ni Fiel, ni executor, ni eſcrivano publico ni del conſexo ni Major-domo ni Notario publico ni Fiſco ni Ziruzano ni boticario ni tener otro officio publico ni Real en algunas de la ciudades, Villas ô Lugares de los nueſtros Reynos y ſennorios ſo las penas en que caen y encurren las perſonas privadas que uſan de officios para que ni tienen abilidad ni capacidad ſo pena de fiſcation de todos ſus bienes para la nueſtra camara y fiſco en*

*las quales penas incurren por el miſmo echo ſin otro proceſo ni ſentencia ni mas declaracion y las perſonas queden a la nueſtra merced.* Sed ut ad theſim in ordinem inhabilium, & eorum qui reputantur indigni ad officia publica exercenda, redeamus, inhabilis utique & indignus ad iſta officia
27 haberetur clericus † qui reaſſumpſerit coronam ut *in l. 17. tit. 3. tit. 1. ordinament.* ibi: *ſi los clerigos de menores ordines no traxeren corona avierta ni beſtiduras clericales no puedan tener officios de Juzgados ni de executores ni otros officios publicos en qua leſquiere ciudades, Villas y lugares ſalbo ſi fueron caſados o no trageren corona abierta ni abito de clerigo, pero ſi reſumiere corona que no pueda tener ni gozar de los dichos officios publicos y ſi fuere clerigo no caſado no pueda tener ni uſar de los tales officios y no vale la diſpenſacion que en contrario ſe diere y ganare.*

Et licèt regulariter non deficiat factum ad pœnam incurrendam, niſi ſequatur effectus ut ait Bald. *in l. ſi quis C. de inoff. tit.* quam ſequitur Felinus *in cap. 1. de præſumptionibus fallentia* 8. tamen ad hanc inhabilitatem officiorum incurrendam & electionis paſſivæ, ſufficit factum ipſum reſumendi tonſuræ privilegium, quod & alia *l.* nempe 3. *tit.* 4. lib. 6. ejuſdem ordinamenti ita cautum invenitur, *ibi: Otro ſi ordenamos y mandamos que qualquier nueſtro arendador ô fiel ô Rexidor de las nueſtras rentas que ſe llamare ô dixere clerigo de corona ſobre las coſas tocantes a los nueſtros maravedis y a los de nueſtra renta y ſe requiſiere al Juez eccleſiaſtico que por el miſmo fecho aia perdido todos ſus vienes aſi muebles como Raiçes, la mitad para la nueſtra Camara y la mitad para el acuſador, & ita advertit Fluendannus cap.* 19. *n.* 12.

Item inhabilis eſt ad talia officia exercenda Sur-
28 dus, ſi ſit omnino † ſurdus; aliàs ſi eſſet Surdaſter tantum, id eſt, qui licet, (ut reliqui) non audiret, tamen audiret licèt tardè, utique admitti debet ut *in l. fin. ff. de legitimo*, ut obſervat Fontan. *d. clauſ.* 4. *gloſſa* 10. *part.* 1. *num.* 50. ubi ait ita intelligenda eſſe jura prohibentia, vel excuſantia, quæ à muneribus publicis, ut *in l. unica C. qui morbo ſe excuſant:* & idem dicendum
29 eſt de muto † & ſtulto furioſo, ſeu mente capto & de aliis quos enumeravit, *l.* 4. *tit.* 4. *part.* 3. *l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* ibi: *Eſtablecemos que el que fuere deſentendido de mal ſeſo no pueda ſer Juez por que no a ſeſo para otro librar los pleitos derechamente. El que fuere mudo por que no podria preguntar a las partes quando fuere meneſter ni reſponder ni dar Juizio por palabra, ni el ſordo por que ao oia lo que fuere raçonado ni alegado, ni ciego por que no vera los hombres ni los ſabia conocer, ni onrar ni hombre que tegna tal enfermedad que continuamente le diere por que no podra Juzgar ni eſtar en Juicio y el que fuere en duda ſguare ſcera ô no y el que fuere deſta manera enbargado no podra comportar el travajo ſegun con biene para librar los pleitos: Ni otroſi el que fuere de mala fama y ubiere echo coſa por que vala menos por que tal naſeria derecho que Juzgaſe a los otros ni el que fuere de religion por que menguaria lo que eſta tenido de hacer en ſervicio de Dios y demas ſeria ſin raçon que el que deſanparo el mundo le dieſen a oir y librar los hombres:* Quæ omnia eleganter proſequitur Bobad. *lib.* 1. *polit. cap.* 12. *ex num.* 16. ſed & quæſtionis eſt utrum ſpurii vel baſtardi, & inceſtuoſi capaces ſint officiorum publicorum; quem honorem habent ut juriſdictionem: & ſanè pro affirmativa parte illud primo loco expendi poteſt, quod in materia officiorum omnes cenſentur digni & habiles, qui expreſſè inveniuntur prohibiti, ut *in l. cum prætorum ff. de Judiciis*, ubi communiter DD. & copiosè Barb.

Sed nullo jure ſpurius † invenitur notatus, & 30
indignus officiorum; ergo ad ea admitti debet. Secundò pro hac opinione facit, *textus in l. generaliter 3. §. ſpurios ff. de decurionibus:* ubi ſpurios quoque poſſe in ordinem adlegi nulla dubitatio eſt, ſed ſi habeat competitorem legitiméque natum præferre eum oportere divi fratres Juliano Avito Bitiniæ Præſidi reſcripſerunt. Ceſſantibus verò his etiam ſpurii ad decurionatum & re, & vita honeſti recipiuntur; quod utique non ſordi erit ordini cum ex utilitate ejus, & ſemper ordinem plenum haberet *textus in l. ſpurii decuriones ſunt:* ut ideo fieri poterit ex inceſtu quoque natus, non enim impedienda eſt dignitas ejus qui nihil admiſit.

Contraria tamen ſententia † ſequentibus niti- 31
tur fundamentis: in primo, quia ſpurii, Baſtardi ſeu inceſtuoſi, infames ſaltim infamia reputantur, ut tradit Arg. *in ſumma C. de infamibus in principio*; quem ſequitur Bald. *in l. 1. col. 1. C. de jure aureorum Annal.* ubi & citat *textum in l. ultim. C. de natural. lib. idem* Bald. *in l. in bona fidei col.* 1. *verſic. idem duo C. de jurejurand.* Capitius *deciſ.* 32. *num.* 7. Tiraq. *de nobilit. cap.* 15. *num.* 14. Avend. *in propoſito d. cap.* 19. *nu.* 24. *verſic. ſunt autem infames*, ubi allegat Thom. grammaticum *conſ.* 48. & facit *textus in l. 2. tit.* 6. *part.* 7. ibi: *infamado es de fecho aquel que no naſce de caſamiento derecho*; & ubicumque agitur de aliquo honore filii ſpurii appellet *filiore*, latè Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 3. *nu. fin.* Mieres *de Majorat.* 1. *part. quæſt.* 2. *n.* 53. *& quæſt.* 31. *num.* 267. quod etiam extendit Bald. *in l. generaliter §. cum autem C. de inſt. & ſubſtit. ad ſpurium legitimatum*, Tiraq. hinc plures refert: ubi proximè *n.* 18. infamibus autem officia honorifica non debent concedi, ut in rebus infamibus dirigitur in 6. præſertim juriſdictionem habentia cum judicaretur honor, & dignitas, ut per Boërium *deciſ.* 222. *à n.* 1. *cum ſequentibus in d. lib.* 7. ibi: *ni otro ſi el que fuere de mala fama, & in d. l. 4. tit. 4. part.* 3. Bobad. ubi ſuprà ibi: *Bajos y ſerviles y de infame condicion.*

Secunda ex doctrina Franciſci Curtis ſenioris *in l. admonendi col.* 27. *verſic.* 22. *ff. de jurejurando*: ubi expreſsè ait, non eſſe admittendos ſpurios ad dignitates: & hinc fortaſſis prodit Venetorum inſtitutum, qui natos illegitimè in ſuum Conſilium non admittunt: tamen ſi poſtea quoquo modo jura legitimorum nacti ſunt refert Fulgoſius *conſ.* 62. ſtante ſtatuto *verſic. hoc evidentius:* & hac ratione ſpurius doctor eſſe non poteſt, ut tradit Cardinalis, *in proœmio Clementinarum num.* 4. Felinus *in cap.* 4. *de magiſtris n.* 2. Tiraq. *ubi ſuprà n.* 15. quamvis dubitabile dicat: Roxas *in epitome ſucceſſionum cap.* 20. *num.* 82. ubi latiſſimè omnes ſpuriorum defectus & incapacitates hac prohibitione juris refert per totum caput & ibi: quidquid in propoſito pro extenſione argumenti hujus expetieris facillimè invenies.

Tertiò quia obſcuri † ſeu de obſcuro loco na- 32
ti regulariter ad officia Reip. non admittuntur ex *gloſſa obſcuri Auth. de defenſoribus civit. in principio*; debent enim honeſti eſſe honeſtate ſæculi de qua loquitur gloſſa verbo *honeſtior*. Gutierrez *verſic.* 31. *n.* 1. *&* 6. ſed ſpurium obſcurum

&

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& de obſcuro loco natum quis ignoravit? obſcurus enim homo dicitur ille cujus parentes latent, & ignorantur juxta illud Tull. *lib. 6. officiorum:* qui magna ſibi proponunt obſcuris orti parentibus; *& in 7. in Verrem actione:* obſcuro loco natus: & Livius *lib. 6. ſecundi belli punici*, de Sepio Leſſio quam perobſcuro, inquit, loco natus & alibi *in eodem libro*; Quintus obſcuro genere ortus, in cujus rei confirmationem plura tradit Tiraq. *de nobilitate, cap 2. num.* 12. & facit *textus in l. concubinatu:* ubi obſcuro loco nato *ff. de concubinis:* ſpurius autem de obſcuro loco natus dicitur, quia ſine patre eſt vel vulgo conceptus *ff. de ſtatu hominum §. ſi adverſus inſtituta de Nuptiis.* Calepinus *in* verbo *ſpurius* Caſtellanus Coſta *in d. ſpurium* Roxas *de ſucceſſione ab inteſtato cap.* 19. *in principio.*

33 Quod ſi obſcurum appellaveris † ignobilem ut in hoc ſenſu utitur Suetonius *in Vitellio*, in illis verbis: *Vitelliorum originem alii aliam, & quidem diverſiſſimam tradunt, partim veterem, & nobilem*, partim verò novam & obſcuram, & Statius *lib. Silva.* 3. *Silva* 2. ibi:

*Non te ſeries inhonora parentum*
*Obſcurum proavis & priſcæ quis & egentem,*
*Plebeia de ſtirpe tulit...*

Spurius utique ignobilis ſemper in jure fuit habitus & communiter reputatus, Tiraq. *d. cap.* 15. *num.* 16. non enim ſuccedit in honoribus Patris, nec eſt de domo, familia ſeu caſata ejus: *l. eam legitimè ff. de ſtatu hominum l. liberos ff. de ſenatoribus lex revera* ibid. Bald. *C. de ſuis & legitimis hæredibus l.* 3. *tit.* 15. *part.* 4. *lib.* 2. *tit.* 13. eadem partita: & ideo non portat arma progenitorum familiæ, de quo latè per Tiraq. Roxas ubi *ſuprà fol.* 86. Otalora *de Nobilit.* 2. *part.* 3. *princip. cap.* 3. *num.* 3. Joannem Garciam *eodem tractatu gloſſa* 1. §. 1. *num.* 61. *& gloſſa* 21. ubi per alios varios numeros: an hoc in legitimato, Principis reſcripto procedat, ingenuè diſputat Joannes de Caſtill.

Quintò jure etiam divino incapax ſucceſſionis paternæ & abjectus ſpurius fuit habitus & legitur Geneſis, *cap.* 21. ibi: *Eijce ancillam hanc & filium ejus; non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ*, & Paulus *ad Galatas cap.* 4. de quo *in cap. non omnis* 32. *quæſt.* 2. *& in cap. dicat aliquis* 32. *q.* 4. *& lib. ſapiens. cap.* 3. *adulterorum filii abominatio ſunt Deo: cap. penult.* 36. *diſtinctione & Deuteron. cap.* 3. ibi: *non ingredietur mamzer: ita ad Corinthios cap.* 7. *filii veſtri & legitimi immundi ſunt*, quod Boniſacius Martyr Regi Anglorum ſcribens uti habetur *in cap. ſi gens* 56. *diſtinctione*, exactiſſimè ſignificavit: *ſi gens Anglorum* (inquit Boniſacius) *ſicut per iſtas provincias divulgatum eſt in nobis, in Francia & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium nobis obijcitur, & ſpretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis, fœdam vitam duxerit, de tali commiſtione meretricum æſtimandum eſt degeneres populos & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos; & ad extremum verſam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem & noviſſimè nec bello ſæculari fortem nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam:* Paleotus *de nothis ſpuriis cap.* 54.

In hac tamen opinionum controverſia cujus veram reſolutionem firmare non auſus cogitandam reliquit Azevedo *in d. l.* 7. *conſ.* 9. *lib.* 3. *Recopil. num.* 142. ſemper proclivior fuit affirmativæ parti: Cui profeſſori obſtant argum. contraria: primum, quia latet infamiam facti talem eſſe, ut omnes agnoſcunt, ſed ad incapacitatem & inhabilitatem officiorum Reip. contractandam hæc non ſufficit, ſed eſt neceſſarium quod ſit infamia juris, & quod in ea expreſſa ſit prohibitio, ut affirmat Fontan. *d. gloſſa* 10. *num.* 52. *verſic. prædicta autem omnia:* ubi alios refert Covarr. *in practicis, d. cap.* 19. *n.* 5. *verſic.* 6. *conſ.*

Rurſus quod ſpurius † non eſt infamis infamia 34
facti, quæ ab ejus moribus deſcendat, ſed ob culpam parentum, quadam ad peculiares effectus à jure afficitur nota quæ dicitur à multis infamia facti, ut rectè animadvertit Covarr. ubi *proximè verſic.* 2. conſtat & ita intelligenda eſt *d. lex* 2. *tit.* 6. *part.* 7. ibi: *Infamando eſt defectio*; & ita infamia facti nunquam inducit prohibitionem officii vel dignitatis ut *in l.* 2. *§. miles ff. de his qui notantur infamia*: nec ſecundum, quia Curtius dum contrarium ſentit, uti deceptus fuit & adverſus jura loquens non eſt audiendus, nec Venetorum ſtatutum de quo loquitur Fulgoſius nos immorari debet, cum quælibet civitas ſeu communitas ſuis ordinibus regatur, ut Avend. *in ſuo ſenſu ut §. jus autem civile, inſtituta de jure natura i gentium & civili:* quod in conſequentiam trahi non debet: nec tertium, quia gloſſa *in d. authentic. de defenſoribus civitatum* verbo *obſcuro* & verbo *generaliter* intelligi prout officiorum exercitio repugnet & quæ à jure ſpecialiter ſit notata, non autem dict. aliquæ ſolum ad alios effectus notant, habet.

Cum tum plures ſpurios & Baſtardos † guber- 35
nationi, dignitatibus, bellis, & magnis officiis aptiſſimos fuiſſe & ſacra & humana indicant elogia ut *in cap. undecumque cap. nunquam & cap. naſci* 56. *diſtinctione:* ubi & traduntur plures rationes ut ab officiis & dignitatibus ſpurii non arceantur & *in d. cap. naſci*, ſcribitur Jephte illum ſpectatæ fidei judicem Iſraël cujuſque magnæ res geſtæ narrantur meretricis filium eſſe: & Hercules, & Alexander Magnus quibus in re militari, ut cætera defuerint, neminem parem fuiſſe unquam legimus; veterum ſcriptor magnus tamen meros ſpurios fuiſſe tradit: hinc olim in Attica locus quiſpiam erat *Cynoſarges* appellatus Herculi dicatus, in quo ſpurii quique tam ex patre quàm ex matre cives non erant, exercebantur, quoniam Hercules nothus erat, & tamen virtute ſua Diis æquum honorem aſſecutus eſt. Stephanus, & Suidas; ſed & Romulus ipſe inter Deos habitus, patre incerto fuit, ob idque ad abigendam ignominiam dicitur fabuloſè ejus matrem divino compreſſu eum peperiſſe, ut refert Tiraq. *d. cap.* 15. *num.* 2. *&* 31. ubi de Servio Tullio, Timotheo, Athenienſium Imperatore, Themiſtocle, Medone, Teuceroeno, Beonpho, Necomaco, Homero, Demoſthene, Bruto; & de noſtris ſcriptoribus, Joanne Andrea, Bartolo, Gratiano, Petro Lombardo, Petro Comeſtore, idem ex bonis authoribus affirmat: & de noſtris Hiſpanis poſſem utique maximos & præſtantiſſimos virtutum & nobilitatis Heroës qui ſpurii fuerunt referre, quibus legitimi fratres & parentes non ſolum dedignari non potuerunt, ſed ſuis factis inclytis juſtiſſimè gloriantur, ſed ſufficiat unum pro cæteris, nempè Madarran Gonzalez de Lara filium D. Buſtum de Lara Dominum oppidi de Sajas *de los infantes*, antiquitùs dicti *de Lara* & non *de Bureba* ut aliqui dixerunt, nunc autem *de los infantes* à quo deſcendit perilluſtris, antiquiſſima & nobiliſſima familia *de los Manriquez de Lara*, *de quo latè per Camalloam Garibai lib.* 10. *compen-*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*dioſæ Hiſtoriæ Hiſpaniæ cap.* 16. *tom.* 1. Sando-
bal in ſpeciali iſtorum Baronum deſcendentia quam
poſt vitam Imperatoris Alphonſi VII. colloca-
vit, ſed generali Hiſpaniæ conſuetudine abſque
controverſia receptum eſt ſpurios filios magnatum,
Regum, Ducum, Comitum, Marchionum & Ba-
ronum nobiles eſſe & nobilitatis parentum radice
coruſcare: ita Rainus *de Nobilitat.* 2. *quæſt.* §.
*quæſtionis in prin ıp.* Joannes Gutierrez *in repe-
titione* §. *ſui inſtitut. de berebas qual num.* 190.
*por la de ſer.* 145. §. 1. ad officia igitur Reip.
honorifica admittendi ſunt ſpurii dum tamen aliàs
ſint apti, nec ob ſpuritatem tantum ſunt rejicien-
di, fateor tamen quod reſpectu & oppoſitione le-
gitimorum, ſpurii non ſatis apti conſiderantur,
nec eis præferri debent ut *in d. l. generaliter*,
§. *ſpurios* ubi legitimus competit & præferendus
36 eſt ſpurio † quod non provenit ex eo quod ſpu-
rius indignus vel inhabilis ſit, ſed ex eo quod
ſemper melior debet eligi & idoneior, ut ſuprà
diximus latè & ita dicit Covarr. *d. cap.* 19. *num.*
6. *ne quidquam urget:* unde ſpuritas non obſtat
ad hæc officia conſequenda, nec infamiam irro-
gat Burgas *de Nobilitate*, *diſcurſu* 3. *nu.* 16.

Et in ſpuriis natis ex flumine Ibero ad Mon-
tanos ſurſum, qui etiam nobilitate parentum gau-
dent, ut probat latè Joannes Garcia *de Nobilit.
gloſſa* 1. §. 1. *num.* 60. *cum ſequentibus.*

Sed & illud obiter ad quod in dubio nemo
37 præſumitur ſpurius † ſive Baſtardus ex his quæ
adjecit Joannes Garcia *de Nobilit. gloſſa* 20. *num.*
38. nec etiam qui ob aliquod delictum publicum
paſſus eſt verecundiam, vulgo *baſido afrentado*
admittendus eſt ad officia Reip. Avend. ubi *ſu-
prà dict. verſic. ſin autem*, nam licèt ictus fuſtium
non infamet, niſi cauſa propter quam imponitur,
infamatatoria ſit *l. ictus fuſtium ff. de his qui no-
tantur infamia notat gloſſa* verbo *algun ierro in
l.* 5. *tit.* 6. *part.* 7. tamen quia communi vulgi opi-
nione & omnium diſtinctione iſte talis propter pro-
prium delictum infamis & vilis reputatur ad talia
non debet eligi officia, ut docet Azeved. *in d.
l.* 7. *n.* 15.

38 Nec tabernarii, † muliones, ſutores, hoſpita-
tores, vulgo, *Miſoneros*, artocrearii, & alii qui
Mechanica officia de quibus loquitur Tiraq. *de
nobilit. cap.* 34. *per tot.* Cravet. qui loquitur 1.
*Tabernario conſil.* 13. *num.* 2. *& conſ.* 163. *volu-
mine* 1. Roland. à valle, *conſ.* 34. *num.* 5. *vol.*
2. quibus officia Reip. honorifica non ſunt con-
ferenda Parlad. *in Rubric. de donat.* §. 9. *a.* 9. nec
paſtores ut *in l. ne quis ex ultimis: C. de dignita-
tibus lib.* 12. ubi Bart. expreſsè ſumit illum *tex-
tum: ſic quod negociantes, artes viliſſimas ad di-
gnitatem ſeu honorem non aſpirant, & aſpirantes
repelluntur à dignitate ſeu honore etiam quæſito*,
& ubi Joannes de Platea, ubi etiam ait quod
propter vilitatem negotiationum repelluntur à di-
gnitatibus & honoribus, tanquam viles & humi-
les, non autem propter pœnale exercitium nego-
tiationum: nec quia ſunt infames, ſed quia talia
officia exercent; & ponderanda ſunt verba illa,
*abjectiſque officiis ut l. deformibus monetariis etiam*,
quæ utique inſinuant quod exercentes mechani-
ca officia abjecta iſta præſtantes miniſteria vilia,
privantur Officiis honorificis *l. ſi cohortalis*, *verſ.
etiam cunctos ad Cohortal. & princip.* Cornicul.
*lib.* 12. proſequitur Joannes Gutierrez *conſ.* 31.
*per tot.* maximè *ex num.* 6. quæ vidi: quod ta-
men intelligi niſi inde factum albore ut in illis
qui utenſilia *ff. de muneribus, & honoribus*, an
pecuniaria hominem facit, ut quando quam mul-
tum apti aut idonei admittantur, & è contra pro-
cedat primum cujus membrum quoties publicè il-
la quæ ipſo jure infamant, fiunt, prout eſt in
delictis ıpoſitis per *l.* 4. *tit.* 6. *part.* 7. tunc enim
nulla requiritur ſententia; nam ſi occultè fierent
tunc quamvis ipſo jure infamia incurreretur re-
quiritur ſententia infamiæ incurſæ declaratoria,
etiam ut agnovi ab officiis honoris & dignitatis
conſequenter repelleretur: & ita videtur proba-
ri *in d. l.* 5. *tit.* 6. *part.* 7. *in fine & voluit gloſſa
faciendo, ibidem:* nam ubi dicitur quod ſi quis
deprehenditur in furto per quod delictum ſit no-
torium, licèt nondum ſententiatum ſit ſuper eo,
infamis eſt, nam in notoriis nulla requiritur, *conſ.*
quomodocumque lex loquatur; ſecundum Hypo-
litum *in d.* §. *aggredior n.* 125. *cum pluribus ſe-
quentibus:* ſi tamen non deprehenditur interim,
quod improbatur & ſuper furto ſententia condem-
natoria adeſſe infamis, diu non poteſt & ſic non
repellendus ab officii acceptione: nam & ſic vi-
demus quod licèt infamis infamia juris teſtis eſſe
poſſet prout commune diximus jam ex Jaſim *d.
l.* 1. *num.* 65. *C. de ſum. trinit.* tamen ſi infamia
eſt occulta non repelletur à teſtimonio, prout &
hanc communem deteſtatur Aretin. *in C. cum non
ab homine num.* 93. *de judic. ex gloſſa in l. con-
tra ff. de teſtam.* pro quo eſt optima lex *tit.* 16.
*part.* 3. *col.* 3. *in princip.* ibi: *Conocido, & in
col.* 1. ibi: *Conocidamente:* & ſic eſt declaranda
& intelligenda Angeli Doctrina *in l.* 18. *qui in
judicio ff. de his qui notantur infamia*; dicentis
quod committens crimen publicum eſt infamis in-
famia facti, etiam non ſecuta ſententia; nam ve-
rum eſt quoties ex tali crimine eſſet infamatus pu-
blicè, prout intelligit, *gloſſa* 2. *in l.* 5. *tit.* 6.
*part.* 7. *& gloſſa* 1. *in l.* 7. *Coll. & part.*

Illud tamen advertas velim quod ubicunque re-
quiritur una ſententia de ea utique intelligi de-
bet, quæ tranſivit in rem judicatam, non autem
de ea à qua appellatum fuit, vel appellari poteſt,
quia idem eſt non eſſe latam ſententiam, vel la-
tam ſed ſuſpenſam appellatione: Surdus *allegan-
tiæ* 335. & condemnatus, † pendenti appellatio- 39
ne non dicitur condemnatus *l.* 1. *C. fin. ff.* ad Ter-
tullianum *l.* 2. *& conſ. cum ff. de pœnis:* quod eſt
adeo verum, ut ex quacumque cauſa accidat quod
ſententia non habeat executionem vel ſuum de-
bitum effectum, judicandum de ea ſit ac ſi prola-
ta non fuiſſet: Surdus *diſcuſſione* 51. *numer.* 22.
Cancer. 3. *part. cap.* 17. *de ſententia & executio-
ne à num.* 42. & condemnatus ex ſententia quæ
aliàs irrogaret infamiam, non dicitur interim
infamis, dum appellatio pendet: Boërius *conſ.*
1. *num.* 2. & cum Lancelloto & aliis tradit in
terminis Fontanel. *d. gloſſa* 10. ſi prius repetita
nec faſtidio, ſed utilitati erit eum plures allega-
re, *ex num.* 6. *cum pluribus ſequentibus.*

Nec officiales antequam ſint, † dicuntur poſ-
ſe nominari ad officia Reip. Bart. *in l.* 1. cum 40
omnes Judices tam civili ſententia: Callendus *de
ſindicatu quæſt.* 96. Aviles *in C. per textus cap.* 4.
verbo *juſtitia n.* 14. Cabedo *de diviſione* 84. *nu.*
1. nec debitores † Reip. qui rationem non red-
diderunt *l. reſcript. debitores* ibi: *gloſſa l.* 2. *C. de* 41
*debitoribus civit. lib.* 11. non ſemper §. *cum de-
bitores ff. de lucro immunitatis* Avend. *dict. c.*
49. *num.* 25. ubi allegat Ripam *in tractatu de Pe-
ſte* 3. *part.* verbo *ſuſceptores Rep.* in propoſito,
qui ſignantur ab Ulpiano *in dict.* §. *debitores re-
rum publicarum ad honores invitari non poſſe cer-
tum eſt, niſi prius in id quod debetur Reip. ſatis-
fecerint: ſed eos demum debitores rerum publica-*

*rum*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*rum accipere debemus, qui ex adminiſtratione Reip. relinquantur : cæterum ſi non ex adminiſtratione ſint debitores, ſed mutuam pecuniam de Rep. acceperunt, non ſunt in ea cauſa ut ab honoribus arceantur.*

42 Et Officialis qui ob demeritum † fuit remotus, & privatus officio Reip. maxima ignorantia notatur *l. cognitionum ff. de variis & extraordinariis cognitionibus*, ubi minuitur æſtimatio quando quis ordine movetur, Platea *in l. 1. C. de his qui non in plateis ſtipendiis ſoluti ſunt lib.* 10. ibi : *nemo ille qui ſemel intruſione convictus, idem rurſus Officium gerat, in quo etſi ante d. reſcriptum noſtrum Clandeſtina ſupplicatione intulerit :* ubi Platea, *Cod. de dignitate lib.* 12. ubi judices qui ſe furtis & ſceleribus maculaſſe fuerint convicti, *ablatis, codicillo, inſignibus, & honore exuti inter peſſimos quiſque habeatur l. 2. C. de Palatinis ſacris largit. lib.* 12. *ubi nullus ; Theſaurenſis vel officialis comitis theſauri ſemel deprehenſus ex quocumque pacto aut repetat militiam ſuam aut aliam, deciſ.* 121. *& in dubio præſumitur ob culpam remotus* Platea *in l. quicumque C. de uſis officiis lib.* 12.

43 Tandem de vicinis † & naturalibus pro complemento hujus capitis, meminiſſe juvabit, extraneum, & alienigenam & non vicinum illius loci ubi ſunt exercenda officia, vicinis & habitatoribus & his qui ibi larem habent ſunt concedenda, ut *in auth. de defenſoribus civit.* §. ibi : *ſed ſervandum circulum habitatoribus civitatis quorum aliqua ratio eſt hoc implentibus, & dum circulus expletur, rurſus revertentibus ad ſollicitudinem, & civitati per prædictam curam adminiſtrantibus.* Boterus *deciſ.* 272. & de jure noſtro eſt *textus in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 7. ibi : *Mandamos que los Officiales perpetuos de las nueſtras Ciudades, Villas y lugares no ſean prohibidos ſalvo los naturales de los que ſon en ellas Vezinos y moradores ſiendo naturales y veniendo a hacer morada en ella y no en otra manera, & in l.* 1. *tit.* 14. *eodem lib.* 7. ibi : *des los naturales deſtos Reinos y aviendo los tales perſonas idoneas naturales de los lugares de los officios vacaren las preferimos.* Avend. *d. c.* 19. *num.* 7. *in princip.* vicini enim & naturales ſcient idoneas conſuetudines ac ſtatuta ipſa civitatum & Villarum, & amor patriæ, & deſcendentium impellit eos ad rectè officium gerendum ; honeſtum quippe eſt & fructuoſum in ſua patria quemquam beneficiari, ut aliàs tradit Abbas *in cap. ad decorem ad finem de inſtitut.* & ubi in loco inveniuntur idonei non debent præfici extranei Bald. & Albericus *in l. divus ff. de tutoribus & curatoribus* Tatiſabis *gloſſa & DD. in l. plane ff. quod cujuſque univerſit. nomine* Gregorii Lopez *in l.* 13. *tit.* 15. *part.* 1. notat Avend. *in d. l.* 1. *& in l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop. n.* 9.

Circa quod advertas velim quod non requiritur ad hæc officia obtinenda quod quis ſolus ſit
44 vicinus † ſed inſuper habitator *dict. l.* 1. ibi : *Que
ſean ellos vezinos y moradores en las ciudades, Villas y lugares donde fueren prohibidos de los tales officios o naturales de ellas, o que aian ſido vezinos de ellas diez annos antes que por nos aia ſido prohibido de tal officio.*

45 Quis autem dicatur vicinus † & habitator, & quomodo contrahatur vicinitas & utrum petentibus poſſit denegari, & an in duobus locis poſſit habere ſimul, & qua parte anni debet quis habitare & reſidere ? & alia pleraque notatu digniſſima, & paſſim occurrentia quæ neceſſariò hic diſcutienda ſe ſe offerebant, latiſſimè & copioſè ac valenter invenies *in lib. meo de paſcuis & jure paſcendi cap.* 4. *per tot. & cap.* 5.

Utrum verò pauper † propter inopiam videa- 46
tur indignus ut *in l. inhabilis ad officia Reip.* ſolet dubitari, & minus aptum tradit Platea *in l. ad ſubeunda C. de decurionibus lib.* 10. Avileſ. *cap. propter cap.* 4. verbo *le cunple num.* 10. Avend. *verſic. ſuprà n.* 17. Cabedo *de decuſſione* 84. *num.* 1. *& deciſ.* 2. *part.* 1.

Et ſemper debet attendi quòd major dignitas
† non detur ei qui minorem non habuerit antea 47
*l. neminem C. de conſulibus lib.* 12. *l. ultim.* ubi *gloſſa C. de decurionibus lib.* 10. *l. honores, ff. eodem :* qui minorem habuerit præferendus eſt nullam habenti ſi idoneior eſt : Marcus Antonius Eug. *de Neapol. illuſtr. cap.* 17. *num.* 14. Maſtrill. *de magiſtratu lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 41.

Oppoſitio † verò defectuum in electis, ſuæ ac 48
impugnatio electionis minori parti eligentium ſeu univerſitatis competit ut *in lib.* 86. *tit.* 1. *lib.* 7. *recop.* Curia piſana *lib.* 2. *cap.* 15.

Nam licèt minor pars non poſſit diſſolvere quod à majore parte factum extitit : cæterum non prohibetur per viam Juſtitiæ coram potiri, & quilibet de populo allegare cauſam ob quam electio facta à minore parte univerſitatis annulletur, & Conc. celebri Armor. 132. *num.* 1. *&* 8. Corſatus *in ſuis ſingular.* verbo *univerſitas*, cuilibet de populo competit, & poterit appellare *l. reus delatus* ubi gloſſa *in C. ut circa conſ. alieni in* 6. Abb. *in c. delicti de except.* Avend. *d. c.* 19. *n.* 27. Cabedo *diviſ. Luſitana* 112. *part.* 1. *per totum*, quod intelligit ibi : *contra promovendum, non verò contra jam promotum ex Kevifaccho in l. unica C. de ſententiis, quæ pro eo quod inter notabilius num.* 9. Ant. devict. *in C. exp. A. de teſtibus :* Barbatia *conſ.* 64. *col.* 1. *vol.* 1. nam contra jam promotum ſolum admittitur is cujus intereſt, ſequitur Fontan. ubi *ſuprà n.* 91.

Sed ſingulariter producta limitantur ut nomi-
natus † ad aliquod officium non poſſit modo ali- 49
quo, nec ab eo cujus intereſt, nec ab alio reprobari, ſi alias ad aliud officium quod requireret eandem ( *ut l. majorem* ) idoneitatem extitiſſet approbatus in notata *in C. cum venerabilis de except.* Panormit. *in cap. præſentium num.* 7. *de teſtibus* & Eccl. Hugo *conſ.* 28. *num.* 5. arguentes ab approbatione teſtis quæ ſi ſemel fuit ab alio facta, non poterit amplius ille teſtis reprobari, latè & pulchrè Vebus *dec.* 270. *lib.* 2. Boër. *deciſ.* 144. *num.* 16. *cum ſequentibus.* Quod utique verum cenſet Fontan ubi *ſuprà num.* 94. niſi impedimenti cauſa approbationis orta fuerit poſt primam approbationem ; tunc enim nominatus de novo poteſt reprobari Boër. *deciſ.* 142. *n.* 17. & nullo etiam opponente Domino loci ad quem pertinet confirmatio, poteſt non admittere Bobad. *in ſua polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 156.

Sed non paſſim hæc impugnatio † electionis à 50
quolibet de populo debet admitti præſertim ſi malitioſè apparet ex Cabedo *deciſ.* 84. *num.* 16. ubi juſtè in propoſito exclamat Fontan. *ubi proximè num.* 90. *verſic. cæterum*, his verbis : *nec ego alias benè ſentirem de eo qui id intentaret facere :* ſuſpicor enim id fieri vix poſſe abſque verſutiæ labe, & ſpiritu ultionis, ratione alicujus intrinſeci, de quo contradictor electum proſequatur, ſi non palam & manifeſtè, certè clanculum & latenter ; quapropter debent judices cum hi caſus occurrunt hæc deligenter, & occaſionem perſcrutari quæ movere poſſet contradictorem, aut nomi-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natum, vel eligentem, quod immunitas in privilegiatis injungitur; ſed tabellio an admitti debeat ad officia Reip. dubitari ſolet: & ſanè licet negativè reſpondeat Avend. *dict. cap.* 19. *per tot. in l. unic. C. de decurionibus lib.* 10. quia tabellionatus officium infame reputabatur ut tradit Cravet. *d. conſ.* 163. uterque fallitur, quia Officium tabellionis honorificum eſt, ut ſuo loco diximus, & tradit Covarr. *in practicis d. cap.* 19. & in terminis Fontan. *d. gloſſa* 1. *num.* 88. ibi: *Cæterum mitius forſan cum eis eſſet agendum*; nemo enim non videt quanti honoris ſit his temporibus officium tabellionatus, & præterea quod poteſt quotidiana experientia experiri, pluribus comprobat Magon. *in tractat. de tabellione author.* quantique ſint ex ipſis, digni quidem, nedum ad unam civitatem, ſed ad integrum regnum gubernandum ac regendum; ac propterea in omnibus ferè rebus publicis noſtræ Hiſpaniæ receptum jam eſt, ut hi ad hujuſmodi & alia officia quæcumque honoris & lucri laudabiliter admittantur.

Sed ut quilibet electus ad officium debet eſſe ejus ætatis quæ requiritur, ut ad id admittatur, & quæ ætas in ſingulis officiis requiratur, dice-
51 mus in ſpecialibus capitibus: & filius familias † non prohibetur eligi ad munera publica, dummodo major viginti quinque annis ſit; licèt *l. final. C. de filio familias lib.* 10. *l.* 3. *§. ſi filius ff. de muneribus & honoribus §. explevisse ff. eodem* Cabedo *de diviſione luſitana* 84. *n.* 30. ætas autem ſeu qualitas vel dignitas debet adeſſe in nominatis ad officia tempore electionis, nec ſufficit quod ſuperveniat *l. ſi quis mihi bona §. ceſſum ff. de acquirend. hær. l. fratres ff. de pœnis*, Clementina *ut hi &* ibi: *gloſſa de ætate & qualitate*, latè Decius *in C. poſt ceſſionem de probationibus*; Flaminius quæ de communi teſtatur *lib.* 4. *de reſignat. beneficii*, *quæſt.* 1. *num.* 14. Cravet. *de ante tempore §. vidimus* & abunde *n.* 33. Raudenſ. *conſ.* 11. *num.* 36. Zevallos *q.* 693. *num.* 16. Gutierrez *conſ.* 1. *num.* 15. ubi allegat *text. in C. ſuo tempore & cap. ei cui de præbendis in* 6. Azeved. *in l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 7.

52 Cum tamen infamem † infamia juris indignum & inhabilem ad officia Reip. & ſuprà dixerim, & certo certius ſit *ut in l.* 7. *tit.* 6. *part.* ubi Gregor. *gloſſa* 1. ibi: *que eſtos tales no pueden ganar de nuebo ninguna dignidad ni honrra para que deven ſer excoxidos hombres de buena fama; aun las que avian ganado antes las deven perder luego que fueren provados por tales: in dubium ſolet excitari, utrum ut quis infamis ſit requiratur ſententia ſuper delicto ex quo reſultat infamia, in quo adeo utiliter & doctè procedit Azeved.* in d. l. 7. tit. 9. lib. 3. *quod ejus verba tranſcribere non dedignabor; qui ita inquit* num. 12. *& videtur dicendum quod ſic, nam ante ſententiam non efficitur quis infamis cum uſque tunc non habeatur pro tali. ſecundum Hipolitum* conſ. 52. num. 17. cap. 319. vol. 1. & in practicis §. aggredior num. 105. *ubi tamen in* num. 111. *confeſſionem ſufficere in judicio factam, item & quod ſententia requiratur videtur probari*, in l. 5. tit. 6. part. 7. *in quantum ibidem per* gerundium in dum *futurum tempus reſpiciens, formam & conditionem inducens* ut ſuprà l. proxima *diximus textus ille loquitur* ibi: *ſiendo dada, ſententia quaſi antequam datur infamis non reputatur interim ſalvum quod in judicio per confeſſionem non apparet de delicto infamante eum dum quod inquit Hipolitus* in dict. 111. num. exprobrat dict. lex 5. fin. *& ibi gloſſa in judicio in hac tamen qu. quoad materiam de qua nunc tractamus, ſit liber de eligendo in judicem aliquem necne, dicendum mihi videtur ex Jacob. & Abberelatis per* gloſſa ſuprà in l. 4. tit. 6. part 7. *quod ſi infamia incurſa fuit ipſo facto tenet, ut non poſſit incurrere in ſe an eſſet judex; ſufficit quod probetur, quamvis nondum ſuper ea ſententia lata fuerit declaratoria infamiæ incurſæ: & hoc quod novum officium acquirendum, ſed quod privandum exercitio officii, ante infamiam incurſam, ſententia requiritur, vel ſaltim notorietas infamiæ ipſo jure incurſæ ſecundum quod diximus* in l. 2. tit. 7. num. 17. ſuprà iſto lib. *ſi verò non ipſo jure infamia incurratur, ſed ſententia neceſſe eſt, poterit optimè officium illud exercere nec eſt repellendus ab ejus exercitio:* quæ quidem diſtinctio videtur poſſe probari ex *textu in l.* 4. *&* 5. *tit.* 6. *part.* 7. nam *in l.* 4. ponuntur illi qui ipſo jure infames ſunt & fuerunt propter delictum: & in illis inquit *textus* ibi *in fine*, quod nulla requiritur ſententia, ut ab honoris & dignitatis officio conſequendo repellantur *in l. vero* 5. ponuntur illi qui per ſententiam condemnandi ſunt & declarandi infames tacitè vel expreſsè, per condemnationem de delicto eos infamante, & in eos, inquit textus ibi: *ſententiam requiri*: ergo antequam ſententia pronuntietur expelli non poterunt ab officiis juſtitiæ, acceptione & conſequutione: & videtur hæc bona diſtinctio in propoſitum, ſi eam intelligamus & declaremus hoc ſcilicet modo quod alias ab hominibus dilectam & approbatam ipſe ſolus reprobaret, & ni valde juſtificata appareret, repelleret eum cum omnium impenſarum condemnatione ac Damnorum reſartione, & ita in illo ſenatu deciſum refert Fontanel.

Cum itaque pro impugnatione † electionis po- 53
pularis ſit actio: hic diſputare non ineptè poterat, cujus expenſis eſſet proſequenda, & utrum electum pro expenſis ſicut unus de populo eſſet compellendus contra ſe contribuere, etſi duo litigaturi ſe opponebant electionem factam impugnantes, quis eſſet præferendus? Et an ſententia contra unum de populo lata ſuper tali electione, cæteris, & univerſitati præjudicet; ſed hæc omnia & alia pleráque in propoſito occurrentia, maxima licèt & aperta veritate reſolvi *in dict. tract. de Paſcuis & jure paſcendi cap.* 29. *per tot.* & pro expenſis factis in lite mota ſuper electione facta impugnanda vel defendenda à majore vel minore parte univerſitatis: Vide curiam Piſanam *lib.* 2. *cap.* 16. *per tot.* & ubi adjectio Azevedi.

---

## CAPUT IV.

In electionibus officiorum an ſemper obtineat quod fit à majori parte, & cavendum ſit, & quid ſi electores impari numero contrarientur cum diſcordent.

### *SUMMARIUM.*

1 *Curiæ quod major pars efficit habendum eſt ac ſi omnes egerint.*

2 *Obtinere ii debent in electionibus officiorum, quibus major pars eligentium adſtiterit.*

3 *Quod non procedit in rebus gratiæ.*

4 *Et hoc intelligendum eſt perinde ac ſi eſſet ſtatutum vel conſuetudo diſponens quod major pars ſufficiat.*

5 *Electio à majore parte facta tunc tantùm valet, quando omnes electores vocati fuerunt, cum debuerunt vocari.*

6 *Quod tamen intellige ſi minor pars agat de contemptu non aliàs.*

7 *Conſenſus majoris partis ſi eſſet ſanæ contrarius vel adeſſet juſta cauſa contradicendi, aut minor pars eſſet ſanior vel prudentior, major pars non attenditur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

8 *Semper attenditur major pars prædominans.*
9 *Electio à majori eligentium parte facta, exequenda non obſtante contradictione.*
10 *Objectio extrajudicialis non ſufficit & cur.*
11 *Procedendũ eſt in hoc caſu, appellatione remota.*
12 *Præſumptio, quod factum eſt à majori parte, valere, nihil obſtat, & cur.*
13 *Contrarium profecto optimè defendi poteſt.*
14 *Rationes Imolæ inanes in hoc caſu.*
15 *Electores ſi fuerint impari numero quid faciendum?*
16 *Gratificari poſſe quinam exiſtiment in propoſito.*
17 *Quod limitatur.*
18 *Superior meram gratificationem non habet, ſed electionem unius ex electis à pari numero.*
19 *Princeps ab hac regula excipitur.*
20 *Æqualitas impari numero quando accidit deveniendum eſt ad ſortes.*

1 QUod major pars curiæ † efficit pro eo habetur ac ſi omnes egerint, docet Scævola *in lib. quod major. ff. ad municipal.* cujus textus regula ſi ad omnes caſus ex eo per DD. deſumptos, & adnotatos proſequuturi eſſemus longiſſimum profecto iter arripere notabimur, & ſuperfluitatis vel maximè digreſſionis vitio tribuetur, quare via tantum quod capiti humano, & inſtituto noſtro naturaliter conveniat, ſervatis ad unguem multis, in medium proponamus oportet.

2 In electionibus † ergo officiorum illi obtinere debent quibus major pars eligentium adſtiterit; quia in negotiis univerſitatis, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis procedit regula *d. leg. cum major*, facit textus *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à majori*, ubi DD. ſuprà *in cap.* 1. *de rebus Ecleſ. in* 6. Clement. Paſtoral. *in princ. in verſ. plures de reſcript. cap. Epiſcopus de temp. ordin. cap. cum nobis de elect. cap. ſanè* 65. *diſtinctione*, & in Regio Conſilio in ſententiis ſtatur majori parte Auditorum *lib.* 7. *num.* 4. *lib.* 2. *Rec.* Et ratio eſt quia ubi concurrit major electorum pars, ſeu numerus præſumitur Zelus: Alciat. *lib.* 1. *præſ.* 15. Franch. qui rem proſequitur *deciſ.* 2. *part.* 1. & facit illud *Prover. cap.* 24. ibi: erit ſalus ubi multa conſilia ſunt; & ubi major numerus eſt, ibi major zelus præſumitur, & *Paralip. lib.* 1. quia quò plures ſunt Conſiliarii eò perfectiùs veritas revelatur: *cap. prudentiam in fin. de officio delegati* ibi: *integrum eſt judicium quod plurimorum ſententiis confirmatur*, & *leg.* 10. *nu.* 14. *part.* 1. & *leg.* 32. *n.* 4. *part.* 3. & plura: Bobad. videndus *l.* 3. *c.* 8. *à n.* 168. Capitius *deciſ. Neap.* 152. Fontan. *clauſ.* 3. *num.* 74. Quam utique ſententiam in propoſito caſu obſervandam cenſeo, quidquid contrarium per varia jura amplectatur Garcia *de nobil. part.* 3. *§.* 2. *verſ. reſtat illud*, cujus opinionem poſſe & debere practicari in judicibus qui in gradu appellationis cognoſcunt de electione, qui juſtiſſimè ſanius judicium minoris partis attendent ad confirmandam, vel revocandam electionem.

Quam utique regulis variis ampliant, & limitant DD. ſed potiſſimè in rebus gratiæ non procedere
3 † omnes agnoſcunt; ut *in Authent. de defenſor. civit. §. fin.* ibi: *niſi cuncta civitas, nullo reluctante elegerit eum leg. fin. Cod. de author. præſtanda leg. defen. gloſſa fin. de natal. reſtit. gloſſa mag. in cap. cum omnes de conſtit.* ubi Ign. Hoſt. & cæteri, Felinus *num.* 17. *verſ.* 1. *fallit*, & teſtantur communem; Dec. ibi: *c. elect. num.* 6. Socin. *reg.* 143. *verſ. fallit ubicumque*, Jaſ. *in leg. juris gentium §. fin. num.* 8. *verſ.* 7. *ff. de pactis*, Mariana *in leg.* 4. *§. cato.* 274. *ff. de verb. oblig.* D. Padilla *in leg. aquam num.* 3. *eod. de ſervit.* Cum tamen electio officiorum ſit actus neceſſarius, quod à majori parte fit eſt obſervandum: Annan. *alleg.* 57. *num.* Nec obeſt textus *in dicta authent. de defenſ. §. fin.* ibi: *nullo reluctante*; quia procedit in declaratione continuata & ſic in caſu gratiæ, ut obſervat Azeved. *in leg.* 4. *num.* 5. *lib.* 3. *recop.* & nos alibi diximus.

Et in tantum, quod ſuffragiis majoris partis
ſancitur aliter; quod procedit itidem † ſi eſſet 4
ſtatutum, vel conſuetudo diſponens quod major pars non ſufficiat: Gofred. *conſ.* 51. Riccius *in addit. ad Franc. d. deciſ.* 2. Afflict. *d. deciſ.* 1. Azeved. *dict. cap.* 14. *num.* 13. Bobad. *ubi ſuprà num.* 169. *littera A.*

Verum † procedit ſi omnes electores vocati 5
ſunt cum debuerunt vocari; nam ſi contempti fuerint, tunc factum à majori parte non valet, minore de contemptu agente, ſecundum omnes *in cap.* 1. *de his quæ fi. cap.* 2. *de elect. ad leg.* 10. *num.* 14. *part.* 1. ibi: *E quando alguna &* Avend. 1. *part. cap.* 19. *num.* 14. Azeved. *ad cur. Piſan. cap.* 2. & *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 3.

Quod tamen intellige † ſi minor pars agat de 6
contemptu non aliàs, Marcus *deciſ. delphin.* 134. *num.* 3. quærit an contemptus poſſit unam de duabus electionibus ex eadem ſcriptione reſultantibus ratificare, & an judex in officio poſſit allegare contemptum alicujus de Capitulo, diſſerit Abbas *in cap. in geneſi col. final. de electione*, Greg. Lopez *in dict. leg.* 10. *num.* 14. *part.* 1. *gloſſ. fin.* quod procedit quando electores congregantur ut Collegium, & nomine univerſitatis, non ut ſinguli, ut cum Lambert. & aliis probat Azeved. *ad c.* 14. ubi quod contemptus minoris partis non reddit electionem nullam, ſed annullandam, *ex cap. quod ſicut de electione*, & ideo minori parte contempta faciente electionem eſſe validam; & quid quando major pars fuit contempta, quæ omnino vide, quæ tamen ab eo ita eruditè ſcripta ſunt ad quid repetenda.

Rurſus in electionibus quando † conſenſus 7
majoris partis eſſet ſanæ contrarius vel adeſſet juſta cauſa contradicendi; aut minor pars eſſet ſanior, vel prudentior; major pars non attenditur *cap.* 2. *cap. coram de elect.* ibid: *quæ majori*, & *ſaniori parte cap.* Capellanus *de feriis* ibi: *meliori, vel ſubtiliori nititur ratione ad cap.* 1. *de his quæ fi.* ibi: *niſi à prioribus, & inferioribus aliquid fuerit rationabiliter objectum, & obtentum ad leg.* 10. *part.* ibi: *mas ſi los que ſon mas pocos &* Bobad. ubi ſuprà *num.* 170. *littera H.*

Itaque ſemper † attenditur major pars prædo- 8
minans; Unde ſi aliquis præſentatus à patronis habet plures voces, & majorem partem patronorum, ceſſat concurſus inter præſentatos, & is ſolum examinandus eſt, & ſi idoneus reperitur, eſt inſtituendus *cap.* 3. *de jure patronatus*, & *ibi gloſſa* Covarr. *in regul. peccatum* 2. *part. §.* 7. *n.* 8. Lambert. *de jur. patron.* 1. *part. lib.* 2. *quæſt.* 10. *art.* 3. *num.* 17. & 3. *p. lib.* 2. *q.* 4. *art.* 1. Gutier. 2. *canon. quæſt.* 10. *num.* 10. Vega *in ſumma*, 1. *part. cap.* 3. *caſu* 34. Ludovic. *deciſ.* 494. *num.* 3. *latè* D. Salgad. *de reg. protect.* 3. *p. cap.* 19. *à num.* 124. Gram. *conſ. civil.* 4. & dicitur potior pars, & ſanior ubi electores ſunt ditiores. Bald. *in leg.* & *ſuum §. fin. ff. de pact. num.* 4. eleganter Theſaurus *deciſ.* 1. *num.* 8. qui licèt in ſententiis judicum data paritate loquatur, tamen omnium DD. aſſertiones in propoſito applicabiles, & ita ait *num.* 8. uſque ad *num.* 12. & *ſuprà ibi*; *in cauſis criminalibus obſervatum.*

Electio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

9 Electio † autem quæ fuerit à majori parte eli-
gentium facta erit exequenda non obſtante con-
tradictione interpoſita à minori parte, etiam ſi pro-
batio juſtificatæ contradictionis in continenti offe-
ratur; ut putant Abbas, & alii *in cap.* 1. *de his quæ*
*ſi.* cujus rei tres ſolent cognitæ allegari rationes.
10 Prima quia † extrajudicialis non ſufficit obje-
ctio exceptionis, vel contradictionis legitimæ, etiam
ſi illius fuerit objecta probatio; quia extrajudicia-
lia non ſuſpenduntur appellatione, ut latè per Fran-
ciſc. *in cap. bon. n.* 34. *de elect.*
11 Secunda, † quia cum procedendum in hoc ca-
ſu, appellatione remota, ut *in dict. cap.* 1. ibi: *ap-*
*pellatione remota valet ſemper, ut ſuum conſequatur*
*effectum*, quod à majori & ſaniori parte capituli
fuerit ſtatutum *cap. ex ore dict. nu.* ibi: *non atten-*
*dente.*
12 Tertia; quia cum præſumptio † ſit pro factis à
majori parte nihil obſtat dict. oblatio; qua utique
tres rationes aſſignavit Imol. *cap.* 1. *col.* 1. *&* 2.
*in cap. cum inter Canonicas col. penult. in fin. de*
*election.* Amplectitur Azevedo *lib.* 2. *cap.* 14. *n.*
12. D. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 13.
*nu.* 227.
13 Sed contrarium † profecto optimè defendi po-
teſt ex juribus & argumentis à me allatis, & ex
eodem textu *in dicto cap.* 1. ibi: *niſi competitori-*
*bus*, quæ etiam utique admittunt contradictionem,
& appellationem ab electione facta à majori parte
capituli, & executionem denegant, dummodo
contradictio, & reclamatio fundetur in aliqua ra-
tionabili cauſa.
14 Nec quidquam obſtant rationes † Imolæ *ſu-*
*prà dictæ*, non prima; quia quantumvis electio offi-
cialium ſit actus extrajudicialis, ut *in leg. aſſignare*
*ff. de aſſign. libert. lib.* 1. *§. ſi aſſignare ff. eodem*
Gam. *deciſ.* 173. *à n.* 9. Valaſc. *conſ.* 61. *num.* 5.
11. *&* 14. *&* 102. *num.* 25. Flores 3. *var. q.* 22.
*num.* 1. *& à num.* 4. *& num.* 84. D. Caſtillo 6.
*contr. cap.* 80. *num.* 2. Etiam à nobis dictum ali-
bi manet eo ipſo quod contra electum ſive electo-
rem opponitur de aliquo defectu, facta reclama-
tione, vel contradictione electio reducitur ad actum,
& proceſſum judicialem, & appellatio interpoſi-
ta tanquam ab actu judiciali metiri debet ut dixi-
mus *ſup.*
Nec ſecunda & tertia, quia non eſt in diſtin-
ctione verum quod omne factum majoris partis,
debet non obſtante appellatione exequi, ſed in
certis caſibus Marcus *deciſ.* 135. *part.* 2. & facit
illud Exodi 23. ibi: *nec in judicio plurimorum*
*acquieſcere ſententiæ*, & ſic nihil obſtat factum
majoris partis cum & probationi contrariæ ſub-
ſit, & appellari poſſit, & appellatio in aliquibus
ſoleat ſuſpendere, ut latè diximus *in cap.* ibi:
*quod talis electio periculo attentati ſubjiciat*, vel
non ſatis diſtinctè ſcriptum invenies; ita intelli-
gere debes latè tradita à Bobad. *dict. cap.* 8. *ex*
*n.* 168.
15 Sed quid faciendum quando electores † ſunt
in pari numero, ita quod ex duobus vel tribus ele-
ctis unuſquiſque eodem numero, & æqualia ſuf-
fragia pro ſe haberet, ferè ſemper in praxi occur-
rit & diſputatione dignum eſt.
In quo utique dubio Piſa *in cur. cap.* 17. ſu-
periorem, aut Judicem ad quem pertinet confir-
16 matio & approbatio, gratificare † poſſe exiſtimat,
& quod in pleriſque locis hujus gratificationis vi-
get conſuetudo, quæ juri communi ſatis confor-
mis eſt ex Bart. *in leg. in venditione §. ſi unus ff.*
*de bon. auth. Jud. poſſeſſ. & leg. duo judices* & ibi
Alex. *ff. de re judicat.* & facit textus *in cap. cum*
*autem* ubi Abbas *de jur. patronat.* Felin. *in rubric.*
*de treug. & pac. n.* 7. *&* 8.
Quod tamen non ita indiſtinctè † & generali- 17
ter accipias, ſed cum judicio diſcuſſionis, & gra-
no ſalis; nam regulariter datur inæqualitas eorum
qui impari numero electi ſunt, nec eſt locus grati-
ficationi; nec perſonarum acceptio juxta illud
Jacobi Apoſt. *cap.* 2. ibi: *Si autem perſonam ac-*
*cipitis peccatum operamini, redarguti à lege quaſi*
*tranſgreſſores*, & Levitici *cap.* 19. ibi: *non conſi-*
*deres perſonam pauperis, nec honores vultum po-*
*tentis, juſte judica proximo tuo.* & illud Lucæ
20. *Non reſpicis* &c. & apud Marcum Evangel.
etiam legitur, *cap.* 12. ibi: *nec vides in faciem*
*hominum*, & ex Hebræa, & Græca Locutione ex-
plicat Janſen. *in concord. cap.* 116. docet Abbas
*in cap. cum M. de conſt. num.* 14. Lambert. *de*
*jur. patron. art.* 1. *quæſt.* 5. *princ.* 3. *part.* 2. *lib.*
*à n.* 1. *& art.* 18. *n.* 2. *& art.* 17. *num.* 9. in ter-
minis; Marcus *deciſ. delph.* 5. Azeved. *ad Cur.*
*Piſan. d. c.* 17. *littera D.*
Nec hoc caſu ſuperiorem † meram gratifica- 18
tionem habere: ſed electionem unius ex electis à
pari numero, qui ſit utilior, & convenientior Rei-
publicæ affirmat Azevedo; aliter & in conſcien-
tia Judex ſic malè eligens & gratificans peccaret;
niſi aliqua ex cauſa, poſſet ſe excuſare, ut quia
dubium erat an alter pars ſit ſecurior, aut uti-
lior, vel quia motus ex conſt. DD. aut variorum
ſapientium & timoratæ conſcientiæ, prout per ju-
dices diſcretos, & conſcientiæ ſuæ amatores fie-
ri ſolet, & conſiderandum deliberatè eſt, & pen-
ſatè; Azevedo ſequitur Fontanel. *d. gloſſa* 10. *n.*
54. *verſ. ſed ſit itidem ſi non contradictores.*
In Principe † tamen vel alio qui ex mera libe- 19
ralitate, & gratioſè, aliàs poſſet officium con-
cedere ad ejuſque nutum, & voluntatem diſpo-
nere, rectè gratificationi erit locus; quia in re
ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, ut *in leg.*
*cum mandata Cod. mandati*, & facit illud Mat-
thæi *cap.* 20. ibi: *an non licebit mihi, quod volo*
*facere de meo*, mirabiliter docet Angarrianus *lib.*
2. *de legibus controv.* 8. *num.* 32. *qui num. ſequen-*
*ti* ita ait. *Ex qua doctrina &c.*
Sed in caſu propoſito noſtræ quæſtionis quan-
do datur æqualitas † in pari numero deveniendum 20
eſſe ad ſortes opponitur Nicolaus Garcia de be-
neficiis *tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 205. quæ re-
fert Fontanella *d. gloſſa* 10. *n.* 54.

## CAPUT V.

Electio ſeu nominatio officialium utrum debeat fieri de digniori, aut ſufficiat in utroque foro de digno, & ſi indignus & incapax nominetur & eligatur, an electores poteſtate eligendi priventur & qui tunc debeant eligere.

*SUMMARIUM.*

1 *Electores in officiis publicis digniores eligere debent.*
2 *Doctores hanc doctrinam tuentes tum juriſconſulti, tum etiam Theologi referuntur, &* num. 3.
4 *Objiciuntur duo huic opinioni.*
5 *Quibus ſatisfit.*

*6 Molina*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6 *Molinæ objectio proponitur, & huic reſpondetur.*

7 *Eligens dignum omiſſo digniori, etiamſi peccet mortaliter, tamen reſtitutioni erga digniorem non eſt obnoxius.*

8 *Eligens indignum non ſolum peccat mortaliter, ſed etiam tenetur ad damna ex tali electione ſequuta reſarcienda.*

9 *Reſtitutio damni ex indigni electione provenientis, non dignis ſeu dignioribus facienda, ſed Eccleſiæ aut Reipublicæ.*

10 *Electores ob electionem de indigno factam an priventur pro illa vice facultate eligendi, & ad quem illa revertatur, proponitur quæſtio 5.*

11 *Elector ſcienter eligens indignum amittit pro illa vice poteſtatem eligendi.*

12 *Electione de indigno facta, facultas eligendi ad Superiorem devolvitur.*

13 *Electores indignum ſcienter eligentes arbitrariè puniendi.*

14 *Electores indignum ignoranter eligentes non privantur facultate eligendi, ſed poſſunt iterum ad nominationem de digno procedere.*

15 *Elector, dum indignum ignoranter eligit, non poteſt dici delinquere.*

16 *Electio, dum aliquo caſu non ſortitur effectum, puta quia nominatus non vult conſentire electioni, non ideo electores privantur facultate iterum nominandi.*

17 *Eligendi facultate non excidunt electores, dum dubium eſt ſcienterne an ignoranter indignum elegerint.*

18 *Electio de indigno utrum ſcienter, an verò ignoranter facta fuerit quomodo probetur, traditur* remiſſivè.

19 *Regula*, utile per inutile non vitiari, *non procedit in individuis.*

20 *Intelligitur eadem Regula in propoſito.*

21 *Perſonæ quot ſunt electæ, tot etiam ſunt electiones.*

22 *Electio de dignis legitimè facta & publicata ſtatim jus acquiritur electis.*

23 *Indignus ad officia publica ille dicitur qui non habet qualitates ad id neceſſarias.*

24 *Indigni quinam dicantur.*

LOngiſſimum & diffuſum diſputationis campum materies hujus capitis nobis præſtabat, ſed tamen ita eleganter, & copioſè per infra referenda variis in locis ad partes & per argumenta eſt actitata, quod labor repetendi ab eis minutatim dicta, gratus & jucundus non cenſetur: Quapropter tantum ea quæ pro reſolutione quæſtionum in fronte cap. iſtius propoſitarum neceſſaria fuerint, brevibus perſtringam cancellis, & veſtris oculis objiciam.

1 Itaque in officiis † publicis electores ſeu nominatores digniorem eligere & nominare debere notiſſimi juris eſt *ut in l. ad ſubeunda C. de decurionibus lib.* 10. ibi: *digniſſimi meritis & facultatibus:* in Authent. *de defenſoribus civit. in princip. verſ. interim* ibi: *ſed in vicem univerſi nobiliores* ibi: *gloſſa inquit nota nobiliores eſſe eligendos, ut in authent. ut judices*, ſine quo ſuffragantibus, ibi: *honeſtiorem quendam ad adminiſtrationes dirigere l. 1. tit. 4. lib. 4. Novæ recop.* pro qua opinione plures poſſim & maximæ au-
2 thoritatis & erudititiſſimos † viros referre, & cumulare, ſed tamen pauci ſufficiunt, cum ita apertè veritati accedunt: eam igitur viriliter amplectuntur & ſeverè obſervandam profitentur *in C. cum olim ſub nu. 2. de teſtibus*, eligendus eſt idoneior: Platea *in l. humilioribus C. de ſuſceptoribus lib.* 10. Avi. *in c.* 17. *per tot.* verbo *eligant num.* 2. ibi: *de jure communi ad Concilium civitatis ſpectat facere electionem officialium: & talis electio debet fieri de magis idoneo.* Joann. Valer. *in differentiis utriuſque fori* verbo *electio, different.* 2. *num.* 3. ibi: *quilibet diſtributor, ſeu collector munerum Reip. tenetur ea conferre dignioribus ſub pœna peccati mortalis.* Molin. *de hiſp. prim. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 66. ibi: *hæc autem opinio vera ac tuta non videtur, cum jure civili ſtatutum eſt, meliores ac nobiliores ad magiſtratus ſæculares eligendos eſſe.* Joann. Gutier. *lib.* 2. *Canonicar. cap.* 11. *num.* 42. qui poſtquam id in beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis per varia fundamenta comprobavit, ita inquit *ſuperiora omnia de digniore eligendo ad Eccleſias & beneficia Eccleſiaſtica, procedunt etiam eiſdem rationibus in electionem & proviſionem munerum publicorum atque gubernationis & adminiſtrationis juſtitiæ, ex quibus totius Regni regimen Eccleſiaſtici ac ſæcularis ſtatus moderatio plerumque pendet:* & paulò inferiùs ubi reddit rationem ibi: *ſive, etenim hæc publica munera conferuntur, & onera Reipubl. quæ privati ad ejus miniſterium ſubire tenentur, velut bona, & honores ipſius communitatis, utroque caſu peccatur digno conferendo, omiſſo digniori: priori quidem, quia conferens non ſervat illam juſtitiam, & juriſdictionis rationem in regimine communitatis, qua uti debet erga ipſam Remp. cum teneatur digniorem muneribus publicis præficere,* Avend. cap. licet ergo & cap. unico, ut Eccleſiaſtica beneficia & in cap. viliſſimus 1. *q.* 1. *poſteriori autem caſu peccat Princeps communitatis adverſus juſtitiam diſtributivam, juxta quam tenetur Reipub. honores, & bona ſubditis diſtribuere, ſecundum cujuſque dignitatem, ut dignior digno, melior bonus in his aſſequendis præferatur,* ut ex *Ariſtotel. lib.* 5. & hujus *cap.* 3. probavit in noſtris terminis; Covarr. ubi *ſupra per tot. illum* §. 7. & præcipuè *num.* 3. Bobad. *lib.* 3. *politic. cap.* 8. *num.* 44. ibi: *toca a los Regidores la leccion de los officios y deben eligir los mas ydoneos.* D. Perez de Lara *de anniverſariis, lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 34. Sarmiento de Padilla *in leg. cum quidam ff. de leg.* 2. Caldas *de monit. emphyteuſis tom.* 3. *cap.* 5. Parlador. *tom.* 3. *different.* 8. *num.* 8. & 2. Spin. *de teſtamentis gloſſa* 18. *num.* 9. & 10. Alex. Raudenſ. *deciſ.* 35. & 36. *part.* 1. Azevedo *conſ.* 24. *ex num.* 40. Hieronymus Gonzalez *ſuprà regul.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 4. *ex num.* 128. Joannes Garcia *tom.* 5. *pract. quæſt.* 67. *num.* 6. Antonius *tract.* 10.

Et ex Theologis † Bannes 2. 2. *q.* 63. *artic.* 2. 3
*dubio* 6. ait *Senatores infideles ſunt, & injuſti contra Rempub. & contra bonum eligendorum, ſi officia, quæ diſtribuunt per ſuffragia omnium, diſpenſent minus dignis, quia inter ipſos, & Rempub. eſt pactum formale, vel virtuale de eligendo digniore, Salon.* 12. tom. 7. quæſt. 63. art. 5. controverſia 9. conceſſione 2. *quando officia providentur per plura ſuffragia, ideo vult Reſpub. fieri electionem illam cum pluribus ut multorum judiciis, & rationibus propoſitis melius Reipub. conſulatur; repugnat autem omnino huic fini, & ſcopo, eligere dignum, relicto digniore: ergo non licet.* Mederiaga *in tractatu de Senatu* 42. *En las electiones que los aiuntamientos conſiſtoreos y conſeios hacen de los officios ciudadanos acoſtumbran proheher, y diſtribuir entre miſmos es neceſſario ſi guarda las reglas de*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*de juſticia diſtributiva ſo pena de pecado mortal y anſi ſe han de probeher de ordinario en los mas dignos y mas quietos, y menos codicioſos ſino es que ſean officios de poca importancia.* Petrus de Aragon. 27. q. 63. *art.* 2. ibi: *ſi Reſp. ad plura ſuffragia eligeret miniſtros quilibet ſub peccato mortali tenetur ſuffragari digniori*, Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 2. *de fid.* 5. ibi: *quando la election de los officios ſe hace por votos y es que a de ſer parte o ciudadano de la Republica cuyo es el officio es pecado mortal de acceptacion de perſonas no eligir el mas digno para el exemplo es quando los Regidores eligen los miniſtros de la republica eſto tienen comun en los diſcipulos de ſanto Thomas y ſe confirma por que aunque eſtos officios principalmente ſe inſtituyen por el bien publico y por la publica neceſſidad, pero ſegundariamente ſe ordenan al bien de los miniſtros ciudadanos: Luego quando ſe cumple con el bien comun, tambien ſea de tener attenzion a la dignidad y meritos de los ciudadanos y partes de la republica: Luego a ſe guardar la forma de la Juſticia diſtributiva*, Leſſius, Revelius, Mercado, Açor, & alii plures relati à D. Joan. de Caſtillo & Piſana ubi *ſuprà.*

Cui axiomati tot juribus, Doctoribus, & ratio-
4 nibus vallato duo † ſolent objici argumenta: Primum aliqui quos maximi nominis viros aſſererem, opinionem probabilem eſſe in officiis ſæcularibus ſufficere eligere dignum relicto digniori: ita Caietan. *in ſumma* verbo *electio.* Vazquez *opuſculo de beneficiis cap.* 2. §. 5. *dubit.* 13. *nu.* 97. Molina *in ſumma tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 6. *n.* 83. & *p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 6. *q.* 7.

5 Sed huic difficultati † ſatisfit ſupra loqui in caſu quo Princeps ſupremus officia diſpenſaret; ſecus autem ſi dicta officia diſpenſarent miniſtri inferiores, & maximè ſi hoc efficerent per ſecreta ſuffragia, ut eſt in caſu noſtro, & ita videtur ſentire Maderiaga ubi ſuprà, vel etiam reſpondetur ſupra dictam doctrinam, vel opinionem eſſe communem Juriſconſulto, & Theologo velut juſtè advertit, & reſpondet Ant. Diana ubi *ſuprà* verſ. dico tertio.

6 Alteram excitavit † Ludovicus Molin. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 54. ubi quamvis autem præfata opinio (de qua paulo ante meminimus) quod ſcilicet in foro conſcientiæ ſemper dignior ac melior eligi debeat, communis hæc vera ſit, plures tamen de hac dubitare ſolent, ex eo præſertim quod jure Canon. diſponant electionem factam de digno prætermiſſo digniori validam eſſe, ex quo fit ut impoſſibile ſit peccare illum qui juris Canon. author. aliquid fecit, *text. in cap. qui peccat* 23. *quæſt.* 4. alias namque jus Canonicum vinculum injiceret, peccandique anſam electoribus tribueret, quod nullatenus dicendum eſt; quæ ratio adeo urgens fuit Peruſino *in dict. cap. conſtitutis*, ut ex ea contrariam opinionem ſecutus fuerit Joannes Gutierrez ubi ſuprà, qui aliquas limitationes hujus obſervationis proponit, velut in munere exigui momenti *num.* 58. & in alio caſu de quo ibi *num.* 60.

Secundò obſervandum eſt eligentem idoneum ſeu dignum, omiſſo digniori, tametſi peccave-
7 rit, non tamen † ad ſatisfactionem damni, ſeu fructuum officii, vel muneris publici digniori Reip. faciendam obnoxium eſſe; quod reſpectu dignioris omiſſi ſeu neglecti ea ratione ſuadetur, quia ſi reſtitutio in hoc caſu facienda eſſet, non utique ex alio capite, quàm quod digniori damnum illatum fuerit in re ſibi debita (ut ſuprà dictum manet) hæc tamen ratio in propoſito non currit; quia ipſa tantum obtinet, & procedit quando damnum alicui fit in re propria, vel ſibi debita, ut propria, non autem ei debita ut communis quæ non eſt propriè, nec verè debita, præcipuè cum debeatur ad utilitatem communitatis, & contingit in beneficiis, & publicis muneribus; nam ut ait Divus Thom. 2. *quæſt.* 16. *art.* 1. *ad* 3. alio modo quod eſt proprium, alio modo debetur, quod eſt commune: at verò Princeps vel alius proviſor offerens digno prætermiſſo digniori, Eccleſiam, vel publicum munus, ſeu Sacerdotium quod ei debitum erat, ſolum peccat reſpectu dignioris adverſus juſtitiam diſtributivam; quia eſt acceptor perſonæ, digniori non concedens ex bonis communitatis, quod juxta ejus dignitatem, & potius quam digno debitum erat: At obligatio reſtitutionis non procedit à juſtitia diſtributiva ſecundum Divum Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 10. *in corpore quæſtionis.* Igitur in noſtra ſpecie elector ſeu proviſor non tenetur ad reſtitutionem, & juſtitia diſtributiva agit de diſtribuendis bonis communibus alicujus, nempè communitatis intra eos qui ejuſdem ſunt communitatis: Commutativa verò agit de bonis privatis unicuique cujus ea propria ſunt concedendis ſicque contendit ut unuſquiſque habeat à privatis & particularibus quod ſuum eſt, unde prior juſtitia, nempe diſtributiva conſiderata, reſpectu communitatis ad privatos, poſterior verò, id eſt commutativa reſpectu privati ad privatum, ut advertit Ariſtot. *lib.* 5. *ethicor. cap.* 5. Sanctus Thom. 2. 2. *quæſt.* 16. *art.* 1. Florent. *in* 4. *part. ſuæ ſummæ num.* 5. *cap.* 1. & 3. Covar. *in regula peccatum* 2. *part.* §. 4. *num.* 1. reſpectu Reipublicæ ceſſat etiam reſtituendi ratio cum ei dignum miniſtrum elector dederit ei idoneum, nec aliquod damnum ſaltim conſiderabile ei intulerit, ut eleganter tradit cum Soto, Adriano, Cov. Pad. & alii (reprobata opinione Caiet. qui contrarium cenſuit) Molin. *dict. cap.* 5. *num.* 57. Navar. *in manuali cap.* 17. *num.* 69. Mercad. *lib.* 6. *de contract. cap.* 17. Angelus *in ſuis floribus Theolog. quæſt.* 3. 2. *parte tit. de Clericis reſtit. obnoxiis col.* 1. Spino. *in ſpeculo teſtam. gloſſa* 18. *in princ. nu.* 9. & 10. copiosè Joannes Gutierrez *d. lib.* 20. *cap.* 11. *n.* 49. *cum ſeqq.* qui argumentis pro contraria opinione à ſe perpenſis ſatisfacit, & reſpondet, & *nu.* 43. probat idoneum electum digniori omiſſo eſſe in animæ judicio licèt elector peccaverit, quem vide, quia plura ad propoſitum affert, quæ nos ut promiſſis in principio capitis iſtius ſtemus libenter omittimus. Sed illud adverte, quod dignior ad officium, & idoneior ille profecto exiſtimandus eſt, qui cæteris aptior, & magis utilis ad miniſterium cui præficitur, cenſeatur, ut habetur in *Concilio Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. ibi: *Ex hiſque Epiſcopus eligat quem cæteris magis idoneum judicaverit*, & docet Divus Thomas 2. 2. *qu.* 63. *art.* 2. Soto *lib.* 3. de juſt. & jure *qu.* 6. *art.* 2. Covar. in regula peccatum, 2. *part.* §. 7. *nu.* 4. Ledeſma *in* 29. *quæſt.* 18. *art.* 2. *verſ. ſecundo magnopere*, ubi ait hoc eſſe æſtimandum arbitrio prudentis viri: eleganter Joann. Gutierrez ubi *proxim. n.* 63. ibi: *illud tamen mente ſemper eſt tenendum in propoſito digniorem, vel idoneiorem non ſimpliciter dici illum qui doctior vel qui ſanctior ſit, ſed qui juxta munus cui præficiendus eſt aptior, cujus miniſterio apparet*, Hieronymus Gonzalez *ſuper dict.* 8. *Cancel. gloſſa* 4. *ex nu.* 11. 3. Aloyſ. 5. Riccius *in Collectan. de uſ. p.* 3. *collect.* 278. Barb. *in addit. ad Trident. d. cap.* 18. *n.* 29.

Tertiò

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tertiò obſervandum eſt eligentes, ſeu nomi-
8 nantes indignum † non ſolum peccare mortali-
ter, ſed teneri ad reſarcienda damna ex tali ele-
ctione ſecuta tenent DD. ſuprà citati ut Naldus *in*
*ſumma* verbo *eligere n. 6.* Fernandez *in inſtruct.*
*Confeſſariorum part. 2. cap. 21. num. 5.* Covar. *in*
*regula peccatum, §. 7. num. 6.* Miranda *in manuali*
*part. lud. Tom. 2. quæſt. 23. art. 13. concl. 2.* Pa-
ter. Mederiaga *dict. lib. de ſenatu cap. 24.* ibi: *Quan-*
*to de eſtos pecados ſe venben algunos pidiendo el*
*officio que no merezen: los que ruegan por ellos, y*
*los que conſientem ſin accordarſe jamas de confeſſar-*
*los y reſtituir los daños que aquel hizo a la republi-*
*ca que no ſaltaraque hazar el dia de Juicio*, Mo-
lina *d. cap. 5. num. 58.* examinat cui facienda ſit
hæc reſtitutio & damni ſatisfactio, his verbis:
quod quando electio de digno facta fuerit, ve-
rum eſt, ſi verò de indigno electio facta fuerit,
dicendum eſt electores teneri ad reſtitutionem
9 faciendam; quæ quidem reſtitutio † non debet
fieri dignioribus ſeu dignis, quibus officium,
ſeu beneficium præſtandum eſſet, cum hi nul-
lum jus conſiderabile ad beneficium, ſeu offi-
cium prætendere poſſint, ſed Eccleſiæ, vel Rei-
publicæ, cui ex electione indigni damnum con-
tingit, ipſum damnum reſtituendum atque rein-
tegrandum erit; quod etiam dixit Andr. *in d.*
*quæſt. ſeu tractat. de reſtitut.* quæ refert, & ſequitur
Domin. de Soto *dict. quæſt. 3. art. 3. col. 29.* qui
id ipſum comprobat ſimilitudine œconomi quem
Dominus miſit ad conducendum operarios. Sic enim
ipſe prætermiſſis operariis idoneis alios non idoneos
conduxit, non tenebitur quidquam reſtituere ido-
neis, ſed Domino cui damnum intulit ex mala ope-
rariorum electione quæ ſimilitudo ſatis applaudit.
10 Ob electionem verò factam † de indigno an
electores poteſtate eligendi priventur pro illa vi-
ce, & ad quem revertatur facultas eligendi ſeu
nominandi, quæſtionis eſt: & in reſolutione tres
caſus diſtinguendi ſunt, ut tradit Menochius *lib.*
*2. de arbitrar. cent. 6. caſu 511.*

Primus eſt, quando elector ſcienter indignum
eligit, ſecundus quando ignoranter, ut quia
neſciebat an electus ille indignus tali electio-
ne eſſet, Tertius quando ſumus in dubio an ſci-
licet eligens ſciverit vel ignoraverit à ſe electum eſ-
11 ſe indignum. In primo † caſu privatur abſque dubio
elector poteſtate eligendi pro illa vice: ut *in cap.*
*cum in cunctis §. ult. de elect. & in cap. quanto eo-*
*dem num. 6.* atque pro ea vice ad Superiorem de-
volvitur eligendi facultas *cap. gratum de poſtula-*
*tione prætorum:* quæ jura licet in beneficiis Eccle-
ſiaſticis procedant, in quæſtione officiorum ſæ-
cularium maximè conducunt: valet enim argu-
mentum de uno ad aliud ex *Bart. in leg. 2. §.*
*data, ff. de optione l. relatus* Rubius *in rep. cap.*
*per veſtras introducta rubricæ num. 6.* Pinel. *in ru-*
*br. Cod. de reſcind. 5. p. cap. 21. n. 31.* Cavedo *de-*
*ciſ. Luſit. 9. num. 4. part.* & quod in hoc caſu pri-
ventur electores in officiis ſæcularibus eligendi vo-
ce pro illa vice, tradunt Bald. *in cap. venerabi-*
*lem de electione*, Abbas *in dict. cap. cum in cun-*
*ctis §. 1. & in cap. cum inquiſitionem ut notabili,*
*eodem num.* Tiraq. *l. boves §. hoc ſermone limit.*
*1. num. 43.* Petrus de Avendanno *1. part. de exe-*
*quend. cap. 19. num. 22.* Molina *de hiſpan. primo-*
*gen. lib. 2. cap. 4. num. 39. verſ. ſed & innata,*
*concluſ. 244. n. 4.* Spin. gloſſa *de teſtam. gloſſa 4.*
*numero 86.* Cavalcanus *in repert. ad deciſ. Levi-*
*cam verbo dignos præſentans*; Aviles & Graſſis *de-*
*ciſ. 386. numero 4.* qui ait ita in Rota reſolu-
tum fuiſſe, exiſtimat eſſe neceſſarium quod hæc
nominatio doloſè ſit facta, & quando doloſè vi-
deatur facta tradit Molin. *dict. lib. 2. cap. 5. num.*
*10.* Fontanel. *de pactis municip. clauſ. 4. gloſſa*
*10. n. 41.* Menoch. *ubi ſuprà n. 10. cum duobus ſeqq.*
qui omnes ea inſident ratione, quod habens pri-
vilegium ad aliquid faciendum ſi eo malè utatur
ſcienter, privari eo debet, ut *in cap. privile-*
*gium 11. quæſt. 3. leg. Judæos Cod. de Judæis leg.*
*eos Cod. de aquæduct. lib. 11.* Sicut dicimus pri-
vari liberalitate & beneficio Principis qui eo ab-
utitur, in in vaſſallo feudo abutente. Jul. Clar. *in*
*feud. q. 36.* Corbulo *de jure emphyteut. lib. de*
*cauſa privationis ob rei rationem deciſ. 293. part. 2.*
Caldas Pereira *de nominatione emphyteutæ tom. 3.*
*cap. 10. num. 6. & de abundantibus privilegiis ſibi*
*conceſſis, ſi id ſcienter fecerint in tractatu de im-*
*perio quæſt. 13. num. 1. in 12. olei tract.* Superior
autem ad quem † in hoc caſu devolvitur facultas 12
eligendi, vel erit Concilium univerſitatis a quo
facultas eligentium derivata fuit, eorum nominatio
originem ſumpſit; vel poteſtas, aut Dominus lo-
ci, ut ex Abbat. *in cap. venerabilem de electione,*
*num. 20.* Reſt. Caſtello ubi proximè *quæſt. 25.*
*num. 10.* Fontan. ubi *ſupra num. 43.* & iſto caſu
Concilium, ſeu Dominus Baro quilibet ad quem
devolvitur facultas eligendi tenetur eligere perſo-
nam de eodem oppido quo nominatores nominare
tenebantur ex vi ſubrogationis *num. 8.* & in ſpe-
cie Cavedo *deciſ. Luſit. 52.* ubi pulchrè admo-
dum loquitur & plura ſatis conducibilia tradit.

Sed in illo caſu quando electio indigno † ſcien- 13
ter facta fuit, non ſolum electores facultate eli-
gendi privantur, verum electione ceſſata arbitrariè
debet puniri, ex Doctrina Bald. *in leg. nemo martiris*
*Cod. de ſacr. Eccleſ.* Avend. *d. c. 19. n. 22. verſ. ſic*
*ergo.*

In ſecundo verò caſu quando nominatio, ſeu
electio ignoranter de indigno † facta fuit, ele- 14
ctores facultate eligendi non privantur, ſed poſ-
ſunt iterum nominare, & electionem de digno
facere, ut obſervant ſuprà citati; & cum Felin.
*in cap. ex tenore col. 1. de reſcriptis*, Jaſon. *in leg.*
*4. §. condemnationem num. 30. ff. de re judic.* &
ibi Ripa *num. 45.* Peralta *in leg. unum ex familia*
*§. ſed ſi uno num. 3. ff. de legat. 2.* tradit Menoch.
*dict. loco num. 6.* & Rota Romana *dict. deciſ. 282.*
atque in hac ſpecie debet intelligi Avendan. *dict.*
*cap. 19. num. 22. verſ. & novo,* qui tamen id gene-
raliter & ſine diſtinctione tradiderat.

Eam tamen ſuprà citati hujus rei diſtinctionem
aſſignant; quia hoc in caſu non poteſt † dici de- 15
linqui, ſi elector, ſeu nominator, unde licet electio
nulla reddatur, non tamen propterea privari po-
terit facultate iterum eligendi, vel nominandi, ut
in judice, qui licet nulliter declaraverit, non ta-
men propterea privatur facultate iterum judican-
di, *leg. ſi ut proponis 2. Cod. quomodo, & quando ju-*
*dex,* Menoch. *de arbitrar. quæſt. 67. lib. 20. n.* Cald.
Pereira *de nomin. contract. tom. 3. cap. 3. n. 8. cum*
*multis ſeqq.* quem vidi, quia aliquibus objectionibus
ſatisfacit, & reſpondet.

Et dicta in hoc caſu procedunt etiam, non ſo-
lùm quando electio, ſeu nominatio fuit facta de
indigno ignoranter; ſed etiam quando aliàs
ipſa quocumque alio † caſu vel impedimento non 16
potuit ſortiri effectum, puta, quia electus vel
nominatus noluiſſet ad electionem conſentire, vel
poſt conſenſum juri ſuo renuntiaſſet, vel etiam
interim moreretur; tali enim caſu non ſit devo-
lutio ad ſuperiorem; ſed imo elector & nomina-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tor poſſet iterum ac pluries eligere, vel nominare, donec electio effectum ſortiatur, à quo datur ei tempus integrum diſſenſus, renunciationis, vel mortis, quod mirificè probat Pont. *in cap. ſi electione, in* 6. quod eſt notatu digniſſimum, & eis à me relatis verbis tradit Fontanel. ubi *ſuprà num.* 49. qui refert Molin. *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 38. Tiraquel. *in dict.* §. *hoc ſermone limitat. n.* 1. *cum ſeqq. ad finem ff. de verb. ſignific.*

17 In tertio, & ultimo caſu, ſcilicet quando non conſtat an vero ſcienter † an ignoranter facta fuerit nominatio, vel electio de indigno, electores non privantur facultate iterum eligendi, quia in caſu dubio non præſumitur ſcientia dignitatis, & per conſequens animus eligendi, nec delictum, ut contendit Peralta *in dict. leg. cum quidam n.* 3. *ff. de leg.* 2. dicens quod electio indigni præſumitur ignoranter facta, & quod eligens indignum præſumatur dolo fuiſſe circumventus, tradit Ceſalus. *conſ.* 359. *n.* 52. *lib.* 3. Mieres *de major.* 1. *p. q.* 19. Sed an præſumatur, licet contrarium affirmaverit Bart. *in leg. ſi patronatus, ff. de confirmatione*, ſequitur Menoch. ubi *ſuprà n.* 9. qui meritò notatur à Decio *in cap. cum in cunctis* §. *Clerici n.* 10. Bart. opinionem nimis rigidam, & contra rationem, & æquitatem affirmat, Mieres ubi *ſuprà* Molin. ubi *ſuprà num.* 4.

18 Quomodo autem ſcientia † vel ignorantia probetur & præſumatur, & ex quibus conjecturis eliciatur, tradit Surdus *conſ.* 7. *num.* 39. *& deciſ.* 28. *num.* 48. *& deciſ.* 246. *num.* 8. ubi quod ſemper ignorantia præſumitur, Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 186. *& de præſumpt.* 21. *&* 23. Maſcard. *de probat. con.* 879. *cum duobus ſeqq. & con.* 1294. & ego tetigi *in tractatu de paſcuis cap.* 20. *num.* 18. Illud autem quod dictum manet nominationem, vel electionem ſcienter, vel doloſè de indigno factam nullam eſſe, & ob eam electores pro illa vice facultate, vel voce eligendi privari, non ſolum procedit ſi tota electio fuiſſet facta de indignis (quod raròcontingit) ſed etiam quando unus tantum indignus fuit nominatus, & indignitas, vel incapacitas unius, electis cæteris capacibus, & dignis officit, & tota nominatio corruit, quod utique ſuadetur ex eo quod hujuſmodi privationes, ulterius pro vice nominandi, quando quis indignum nominavit, ſtatutæ ſunt propter delictum quod committunt nominatores, ſive electores ita eligendo, ſeu nominando, juſtitia perpendimus, quod quidem delictum æquè committitur ſi nominator unus fruſtrabitur ac ſi plures, licet majus erit in hoc ſecundo caſu, & exigui in primo.

Præterea quia licet regula vulgaris ſit, utile
19 per inutile † non vitiari, ut in regula utile, quam ſtatim exornabimus, tamen non procedit in individuis *leg.* 1. §. *tam quæritur* §. *Tribatius ff. de aqua quotidiana, & æſtiva*, ut docet Bald. *in leg. fin. num.* 10. *in fine Cod. de pact.* ubi vult quod donatio omnium præſentium, & futurorum annulletur, non ſolum pro parte ſed in totum propter dividuitatem contractus, & eſt communis opinio ſecundum Bald. ubi *prox. n.* 61. Purpurat. *n.* 247. Guido *conſ.* 714. *n.* 5. Julian. Clarus *exceptione, ſentent.* §. *donatione, num.* 2. tradit latè Sarmiento *lib.* 6. *ſelectarum cap.* 5. *per tot.* At ubicumque actus reſpectu eſſentiæ dividuus ſit, nihilo minus, utile per inutile vitiatur, teſte Bart. *in leg. Graci* §. *illud de fidejuſſor. per illum textum unde*, Ludovicus Romanus *conſ.* 66. reſpondit electionem contra formam ſtatuti in triennium factam nullam eſſe reſpectu triennii, ſed etiam reſpectu cujuslibet alius brevioris temporis, ac proinde nec in annum ſuſtineri poſſe.

Deinde quia electores (ut in alio capite ſuperius diximus) antequam ſuffragia præſtent juramentum iſti capaces, & dignos eligendi præſtant; juramentum autem electioni primæ interpoſitum, hanc utique individuam facit, quia juramenti natura eſt actum de ſe dividuum, & ſeparabilem, individuum facere Bald. *in* §. *tamen n.* 2. & in... de controverſiis inveſtituræ in uſibus feudatoris Conv. *conſ.* 202. *num.* 17. Grammat. *conſil.* 124. *ad finem*, Cota in verbo *juramentum eſt quid individuum*, & verbo *teſtis fides:* Petrus Surdus *deciſ.* 16. Seraphin. *privilegio* 107. *num.* 29. Igitur utilis, & digni electio propter inutilem alicujus indigni electionem ceſſare debet, & electores vocem pro illa vice amittant, & tota ad ſuperiorem electio devolvatur, ut in ſpecie ita reſolvunt Fontanella *dict. gloſſa* 10. *numero* 53. *&* 54. Cabedo *deciſ. Luſ.* 84. *numero* 7. & apertius *n.* 15. *part.* 2. ubi ait, quod ſi ſtatuto univerſitatis, vel confratrum dicatur, quòd illius officiales per confratres & non alios eligantur, quaſi alii non confratres interveniant & confratribus vitiabitur electio ex defectu fratrum; idem ſi lex dicat quod electores & electi ſint municipales, id eſt incolæ ejuſdem municipii, ſi eligantur exteri aut alienigenæ ſimul cum municipalibus, non valet electio.

Verùm ſalva tantorum virorum pace quorum utique maximam eruditionem, ex ſuis ſcriptis non ſolum agnoſco, ſed miror ſpeculationem acerrimam, huic ſententiæ & reſolutioni non ſatis meus aquieſcit animus, ad quod moveor ex ſequentibus.

Primò ex dicta regula utile per inutile, quæ in his quæ poſſunt ſeparari ſemper abſque dubio † procedit, ut tradit Alciat. *in leg. ſi mihi* 20
*ff. de verb. oblig. ex num.* 30. ubi *num.* 31. teſtatur hoc ſecurè procedere in perſonis ex Sinor. *conſ.* 114. & inde provenit quod ſi pater qui melioravit aliquem ex filiis in tertio bonorum, ordinem, & formam legis 27. Tauri obſervavit, illud utique quod contra formam, & ordinem factum eſt annullatur; ſed valet, & tenet legitimè factum uſque ad eam perſonam excluſivè, quæ contra ejus legis ordinem ſubſtituta fuit, ut latè per Dom. Joann. del Caſtillo *lib.* 2. *pract. cap.* 7. *ex num.* 14. *& lib.* 5. *cap.* 100. Gutierrez *pract. lib.* 8. *q.* 51. *num.* 15. Domin. Chriſtophor. de Paz *ad leg.* 200. *ſtyli quæſt.* 4. *ex n.* 44. *cum pluribus ſeqq.* Angel. *ad leg.* 11. *gloſſa* 4. *ex num.* 14. *tom. de las mejoras.* Cum igitur diverſa perſona ſit electa in decurionem digno habitu erectio in aliud officium ut patet aſcenſus, digni electio ob alterius incapacitatem non debet corruere.

Secundò, quia in electione officialium † quot 21
ſunt perſonæ electæ tot ſunt electiones, ad notata *in leg. cohæredi* §. *cum filiæ verſic. nec fideicommiſſa ff. de vulgar. leg. unum ex familia* §. *ſi de falcidia ff. de leg. quoties Cod. de donat. quæ ſub modo leg. unum* §. *cum quidem ff. de reb. dubiis*, Molina *de hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 47. *in fine*, Suarez *in quæſt. majoratus numero* 18. Greg. Lopez *in gloſſa* 1. *in leg.* 23. *numero* 13. *part.* 2. filius hermandad *in leg.* 27. *Tauri, num.* 10. *&* 2. nec unius officialis electio habet quid connexum, ſeu dependens cum electione alterius, maximè cum ſint diverſa officia; unde ſuccedit regula & *in leg. etiam* 30. §. 1. *ff. de minoribus:* cujus verba apprime hìc conveniunt, Herennius Modeſtinus reſpondit, ſi ſpecies in qua pupilla

integrum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

integrum reſtitui deſiderat, cæteris ſpeciebus non cohæret, nihil proponi cur à tota ſententia recedit actor poſtulans audiendus ſit.

22 Tertiò, quia electio legitimè † de dignis facta, & publicata, ſtatim fuerit acquiſitum jus, quale electis ut *in alio cap.* diximus Cabedo *dict. deciſ.* 84. *num.* 11. nec poſſunt electores variare, quod utique ſatis acerbum, & rigidum eſt amittere ex delicto in alterius perſona commiſſo ad notata in regula id quod noſtrum eſt de *regul. jur.* & pœna nullitatis electionis ſeu privationis voce eligendi non debet extendi, niſi quatenus fuit delictum commiſſum, ut *leg. ſancimus Cod. de pœnis* ibi: *nec ulterius progrediatur metus quam inveniatur delictum.* Denique quia ingens, & maximus circuitus eſt ob incapacitatem unius, omnem pervertere optionem, & factionibus, ac quodam modo injuriis eorum, qui legitimè erant erecti, daretur occaſio, & quodam modo maximus eorum eſt contemptus & opprobrium, quæ omnia ſemper vitanda ſunt ut *in leg. marcii puto §. ſi pupillas* ibi: *alioquin inventa erit; ff. de rebus eorum, leg. Dominus ff. de conditione indebiti*, Latè Petrus Surd. *conſ.* 248. *n.* 18. Everardus *conſ.* 45. *num.* 2. Craveta *conſ.* 811. *numero* 3. quæ cum caſus occurrerit poteris non malè expendere, nec ab aliquo univerſa invenies, tandem quod ſit tenendum cogita, ut imbecillitatem mei ingenii adjuves, vel carpas; illud tamen ſecurè obſervans, quod quando electio cujuſlibet officialis pertinet ad diverſos electores, ut in aliquibus oppidis mos eſt, ut puta ſi alii eligunt judices, vulgo *Alcades ordinarios*, alii decuriones, vel alii œconomum, deputatos, aut judices ob electum indignum, cæteræ aliorum officiorum electiones non ceſſabunt, quia in iſto caſu ſine dubio concurrunt rationes meæ opinionis ſuprà traditæ.

23 Quartò, obſervandum eſt indignum † eſſe illum, qui non habet qualitates ad officium neceſſarias (de quibus in ſuo cap. dicemus) nam indignus opponitur, & eſt contrarius idoneo, ut tradit Gutierrez ubi *ſuprà num.* 54. Fontanel. *dict. gloſſa* 10. *num.* 55. *verſ. quæ autem reddunt incapacem.* Idoneus autem quis ſit, vide per Tiraquel. *de pœnis ſemper quæſt.* 51. *num.* 42. Bald. *in leg. precibus Cod. de impuber.* Maſcard. *conſ.* 877. *&* 878. ubi an præſumatur, & quomodo probetur idoneitas.

Ea autem omnia, quæ ſupra dicta manent, electione facta de indigno, intelligi debent de indigno, & indignitate juris, & ejus prohibitione, non verò de indignitate facti ut probat Molin. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 1. Peralta *in leg. cum quidam ibi n.* 4. *ff. de leg.* 2. cum aliis relatis per Caldam Pereiram *dict. tract. de nominatione, emphyteut. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 64. Fontanel. ubi *ſuprà num.* 52. & in alio cap. dicemus.

---

## CAPUT VI.

### De confirmatione electionis officialium à ſuperiore neceſſariò expetenda, quomodo fieri debeat, & de ejus effectu.

*SUMMARIUM.*

1 *Confirmatio officialium ſequitur electionem.*
2 *Confirmatio in oppidis Regiæ coronæ ab ipſomet* Otero de Officialibus. *Rege expetenda eſt.*
3 *Regis permiſſu ſeu tolerantia ſæpe confirmatio electionis non expoſcitur in oppidis Regiis.*
4 *Baronum in oppidis ab iiſdem expetenda eſt confirmatio electorum.*
5 *Nominati ad officia an juriſdictionem à Barone confirmante, an verò ab electoribus accipiant?*
6 *Expenditur in propoſito pro Baronibus* Text. in authent. de defenſoribus civitatum §. jusjurandum.
7 *Pro electoribus verò varia afferuntur jura* & n. 8. 9. & 10.
8 *Confirmatio ſimplex regulariter de novo nihil tribuit.*
9 *Intelligitur in propoſito* dict. §. jusjurandum & n. 12.
10 *Barones jus confirmandi electionem habentes non poſſunt reſpuere electum unicè ad Officium, nec unum ex electis & alium nominare, niſi electus incapax fuerit aut prohibitus officium exercere*, & num. 14.
11 *Juriſdictio electis & confirmatis conceſſa ordinaria eſt.*
12 *Barones ad quos adducuntur electiones Officialium, an ſoleant in Curia Regis reſidere vel in aliis divagare locis & an iſta confirmatio poſſit extra territorium ſuum ab eis fieri.*
13 *Barones poſſe extra territorium ſuum confirmationem officialium facere, id intelligit Fontanella procedere in Barone ſeu Domino à principe juriſdictionem habente, ſecus ab inferiore.*
14 *Confirmatio officialium poteſt fieri diebus feſtivis.*
15 *Confirmatio officialium electorum poterit adhiberi per procuratores, & ad hoc requiritur ſpeciale mandatum*, & numero 20.
16 *Confirmatio eadem poterit fieri per litteras.*
17 *Confirmationem ſi quis contradicat, ipſa judicialis efficitur.*
18 *Confirmatio facta poſt contradictionem, dicitur vera ſententia & definitiva.*

Electionem ſeu nominationem officialium † 1
ſequitur confirmatio, quæ confirmatio dicitur pars, & implementum electionis; conſiderato effectu, prout dicitur venditionem traditione impleri, quæ tamen ſine traditione perfecta eſt eleganter Oldradus *conſ.* 146. *verſ. & ſi aliquando, & conſilio*, 18. *n.* 14. ubi diſputat an Confirmatio conferat jus, an verò exercitium adminiſtrationis, & ſanè confert jus, ſeu ſaltim titulum juris, *cap.* 9. *allegatione fin. verſ. ad ſecundam n.* 3. *&* 7. Tuſcus *conſ.* 707. *tom.* 2. *litt. C.*

Quæ neceſſariò † expoſcenda eſt in oppidis Re- 2
giæ Coronæ ab ipſomet Rege, quia Confirmatio ſemper ad ſuperiorem pertinet, ut notat Felin. *in cap.* 1. *de conſtit. col.* 7. Decius *in rubrica de confirmatione utili, vel inutili*, Bald. *in leg. fin. Cod. de legibus, & in leg. Barbarius in fine de officio prætoris*, Dec. *reſponſ.* 8. *numero* 225. *vol.* 1. Avend. *de exequend. mand. cap.* 19. *numero* 21.
ſed Regis permiſſu, & tolerantia † frequenter in 3
oppidis Regiis in quibus officialium electio pertinet ad Concilium, ſeu ejus vice ad certas perſonas, confirmatio hæc non expoſcitur, nec requiritur, ſed electio publicata à judicibus exhibetur, qui electos, & nominatos admittunt, & eis poſſeſſionem tradunt præſtitis de hoc actibus, quia ante adeptam poſſeſſionem & factam admiſſionem (quæ loco Confirmationis poteſt conſiderari) nondum plenum jus ſunt aſſequuti, nec officia-

les nuncupari poſſunt & pro talibus haberi ex
Bald. *in leg. 1. ff. de officio præfecti*, Auguſtinus
ubi ait quod in officiis tria requiruntur electio, ac-
ceptatio, & ingreſſus officii, & concludit quod po-
teſtas, antequam intret palatium, non poteſt exer-
cere officium, quia non dicitur in quaſi poſ-
ſeſſione, quod etiam repetit idem Baldus *in leg. pri-
vatorum Cod. de juriſd. omnium jud.* Abbas *in cap.
tranſmiſſa, num. 3. de electione* latè Curia Piſana *lib.
1. cap. 13. à n. 4. cum ſeqq. ubi* Azeved. *in addi-
tionibus littera, F. & littera, D.* Mieres *de majorat.
1. p. q. 68. num. 26. cum ſeqq.* ubi ait quod ad ali-
quod officium jus etiam in abſentia acquiratur,
*lib. labeo* ubi notatur *ff. de jurejurando leg. publius
Mevius ff. de condict.* & demonſtrat. ante accep-
tionem poteſt talis electio revocari, & illi non eſt
plenè jus quæſitum, & irrevocabile allegat Bart.
4 Bald. Imola & alios plures. Sed in oppidis † Baro-
num, ſeu Dominorum confirmatio hæc ab eis
expoſcenda eſt, ſi vel juriſdictionem plenam in
oppido habeant ad quam pertinent officia præ-
ſertim juriſdictionalia, vel hoc jus confirmandi
eis privilegium præſcriptione, vel alio quovis mo-
do acquiſitum fuerit; & ita intelligenda ſunt quæ
in propoſito tradunt Avend. & cæteri relati, &
referendi; ſupponunt enim in ejus ſcriptis hanc
Confirmationem à Dominis ſeu Baronibus efflagi-
tandam, non tamen diſtinctè quo jure procedant,
ſignificant.

5 Sed in propoſito illud primo loco † ſatis notandum
& diſputatione dignum ſe offert utrum iſti nominati,
vel electi à Concilio ſeu electoribus deſtinatis, vide-
antur juriſdictionem vel officia ſua à Domino, ſeu
Barone confirmante accipere, an verò ab electoribus,
vide D.Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 26.*

6 In qua quæſtione pro Dominis perpendi ſolet †
textus *in authent. de defenſoribus civitatum* §. *juſ-
jurandum* ibi: *juſjurandum verò præbens quod om-
nia ſecundum legem ac jus agat, eſt omnium commu-
niter confirmandus, ſicut nunc ex præcepto glorio-
ſiſſimorum noſtrorum præfectorum, in biennio vero,
eſt removendus à curia non habente licentiam à cla-
riſſimo provinciæ judice removendi eum, ſed ſi quid
videat agere non rectè nuntiare ad glorioſiſſimos no-
ſtros præfectos, unde ei fiat vere privatio: unde etiam
datur*, & ubi notat *gloſſa verbo removendi eum, &
verbo datur*, cujus text. authoritate ita axioma hoc
firmat Bald. *in cap. cum omnes num. 22. de conſtitut.
& in cap. ad hac de allodiis in uſibus feudorum*,
Angel. *in dict. authent. de defenſoribus civitatum
§. de cætero*, Covarr. *in pract. cap. 4. num. 6. verſ. 2.
concluſio.* Molin. *de hiſpan. primogen. lib. 1. cap.
25. num. 10.* Nata *conſ. 636. num. 67. vol. 3.* Avend.
*1. part. de exequend. mandatis cap. 19. n. 21. verſ.
facta autem electione*, & allegat gloſſa. *in cap.
relatum de prabendis*, Joannes Gutierrez *conſ.
num. 20.* ibi: & confirmatur quia nominati ad ma-
giſtratus non habent ſolidam juriſdictionem quo uſ-
que fuerint confirmati à ſuperiore cui competit
Confirmatio, nam ab eo cenſetur habere ſolidam
juriſdictionem, ſed eſt textus *in leg. defenſores 4.
Cod. defenſ. civitat. §. de cæteris col. 3.*

7 Contraria tamen † ſententia verior, & recep-
tior eſt, quæ ſequentibus fulcitur, & ſuadetur funda-
mentis, & primo ex *textu in leg. quia ff. de juriſ-
dict. omn. jud.* ibi: *& quia nec principaliter ei ju-
riſdictio data eſt, nec ipſa lex differt, ſed confirmat
mandatam juriſdictionem*, ubi gloſſa *verbo nec ipſa
lex ita pungit*; dic ergo, *non eſt hic per omnia paria
aliquid ab aliquo dari, & aliquid confirmari.*

8 Secundò *ex textu* † *ſingulari, & eleganti in
leg. ſi donatæ 37. §. ſi ſponſus ff. de donationibus in-
ter virum & uxorem* ibi: *quia bene factam donatio-
nem confirmare videtur, non inchoare novam.*

Tertiò quia † Confirmatio ſimplex regulariter ni- 9
hil de voto tribuit, nullumque defectum aut obſta-
culum tollit *cap. 1. ubi gloſſa 2. cap. cum delicta
cap. examinata de confirmatione utili vel inutili*
Mandoſius *regula 22. quæſt. 10. num 2.* Molina
*lib. 2. c. 3. num. 47.* & aliquos refert Hieronymus
*ſuper 8. regul. juris Cancell. gloſſa 45. §. 1. num.
76.* Salgado *de Regia protect. 4. part. cap. 11. n. 37.*

Quartò pro hac opinione † eſt mirabilis gloſſa, 10
*& quia* verbo *nec ipſe*; ubi poſtquam prænotavit
& retulit eos qui juriſdictionem ordinariam dare
poſſunt, addit ſequentia verba: *item conſenſus
univerſitati licèt à Præfecto confirmari debeat*: quam
profecto juriſdictionis dationem non confirman-
ti, ſed eligenti univerſitati tribuendam apertè
ſupponunt, notat Jaſon qui pro regula conſtituit
*in leg. more ff. de juriſdictione omnium judicum
num. 26.* & in propriis terminis confirmationis
officiorum Burgos de Paz *conſ. 48. n. 2.*

Qua opinione prout veriore retenta in nihilo ei 11
obeſt textus *in dict. §. juſjurandum* (cujus verba
in contrariam opinionem viros magnos Covarr.
& Molina coëgerunt) dupliciter enim ei ſatisfieri
poteſt; & primo quod illud verbum *datur*, non
debeat referri ad verbum curæ ſed ad verbum
Confirmationis oppoſitum in initio textus, ut ſit
ſenſus, *ut inde ei fiat cura privatio, unde etiam da-
tur confirmatio.*

Secundò quia illius textus † ſuppoſitio in prædi- 12
ctis verbis procedit in confirmatione voluntaria, &
in confirmante, cujus ſit libera facultas non ad-
mittendi vel reſpuendi electum, vel privare offi-
cio eum ante terminum expletum, vel ob aliam cau-
ſam, quæ ſuadent verba illa; *ſed ſi quid videa-
tur agere non rectè nuntiare ad glorioſiſſimos noſtros
præfectos, ut inde fiat cura privatio unde etiam da-
tur.* Secus autem eſt, & diverſum jus conſide-
ratur in confirmatione neceſſaria, ſicuti eſt iſta
de qua agimus. Domini enim ſeu Barones † 13
qui jus confirmandi habent electiones, ſeu
nominationes officialium non poſſunt eos pro
ſuæ voluntatis libito reſpuere, ut docet Ripa
*in tractatu de peſte lib. de remediis, ad ſervan-
dam ubertatem numero 193. in fine* ubi allegat tex-
tum *in cap. de officio cuſtodis*; ſeu non admittere,
nec poſtquam Confirmationem præſtiterunt eos
privare, ut affirmat Covarr. *in dict. cap. 4.* ibi:
*hic enim conſtituuntur liberi à Domino*, & expreſ-
ſius *in cap. 9 pract. num. 4.* ibi: *quod planè conſtat
quod hi, qui judices ordinarii omnino ſunt, adeo
firmam juriſdictionem habentes, quod etiamſi
ad plebis electionem per ipſum Dominum confir-
mentur & conſtituantur, nihilominus liberum ei
non eſt eorum juriſdictionem impedire, aut tollere*,
ſequitur Azevedo *in leg. 45. num. 4. lib. recopil.*
unde ſuccedit elegans doctrina, *in dict. leg. more
num. 51. ff. de juriſdict. omnium jud.* ibi: *quando-
que quis confirmat aliud quod non eſt ipſo jure nul-
lum, ſed eſt imperfectum, aut quando ſuperior con-
firmat electionem, tunc non videtur dare qui confir-
mat, ſed videtur imperfectum perficere*, ut in au-
thent. de defenſoribus civitatum §. interim: *ſimili-
ter cum prætor interponit decretum alienationi,
emancipationi & ſimilibus, non videtur ille dare aut
facere illum actum, ſed confirmat, & perficit: quan-
do quis jus confirmat actum perfectum, & validum, &
tunc aut ille actus non erat in ſua libera poteſtate,
quia tum non poterat tollere, & tunc qui confir-
mat*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*confirmat non dat*, ut in leg. unum ex familia §.
ſi de Falcidia ff. de leg. 2. quod ita etiam firmavit
Bald. *in leg.* 2. *Cod. de teſtamentaria manumiſſ.* ibi:
*& nota quia interdum illud, quod confirmatur eſt de
ſe validum, & perfectum, & certum, & prius tem-
pore, & tunc aliàs confirmator non dicitur diſpo-
nere, etiamſi ſit ſuperior ut notatur ff. de juſtitia &
jure leg. manumiſſiones in* 1. *gloſſa interdum*: id
quod confirmatur eſt Principiatum, ſed non
perfectum, nec conſummatum reſpectu finis
ad quem ordinatur, ut electio quæ Confirma-
tionem deſiderat, & tunc confirmator dicitur
confirmare, id eſt cum alio firmare non per ſe
diſponere ut *ff. de juriſdict. omn. jud. leg. &
quia*: Imola *in cap. inter dilectos de fide inſtru-
mentor. num.* 4. ubi Felinus *num.* 15. & ipſum ob-
ſervat Matienço *in leg.* 3. *n.*10. *lib.* 5. *recop. gloſſ.* 17.
& citra reſolutionem ſuprà traditam ſingulariter ad-
verte quod confirmatio Dominorum dupliciter de-
bet fieri. Primò quando ad quodlibet officium unus
tantum nominatus, & electus fuit, & tunc abſolu-
tè, & omnino neceſſaria dicitur confirmatio cum
non ſit locus optioni, optare enim eſt unum de
duobus, vel tribus aut pluribus eligere. Avend.
*de metu lib.* 2. *cap.* 5. Secundò quando pro uno
quoque officio duo, vel tres nominantur à Conci-
lio vel electoribus, ut Dominus, vel Baro ex
eis unum optet, & officio præficiat, ut pluri-
bus in locis ita ſolitum eſt, & in confirmatione,
quam civitas hæc quotannis præſtat primis die-
bus Januarii officialium villæ de Tudela de Du-
ro uſitatur, & hoc caſu pro ea parte qua op-
tio unius ex contentis in nominatione fit, uti-
que de novo dare videtur confirmans, & ſecundum
hanc diſtinctionem percipere debes quæ in reſolu-
tione hujus quæſtionis *in dict. cap.* tradidimus & in-
telligendi ſunt DD. ibi relati, adde Molinam *de
hiſpan.* 1. *gen. cap.* 25. *num.* 10. Fontanel. *dict.
clauſ.* 4. *gloſſa num.* 137. Pelaz de Miere *de ma-
jorat.* 1. *p. quæſt.* 71. *num.* 57. & 4. *part. quæſt.* 2.
*à n.* 91. ubi differit an confirmatio privilegii quid
de novo concedat, qui ait hoc omne multum con-
ferre ad plura negotia quæ in Regali Cancellaria
agitantur, & contingunt.
In hac verò Confirmatione, in utroque caſu ſu-
13 prà relato non poteſt confirmans reſpuere † ele-
ctum unicè ad officium, vel unum ex electis, &
alium nominare, ut docet Ripa *in tractat. de pe-
ſte lib. de remedio ad conſervandam ubert. n.* 193.
*in fine*; ubi allegat *textum in cap.* 1. *de officio cuſto-
dis* niſi electus ſeu nominatus fuerit incapax, vel
prohibitus officium exercere; quia ad confirman-
tem pertinet cognoſcere de inhabilitate ad peti-
tionem partis, vel ex officio ut *in cap. Vene-
rabilis, & cap. nihil de elect. & cap. nobis de
conceſſ. præbendæ* eleganter Bobadilla *lib.* 2. *polit.
cap.* 6. *art.* 16. *num.* 155. ibi: *Ni aun depende
confirmar los officios que el conſejo ſen nalla y preſen-
cia, ſi no fuere por notorio defecto de incapacidad*:
docet expreſsè Joan. Gutierrez *conſ.* 21. *n.* 20.
& hoc caſu quando invalidatur electio, an ite-
rum ipſi electores debeant aliam electionem face-
re vel priventur pro illa vice eligendi facultate,
tranſire debeat electio ad ſuperiorem, ut in alio
cap. dictum à nobis manet.
14 Juriſdictio autem, quæ his † electis & con-
firmatis conceditur ordinaria eſt, cum ex permiſ-
ſu, ſeu tolerantia Principis vel conceſſione ejus
proveniat officii electio, ſeu confirmatio ex Bart.
*in leg. ne quidquam* §. *ubi decretum ff. de officio
proconſulis* 1. *lectura à num.* 5. & 2. *num.*8. Dida-
cus Covarr. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 4. & alios refert



Molina ubi *ſuprà num.* 12. Fontanella *in loco ſu-
perius adducto num.* 129. Opportunè etiam hìc
venit inquirendum an frequenter Domini † ſeu 15
Barones ad quos adducuntur ſeu mittuntur ele-
ctiones officialium ſoleant in Curia regis reſide-
re, vel in aliis locis divagare, an confirmatio iſta
ab eis poſſit extra territorium ſuum fieri; in quo
dubio affirmativam ſecurè poteris retinere opinio-
nem, nam electio hæc officialium, ſeu confirmatio
voluntariæ eſt juriſdictionis ut *in cap.* diximus, &
ita obſervat Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ-
ſa* 10. *part.*1. *n.*80. actus verò voluntariæ juriſdictio-
nis extra territorium exerceri poſſe nullus ambi-
git, & ita intelligitur communiter *text. in leg. fin.
ff. de juriſdict. omn. jud.* ut ibi notatur Decius
*num.* 5. *cum ſeqq.* Covarr. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 20.
*num.* 8. Boërius *deciſ.* 20. qui teſtatur in ſenatu
Burdegali deciſum, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.*
19. *à n.*7. *cum ſeqq.* Maranta *in praxi* 4. *part. diſt.*
18. Stephanus Gratian. *deciſ. Provinciæ Mardriæ.*
98. Fontanel. *in terminis dicto loco à n.* 107. *qui n.*
109. *repro.* Avend. *dict.* 1. *part. de exequendis cap.*
19. Contrarium tenentem dicens non excludere ra-
tionem qua Avend. movetur.
Supra dictam verò reſolutionem † intelligit 16
Fontanella *num.* 11. procedere in Domino, vel
quovis alio habente juriſdictionem à Princi-
pe, ſecus verò ab inferiore, hic enim non po-
teſt extra territorium juriſdictionem etiam vo-
luntariam exercere, & ſic nec tales electio-
nes, ſeu confirmationes facere, quam differen-
tiam probat textus *in leg.* 2. *de officio proconſul.*
extra urbem exiſtenti exercitium voluntariæ ju-
riſdictionis tribuit, & illud denegat ejus delega-
to de quo per Bart. *in leg.* 1. *num.* 35. *Cod. de
ſumma Trinitate & fide, & charitate*, & Bald. ibi
*numero* 14. Dec. *in leg. fin. num.* 6. *Cod. de juriſ-
dictione omn. jud.* Rip. *in tract. de peſte tit. de re-
medio ad curandam peſtem remedio ult. num.* 50.
Roland. à Valle *conſ.* 91. *num.* 12. *vol.* 3. unde
putabant Bald. & alii quos refert Covarr. *dict.
cap.* 20. *num.* 8. quod licèt Epiſcopus poſſet ex-
tra territorium beneficia conferre; quia hic eſt actus
voluntariæ juriſdictionis, non tamen id licere
vicario ipſius Epiſcopi, quaſi habeat ab inferiore
à Principe juriſdictionem, ſed decipiuntur, &
ſignanter eos carpunt Covarr. & Boërius ubi *ſuprà*
Gratianus *d. deciſ.* 98. Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 29.
*cum* 3. ubi pluſquam 70. DD. in id comperit Garcia
*de benefic.* 5. *part. cap.* 8. *n.* 226. quod refert &
ſequitur Fontanella ubi *ſuprà n.* 111.
Ex eadem diſtinctione quod confirmatio † offi- 17
cialium potuit fieri in diebus feſtivis in lectioni-
bus diximus, & ſatis aperte comprobatur *ex di-
ctis* à Guidone Papa *deciſ.* 215. *per totum*, ac ju-
ramentum præſtari ab electoribus, ut etiam manet
à me dictum, & obſervat Fontanel. ubi *ſuprà n.*113.
& *clauſ.* 1. *n.* 29.
Rurſus & confirmatio poterit † fieri per procu- 18
ratorem *ex notatis per gloſſam in leg. cum eſſet mi-
hi verſ. ſolet ff. de ſervit. ruſtic. præd. leg. cette.*
§. 1. *ff. de Precariis*, notat expreſsè Avend. *dict.
cap.* 19. *prætorum n.* 21. nam poteſt quis per alium,
quod poteſt facere per ſe ipſum, a qua utique re-
gula caſus de quo eſt noſter ſermo non inveniatur
exceptuatus, & qui regulæ limitationem allegat, de-
bet habere pro ſe legem.
Alio caſu neceſſarium puto ſpeciale mandatum † 19
requiri propter rei gravitatem, cum agatur de tam
magno præjudicio, *argu. textus in leg.* 5. §. 1. *ff. ad
Trivell.* ubi Bart. *in moli. leg. filius familias col.
fin. ff. de donat. & in leg. Paulus ait ff. de acquir.*

*hæredit.* Theſaur. *deciſ.* 155. & ex rationibus adductis per Fontanellam ubi *ſuprà clauſ.* 4. *gloſſa* 5. *n.* 46.

20 Et ſequenter confirmatio talis † poterit fieri per literas *ex textu expreſſo in cap. agnoſcitur de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſilio capituli*, notat Avend. & cum eo Fontanel. uterque ubi *ſuprà*. Præterea illud advertendum duxi, quod officiorum electio, & confirmatio non ſolum eſt actus voluntariæ juriſdictionis, ut diximus ſuprà, ſed extrajudicialis; & in ea extrajudicialiter debet procedi, & confirmari proceſſus extrajudicialis, ut cum Lambertino *lib.* 2. *de jure patronatus, part.* 2. *quæſt.* 2. *Princip. art.* 3. *n.* 9. tradit Hieronymus Gonzalez *in reg.* 8. *cancel. in annotat. nullit. & attentat. in cauſis beneſ. n.* 43. *gloſſa* 9.

Si tamen aliquis contradicat † confirmationem
21 faciendam aliquid contra electum objiciens efficitur judicialis ex eodem Lambert. *in cap.* 4. *art.* 11. quæ eſt Prin. 2 *part. lib.* 2. *n* 67. *cum ſeqq.* ex gloſſa *in repet. cap. fin. de electionibus*, ubi communiter per DD. notatur loquendo de inſtitutione, & confirmatione quod in eis appareat contradictio ſine dubio interveniet cauſæ cognitio.

Vel confirmatio dicitur vera † ſententia defi-
22 nitiva, & idem omninò erit affirmandum quando nullus comparuit contradictor, ſed ſuperior confirmans ex officio diſcuſſit negotium cum vera cauſæ cognitione, & aſſignavit promotorem fiſcalem qui contra electum aut formam quidquam alleget, & opponat; Philippus Francus *in c. conſtitutis appellat. n.* 1. *columna* 4. quæ loquitur in confirmatione ubi Hoſtienſis, Imola, Antonius de Butrio, Joannes Andreas *in cap. avaritiæ de elect. lib.* 6. Bertachin. *in ſuo repertorio verbo confirmatio poteſt ſub num.* 80. *ad med.* ubi ait, quòd confirmatio Prælatorum facta in contradictorio judicio eſt ſententia definitiva, & confirmat electionem aliàs nullam, ſecus ſi fiat de plano, & contradictorio judicio, ſed extrajudicialiter, quia tunc eſt interloquutoria, & allegat Bald. *in addit. ad ſpeculat. de appellat. verſ. pro definitiva, & gloſſa in dict. cap. fin. verbo inanes de elect. in* 6. & ideo Bertach. *dict. loco numero* 100. ait quod confirmatio cum petitur, & nullus ſe opponit non requirit libellum, nec litis conteſtationem ſecundum Speculatorem *tit. de libelli conceptione*, §. *nunc videndum n.* 6. *& conſ.* 33. Franch. Mar. *deciſ. delphin.* 1357. Cardin. *cap.* 9. *tom.* 3. *littera E. conſ.* 70. *num.* 5. *& conſ.* 711. *verbo confirmatio vim deffinitivæ*, Salgado *de Regia protect. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 6. *cum ſequentibus*, quanti verò momenti, & ponderis ſit hæc ratio propter quam confirmatio ſit actus judicialis, facilè percipere poteris, ſi advertas quatuordecim differentias eſſe inter judiciales actus quos retulit Abbas *in cap.* 51. *ex numero* 7. *uſque ad num.* 10. *de appell.* & ſpecificè proſequitur, & ſatis accuratè explicat Hieronymus Gonzalez ubi *ſuprà ex numero* 29. *cum pluribus ſeqq.* qui notanter *advertit num.* 36. quando cognoſcetur ſi appellatio eſt, à confirmatione, vel actu judiciali aut extrajudiciali ſumma ex diſtinctione ſuprà tradita hoc dependet, qui plures refert, apud quem ſucceſſus occurrat videre potes.

---

## CAPUT VII.

## De prohibita officiorum continuatione.

### *SUMMARIUM.*

1 *Continuare officia Reip. in una eademque perſona legibus antiquis ubique invenitur prohibitum.*

2 *Continuationis prohibitæ traditur ratio* remiſſivè.

3 *Officia annalia debent eſſe ſaltim per triennium aut ex cauſa per ſexennium, non autem fieri perpetua.*

4 *Officiales omnes ad beneplacitum conſtituti in dubio cenſentur annales.*

5 *Auditores & ſenatores Regis per annum ſolum nominantur, ſed ſingulis annis confirmatio & prorogatio ad curiam mittitur, unde perpetua eſt eorum dignitas.*

6 *Barones aut Domini locorum ultra annum officiales creare non poterunt.*

7 *Univerſitas non tenetur recipere officialem creatum ultra annum.*

8 *Confirmari non poterit officialis poſt annum elapſum.*

9 *Electio facienda per annum ſi facta fuerit per plures an remaneat pro uno tantum, an verò vitietur in totum diſputari ſolet?*

10 *Electio officialis facta ultra annum ſuſtineri poteſt, ſi ita principi placeat.*

11 *Electio ultra annum admittitur dummodo conſuetudo ſit ut amplius durent officia.*

12 *Quod procedit etiam in officiis exigui momenti & quando in oppido non reperiuntur facile officiales idonei.*

13 *Officialis ultra annum munus exercere poteſt quando electus ad idem officium nondum adeptus fuiſſet poſſeſſionem.*

14 *Officialis tranſacto anno ſui officii ad idem non niſi lapſo quinquennio, & ad aliud niſi triennio poteſt promoveri.*

15 *Quod procedit etiamſi ipſe electus & nominatus, velit nominationi aſſentire.*

16 *Expenditur in propoſito*, textus in leg. ſponte 17. ff. de muneribus & honoribus.

17 *Schedulæ Regiæ ſolent in Hiſpania expediri quibus pro uno quoque oppido admiſſio ad idem officium poſt triennium præcipitur.*

18 *Continuatio officii inter diverſas perſonas maximo ſanguinis vinculo vel neceſſitudine conjunctas, ut patrem & filium &c. prohibita eſt.*

19 *Continuationis officii inter patrem & filium &c. vetitæ traditur ratio* remiſſivè.

20 *Guelphorum & Gibelinorum factiones referuntur in propoſito* ex Hiſtoria.

21 *Blancos inter & Nigros fratres diſſidia enarrãtur.*

22 *Reſcripta vulgò*, Cartas acordadas, *expediri ſolent in Conſilio Regio in favorem villarum ubi ſunt officia annalia, quibus cavetur ne in electionibus officiorum patres filiis, & viciſſim, nec fratres fratribus ſuffragia præſtent.*

23 *Continuatio officiorum non ſolum in honorificis, ſed & in lucroſis & pœnalibus vulgò* de Carga, *à jure noſtro reprobatur.*

24 *Continuatio officiorum non eſt reprobanda dum electio officialis ſit à tota univerſitate ſeu toto Collegio nominante & nemine reluctante; nec dum eſt penuria Civium idoneorum ad officia gerenda,*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*gerenda*, & num. 25.

26 *Continuatio officii decurionatus non prohibetur.*

1 OFficia Reipubl. † in una perſona continuare antiquis legibus cautum ubique invenimus, nam & Athenis ut tradit Demoſthenes, ſancitum extitit ne cui iterum ſindicum fieri liceret crearive à populo. Idque ne ſindicia (hoc eſt) ſindici munera, ad publicam utilitatem inventa verterentur in quæſtum, compendiumque privatum, refert Petrus Gregor. *ſintagm. juris 3. part. tit. 49. cap. 5. n. 3.* quin imo *lege duodecima tabularum*, ita cavetur inter eundem magiſtratum ni interfuerint decem anni ne quis capto & extito libro *lib. 3. ab urbe condita*, *& lib.* 40. apud Romanos ſemper perniciosſam magiſtratuum continuationem viſam fuiſſe docet Simancas *lib.* 8. *de Rep. cap. 36. nu.* 2. Sed & poſtea idem Imperatorum, & Cæſarum ſanctionibus ſtabilitum fuit *ut in leg.* 3. *Cod. de muner. & honor. non continuandis lib.* 10. *& in rubrica illius tituli* ibi: *& intervallis*, quæ verba utique reſpiciunt ad intercapedinem, & temporis ſpatium quod in una perſona finito officii tempore debet intervenire, ut ad idem reaſſumatur, tradit Garcia Toletanus *in lucerna Rubricarum poſterior. lib. Codicis dict.* 11. *nu.* 7. & licèt *dicta leg.* 12. *Tabularum* eſſet dicendum ad quinquennium in confirmatione ejuſdem officii numeris redactum fuit *ut in leg. 2. Cod. illo tit.* ibi: *ab honoribus ad honores quinquennii vacatio datur.*

2 Cujus continuationis prohibitæ rationem † eleganter tradit Petrus Greg. *ſyntagm. jur. 2. part. lib. 18. cap. 13. nu. 29.* ibi: *nec valens quidem continuare vel repetere honores temporaneos, poſt aliter in leg. Juliam de ambitu cum publicæ diſciplinæ ſemel geſtæ ſufficiunt: nec veniat frequentia ordinationis ex continuatione curæ, & per quandam machinationem muneris renovando fiat aliquibus infinita prædicta gubernatio.* Ubi allegat textum *in leg. unic. Cod. ad leg. Juliam de ambitu & in authent. de defenſoribus civitatum*, & quia officia per circulum civitatis ad omnes ejus habitatores ſpectant, ut *in authentica §. interim, ſed ſervandum circulum habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio eſt hoc implentibus, & dum circulus expletur, rurſus revertentibus ad ſolicitudinem, ut magiſtratus, & honores Reip. continuentur*, ut ſic omnes præmii, & honoris ſæpè virtutum ſint ſcitatores, ut *ex Homero* tradit Tullius 1. *Tuſcul. in principio.* Claudian. 1. 66. ibi:

*Egregios invitant præmia mores:*
*Hinc priſcæ redeunt artes, felicibus inde*
*Ingeniis aperitur iter ſpretæque coluntur*
*Muſæ.*
Juvenalis *ſatyra* n. 10.
*Quis enim virtutem amplectitur ipſam,*
*Præmia ſi tollas?*

Et in diſtributione, & in partitione officii Reipub. ita ſingulariter attenditur, *in leg. 3. n. 4. lib. 7. ordinamenti Regal.* ibi: *La otra por que naturalmente la eſperanza diſputa los hombres a travajan de ſer buenos, virtuoſos, y los diſcretos conozen que la honrra es privilegio de la virtud, y quando conozen que los officios de honrra ſe an de dar a los, que fueren allados buenos, e virtuoſos, y no por ſer hijos de los officiales, o alcades todos ſe es fuerzan en exercitarſe en las virtudes y bondad por alcanzar el premio de la honrra,* Avend. *in cap. 19. Prætorum part. 1. num. 19. verſ. item qui pluribus annis* ubi ait, quod in hoc ne ordo & circulus pervertatur, omnis color fraudis debet vitari, & allegat Bald. *in leg. nemini Cod. advocatis de verbor. judiciorum.*

Et ex eadem ratione provenit officia annalia 3
eſſe debere vel ſaltim per triennium vel ex cauſa per ſex permanere, non autem perpetua fieri, vel dividuare, & ita publicè expedire, ut Ariſt. *politicorum* 2. Ægidius *de regimine Principum lib. 3. 1. part. cap.* 13. Bieſſius *de repub. lib. 4. num.* 11. Nevizan. *in ſilva nupt. lib. 5. num.* 100. *ad finem* ubi eleganter Tacitus *lib. 2. annal.* ait, *ſuper viri vitam annua magiſtratus deſignatione quid ſi honorem per quinquennium agitet, quid ſuper omnium vitam,* & Caſſiodorus *lib. 7. variarum, prudenter inſpexit antiquitas provinciarum dignitates, annua ſucceſſivè reparavit, ut nec diutina poteſtate unus inſoleſceret, & multorum profectò gaudia reperent; ſufficit enim unicuique diviſione laudatum; quia dum tempus poteſtatis prolixum quaritur culparum opprobria non mutantur,* & Joſeph. *lib. 5. de bello judaico; annuis vicibus Romani Magiſtratus mutantur, quo fit ne inſolens diu maneat, & moderatior citò ſuccedat.* & leg. 12. Tabularum *ita etiam cavebatur civitatem annali leg. ſervato,* & Cicero *Philippica* 1. *lex melior utiliorque etiam Reipub. ſæpius efflagitata, qua ne prætoriæ Provinciæ plus quàm annum, neve plus quàm biennium conſulares obtinerentur,* notat Gregor. Lopez *in leg. 6. tit. 4. p. 3.* verbo *acavaren el ſu tiempo*, Petrus Surdus *conſ. 261. in princ. vol.* 2. & apud varias nationes officia annalia, & per minus tempus durare refert ille magnus Politiæ Magiſter Caſtillo de Bobadill. *lib. 1. politicor. cap. 17. ex nu.* 15. & facit textus *in leg. nemini Cod. de ſuſceptoribus lib.* 10. Capitius *deciſ. 121. n.* 4. & de jure noſtro Regio eſt textus *in leg. 1. tit. 7. lib. 3. Recopil.* ibi: *Mandamos que los aſiſtentes, y governadores de nueſtros Reynos cumplido el tiempo de los dos annos que hubieren tenido los officios hagan reſidencia y antes ſi vieremos que cumple a vueſtro ſervicio y al iven de la Ciudad, o Villa donde eſtubiere el tan aſiſtente, o corredor, y que no puedan ſer probeidos por mas tiempo de los dichos officios haſta que hagan la dicha reſidencia aun que la Ciudad, o Villa de reſiden lo ſupliquen,* notat Bobadill. *lib. 5. politic. cap. 3. num.* 143.

Et omnes officiales conſtituti † ad beneplaci- 4
tum cenſentur in dubio annales Amad. *ad Vincent. de Franquis deciſ. 409. n.* 11. licèt contrarium obſervaverit Greg. Lopez ubi *ſuprà*, Burgos de Paz *conſ. 21. n.* 6. & ejus relatis Pelaez de Mieres *de Major. 4. part. quæſt. 10. nu.* 63. de quo latius *in alio cap.* dicendum eſt.

In Curia noſtra Auditores, & † ſenatores Re- 5
gis per annum tantum nominantur, licet ſingulis annis mittatur ad curiam Confirmatio, & prorogatio, & ſic perpetua eſt eorum dignitas; unde univerſitas, & quodlibet oppidum cui ex privilegio ſeu conſuetudine competit officiales creare non poterit id facere niſi per annum ad textum *in authent. de defenſoribus civitatum §. 1. col.* 3. & Abbas *in cap. finali de judiciis*, maximè ſi Principi ſubeſt; Cabedo *dec. 84 part. 2. n.* 6. nec Barones, † aut Domini locorum ultra annum officiales 6
creare poterunt, Vincentius de Franquis *dec. 409. in princ.* ſequitur Dom. de Pont. *in tractatu de poteſtate proregis tit. de electione officialium nu* 2. Boërius *deciſ.* 149. Francus Marcus *dec. 29. part.* 2. nec univerſitas † creatum officialem ultra annum 7
tenetur recipere Capib. 1. *de Baronibus pragmatica 3. num.* 139. debent enim Barones ſuos conſtituere officiales per tempus ordinarium.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8 Quin imo elapſo † anno officialis non poterit confirmari in officio *ad textum in dicto authentico de defenſor. civit. §. fin. leg. Divus ubi omnes ff. ad municipal. §. 1. Inſt. de perpet. & temp. action.* Romanus *ſingular.* 95. & 662. *alias* 669. Jaſ. *in leg. & ſuum hæredem §. hodie ff. de pact.* Alban. *in addit. ad Bart. in leg. nulli num.* 11. *ff. quod cujuſque univerſ. nom.* Nata Conſilio 58. *n.* 9. *vol.* 1. Corſetus *ſingulari* 388. Vibius *deciſ.* 129. Mazarat. *lib.* 1. *caſu* 64. Vincentius de Franquis *deciſ.* 479. Alfon. Ann. *allegat.* 15. & *ſingulari* 369. ubi ampliat in officiali univerſitatis aliquo reſultante (de quo alibi diximus) Franquis *deciſ.* 11. & 609. *num.* 2. Petrus Surd. *Conſilio* 261. *num.* 13. in tantum quod Baro uti primus civis (ad notata per Franquis *deciſ.* 197.) poteſt impedire Confirmationem officialis faciendam per univerſitatem, ſi ipſe contradicit, Alfonſus de Ann. *allegat.* 15. & notat *addit. ſui filii ad Vincent. de Franquis deciſ.* 2. & 264. *deciſ.* 609. *cap.* 16. *l. de Baronibus pragmat.* 5. *n.* 67. dicens quod erit ſindicandus in fine officii, licet contrarium notetur per Franquis *deciſ.* 479. & vide in propoſito Cancerium *lib.* 2. *variarum cap.* 2. *n.* 257. Laudus de officialibus *quæſt.* 114. Surdus *conſilio* 261. *n.* 6. ubi quod antequam confirmetur debet ſindicari *ex Bart. in leg. neminem Cod. de ſuſcept. lib.* 10. latè Maſtrillus hæc & alia in propoſito doctiſſimè referens de magiſtratibus *lib.* 1. *cap.* 23. *à n.* 61. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 185.

9 Et ſi electio facienda † per annum, facta fuerit per plures, an remaneat pro uno tantum anno, an verò vitietur in totum diſputari ſolet? & Romanus *conſ.* 66. affirmat nec pro uno anno valere, quando ſtatutum dat formam actui electionis, ita ut actus ſit individuus *quia tunc utile per inutile vitiatur*, ſequitur Alciatus *in leg.* 1. *§. ſi mihi Pamph. num.* 9. *ff. de verb. obligat.* Cabedo *deciſ.* 84. *num.* 7. *part.* 2. Proſperus Petra *in additionibus ad cap. deciſ.* 49. *littera B.* & nos alibi jam diximus, ſed illud quod ſuprà diximus electionem officialium ultra annum factam non ſuſtineri nec admitti
10 debere limitatur, præter quam † ſi aliud Principi placeat, ita Joannes de Platea *in lib.* 2. & 3. *Cod. de diverſis officiis, tit.* 2. Alciatus *in ſpeculo ſummi Pontificis cap.* 54. *num.* 8. an autem in hoc caſu requiratur eadem ſolemnitas ſicut in electione vide Angelum *concluſ.* 280. Cavalcanum *dec.* 15. *num.* 37. *part.* 2. licèt debet præcedere ſindicatus. Nata *conſ.* 57. & ita practicari proteſtatur Coſta *de remediis ſubſidii, remedio* 72. *num.* 4. Sotum *in dict. leg. ne omnem Cod. de ſuſcept. lib.* 10. ubi Aretinus.

11 Propterea, & limitatur ſi fuerit † conſuetudo quod officia plus durent, Purpuratus *conſilio* 127. *num.* 3. Laudus ubi *ſuprà dict. quæſt.* 129. Gabriel *de conſuetudine conſ.* 1. *num.* 41. Nata *conſ.* 58. *n.* 2. Greg. Lopez *in leg.* 9. *gloſſa* 5. *tit.* 18. *part.* 2. & in officiis parvi momenti & exigui, & quan-
12 do † facilè in oppido non inveniuntur officiales apti: Surd. *conſ.* 261. *nu.* 10. ubi ſubdit quod propter hujuſmodi neceſſitatem licet in eadem curia judicem & actuarium agere, Lucas de Penna *in leg.* 1. *Cod. de primiceriis lib.* 12. Nata *conſil.* 58. *num.* 3. & conducunt tradita per Bobad. *lib.* 1. *politic. cap.* 12. *num.* 28.

13 Rurſus, & ultra annum poterit officialis † exercere, quando electus non fuiſſet adeptus poſſeſſionem, nam tunc in officio exiſtens poteſt adminiſtrare *leg.* 1. *§. adminiſtrantem, ut omnes judices leg. meminiſſe ff. de officio proconſulis.* Guid. Papæ *conſ.* 188. & *deciſ.* 501. Carrotius *de locato tit. de Caſtellanis quæſt.* 4. *num.* 3. Avileſ. *in cap.* 5. *prætorum*; & Prorex cui finitum fuit tempus tenetur expectare donec ſucceſſor nominatus vadat, aliàs punitur; Vincent. de Franquis *deciſ.* 393. & debetur ſalarium pro illo tempore, Maſtrillus ubi *ſuprà dict. cap.* 23. *n.* 77. *in fine*, & *in cap.* 21. *notab.* 12. ſicut è converſo nec admittere tenetur ante lapſum annum *leg. ſi ire oportet §. conſequens in fine ff. de excuſat. tit.* ubi Bald. Aviles *in cap.* 5. *prætorum verbo deldia.*

Ex quibus officiorum continuatio exoſa omni jure, & valde præjudicialis ſemper viſa fuit, itaque officialis tranſacto † anno ſui officii ad idem 14
non poteſt niſi lapſo quinquennio, & ad aliud niſi triennio promoveri *leg.* 2. *Cod. de muneribus, & honoribus non continuandis lib.* 10. P. Gregor. ubi *ſuprà dicto cap.* 13. *num.* 29. Latè Joannes Anton. Navarrus *in obſervat. ad leg. ab honoribus Cod. de muneribus, & honor. non contin. lib.* 10. Vincent. de Franquis *deciſ.* 210. *n.* 13. ubi additio Amendolæ: quod procedit † etiam ſi ipſe electus, & no- 15
minatus velit, & ſponte nominationi aſſentiat, Craveta *conſ.* 459. *dub.* 71. Surd. *dict. conſ.* 261. *n.* 3. Vacatio enim hæc non eſt in favorem ejus tantum, ſed aliorum de populo introducta, ut ſupra dictum manet: Aymon Craveta *conſ.* 259. *n.* 3. & confirmat Vincentius de Franq. *deciſ.* 264. *n.* 2. & *deciſ.* 479. *nu. fin.* ubi additio Amendolæ tradit latiſſimè Vibius *deciſ.* 129.

Cui reſolutioni ſecundum eum non oberit † 16
*textus in leg. ſponte* 17. *de muneribus, & honoribus* ibi: *Sponte provinciæ ſacerdotium iterare nemo prohibetur*: quia procedit in officio quod cum ſumptu exercetur, ut docet poſt gloſſam *in dict. leg. ſponte* Joannes de Platea *in leg.* 1. *Cod. de muneribus, & honor. non contin. lib.* 10. & eſt de mente Bart. ibi: quem ſequitur Nicolaus de Neapolis, Franq. *dict. deciſ.* 264. *num.* ubi reſpondit *ad textum leg. divus* 18. *ad municipal.*

Ex quo etiam in noſtra Hiſpania ſolent † Re- 17
giæ cedulæ expediri, quibus pro unoquoque oppido (id eſt poſcente) præcipitur. *Que reguarde el gueco de los officios publicos de concejo que a de paſſar para que el miſmo que le tubo pueda volver a ſer eligido en el officio publico ſemejante o diferente, paſſandoſo tres annos.* Notat Licentiatus Garcia, Toletanus ubi ſuprà, & eſt plus quàm notum, quæ utique continuatio officiorum non ſolum prohibita in una eademque perſona ut ſuprà diximus; verum inter diverſas † perſonas dum tamen 18
maximo ſanguinis vinculo, & neceſſitudine conjuncti ſint, veluti inter patrem, & filium ut *in dicta Rubrica, & leg.* 1. *Cod. de muner. & honoribus non continuandis inter patrem & filium lib.* 1. ubi ſancitur quod ſi pater aliquem geſſit honorem, vel aliquod publicum authoritate exercuit officium per annum, eo anno tranſacto, vel aliter honore, & munere finito, nec poterit filius ad eundem honorem, vel idem munus admitti, & creari, nec ipſum immediatè continuare, quod tamen de filio in poteſtate patris exiſtente, non de emancipato intelligendum eſt *ex gloſſa verbo continuare*, continentur ab DD. recepta.

Cujus continuationis † prohibitæ inter patrem 19
& filium, & perſonas ejuſdem domus, vel familiæ, ratio redditur à Boerio *deciſ.* 2. *n.* 5. ibi: *item eſſe conferre ſucceſſivè pluribus de eadem domo, quod prohibitum eſt ne potius videatur dignitas delata ex ſucceſſione, quam ex canonica inſtitutione vel electione*, & idem prænotatur à Vincentio de Franq. *deciſ.* 264. ibi: & notandus eſt ille titulus: quia in dies videmus in multis Regni uni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

univerſitatibus in quaſdam familias potentes, quaſi per viam ſucceſſionis tranſmitti officia ad ſucceſſores; unde maximè clades oritur univerſitatum; ſequitur Avendan. *in dict. cap.* 19. *prætorum*, ubi ex eadem ratione reprobatur conſuetudo quæ in aliquibus locis viget quod officialis poſſit nominare ſucceſſorem in officio ut in ſequenti anno, ſuum & idem officium exerceat; per textum *in cap. Apoſtolica* §. *his omnibus loquitur*, & latè Signorolus *de homedis conſ.* 64. quæ profectò conſuetudo non ſolum ſi nominatur ſucceſſor, in officio conjunctus ſit ſanguine, ſed magnus amicus, nutritiva eſt factionum popularium vulgo *Vandos*, & ſic merito omni modo vitanda *ut in leg.* 1. ubi notat Bart. *Cod. ſi propter inimicitias lib.* 10. & quod de amico illius qui litem habet cum Republ. prænotavit Joannes de Platea *in leg. decem virorum Cod. de decurion. lib.* 10. & factionum iſtarum mala, & incommoda vitanda refert Bobad. omnino videndus *lib.* 3. *politic. cap.* 9. *ex num.* 5.

Quis enim quam peſtilenter Reſp. omnis per factiones amicorum, aut familiarum uniones lædatur antiquo & diuturno experimento non agnoſcit, reminiſcatur quiſque quantumvis hiſtoricarum lectionum oblitus, & avidus ſcrutetur quan-
20 ta in Eccleſia ſtrages ex Guelphorum, † & Gibelinorum factionibus, & pugnantiis obvenerit. Guelphi enim, qui (ut ait Bart. *in tractatu de Guelphis, & Gibelinis in principio*) ut zelatores fidei dicuntur, ſummo Pontifici & Eccleſiæ ſemper adhæſerunt. At è contra Gibellini pro Imperatore Friderico II. cognomento Barbaroſſa acriter contra Eccleſiam, & Honorium III. & Gregorium IX. ſuum ſucceſſorem ſuperbo, & dæmoniaco ſpiritu invehebantur, & dimicabant: ita clades, exitia, interitus hominum, & civitatum deferre, & dinumerare nedum difficile, ſed penè impoſſibile appareat, quæ ſæculi miſera & infelix, ac tetra conditio tempore prædicti Imperatoris erepſit uſque ad alia multum poſteriora tempora pertinaciter, velut familiarum innata ſucceſſione abſque diſcurſu rationis, ſed ex conſuetudine ad vocem nominis, & depravata natura continuata, ut teſtantur Pinella *lib.* 21. *Monarch. Eccleſiaſticæ* §. 4. Mexia, Brovius, & Gordianus quos refert Carrillo *in annalibus* ſub Gregorio IX. anno Domini 1237.

Et poſt eos eodem peſtilenti morbo orta fuerunt, & citò pullulaverunt magna illa diſſidia Pe-
21 ſtoniæ inter filios † Hermancellariæ ex duabus mulieribus habitos & uno ex eis fortaſſis ex communi odio inter fratres naturaliter conceptos juxta illud Ovidii metamorph.

*Fratrum quoque gratia rara eſt.*

Percuſſo uterini fratris contra alios ex parte tantum deſævire cœperunt & ut factionem continuarent alteri Blancorum, alteri verò Nigrorum nomenclaturam uſurparunt & ad Florentiam tranſlati Circulorum nomini, & factioni Blanchi acceſſerunt: at Nigri Donatorum familiam admodum circulis inſævientem in ſuam defenſionem, & patrocinium deprecati fuerunt; quo pacto admiſſione, & inita ſocietate omnes Blanci, & Nigri ſummopere creverunt & pullulaverunt, de quorum diſſidiis, & bellis civilibus mutuis incurſibus agit D. Antonius 3. *part. tit.* 10. *cap.* 851. Blondus *lib.* 9. *decade* 2. Pineda *lib.* 22. Monarch. Eccleſiaſticæ *cap.* 11. §. 1. *& ſeqq.* & de pluribus familiarum factionibus in noſtra Hiſpania videndus Hieronymus Zurit. in *indeceſſor. annal. Aragon.* verbo *Bandos.*

Itaque ad vitandas partialitates, & ut officia Reip. in certis familiis non continuentur, nec monopolia fiant in noſtro Regno providè à ſummis juſtitiæ patribus in Conſilio Regio ſolent ac-
cordatiſſima † reſcripta expediri, quæ vulgo vo- 22
cantur *Cartas acordadas* in favorem villarum, & oppidorum in quibus officia electiva annalia ſunt, in quibus præcipitur, & cavetur ne in electionibus, ſeu officiorum nominationibus, patres filiis, & è contra, nec fratres pro fratribus ſuffragia præſtent ut advertit Caſtillo de Bobad. *dict. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 56. Lucerna *juris ubi ſuprà n.* 6.

Quæ officiorum continuatio, non ſolum in officiis honoribus, & lucroſis à jure noſtro repro-
bantur, ſed etiam in officiis † oneroſis, & pœna- 23
libus vulgo dictis *de Carga*, omni ratione videtur inimica, ut labor æqualiter inter vicinos, & incolas impertiatur, & dividatur ut *in leg. munerum, & leg. æſtimationem* §. *fin. de muneribus, & honoribus inter patrem, & filium non cont. per textum* ibi: *in leg. placuit Cod. de palat. ſacrar. larg. lib.* 22. Bobad. *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 4. *littera* F. Ille ergo qui anno præterito bullarum fuit Collector, aut aliud oneroſum exercuit officium juſtiſſimè, ceſſabitur, ſi alii vicini ſint qui nominari poſſint ſi immediatè duobus annis ſequentibus iterum, vel ad aliud ſimile officium nominetur ut ſuo loco dicemus.

Verùm non eſt adeo generalis, & abſoluta hæc continuationis officiorum prohibitio quòd in aliquibus non admittitur caſibus: primus fuit quando electio fit officialis à tota univerſitate & toto
collegio † eligente nemine reluctante, ut *in au-* 24
*thentic. de defenſoribus civitatum, in fine* ibi: *ſed uſque ad hoc ſolum eſt tempus, niſi cuncta civitas reluctante nullo, elegerit eum*; & licet electus in officio ſindici Reip. loquatur, ut advertit Bart. *in leg. omnes populi nu.* 10. *de juſt. & jure*, ejus ex arte tradita à Petr. Greg. 3. *parte ſintagm. dict. lib.* 49. *c.* 5. (quam ſententiam ex Athenienſ. ſanctè retulimus) tamen ejus deciſionem ad cætera Reip. officia extendi poſſe verior, & receptior ſententia ex Romano *ſingular.* 662. *incipit ad eligendum & ſingularibus heri fui conſultus*, Bobadilla ubi *proximè*, & aliis pluribus quos retulit 2. *part. hujus tractatus cap.*

Si igitur ex congregatis, & electioni intereſſentibus nullus diſcrepaverit, confirmatio, nominatio, & reelectio, valida etiam eſt, etiamſi intervenientes non conſenſerint, Paſcal. *in tract. de virib. patr. poteſtat.* 4. *part. cap.* 1. *num.* 8. Maſtrill. *deciſ. Siciliæ* 188. *num.* 6. Riccius *Collect.* 316.
Secundus caſus eſt quando ineſt civium † muni- 25
cipum & incolarum (qui idonei ſint ad tale officium gerendum) penuria, tunc enim hujuſmodi officiorum continuatio permittitur, ut *in leg. honor.* §. *generandorum* ibi: nec continuare quiſquam honores poteſt niſi alii non ſint, qui honores gerant eoſdem competendo, quos geſſerunt cum pluribus conſtitutionibus cavetur, *ff. de muneribus & honor. non continuandis dict. lib.* 2. & in hoc nititur, & fundamentum habet ſi Schedula Regia quæ frequenter expediri ſolet, & dirigi ad oppida in quibus nobiles medietatem officiorum habent ut ex inopia & defectu nobilium poſſint finito officio iterum ad alia ſequenti anno eligi officia, ut latè *in cap. de diſt. ſtatuum* diximus, ex quo quæ hîc mirè conveniebant ne ibi dicta manerent; hæc tamen Schedula difficillimè, & raro, ſummaque cum conſideratione eſſet expedienda propter tam magna præjudicia, & damna Reip. qui ex officiorum continuatione inſequuntur, ut ſententia explicuimus, &

ita

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ita commendat libenter Garcia Toletanus ubi *ſuprà num.* 12.

26 Tertius caſus eſt in officio & honore † decurionatus, *ut in leg. à decurionatu* 5. *ff. de vacatione & excuſatione mun.* ibi: *à decurionatu quamvis hic quoque honor eſt ad alium honorem nullum vacationem tribuendam*, Ulpianus reſpondit, *dict. leg. divus* 18. *ff. ad municip.* quæ in decurionibus debet intelligi *dict. leg.* 1. *Cod. de muneribus & honor. non contin. lib.* 10. cujus rei rationem tradit Petr. Greg. 2. *part. ſyntagm. lib.* 18. *cap.* 13. *num.* 19. ibi: *decuriones hinc eximuntur, qui poſſunt ſi velint, non autem inviti, honores iterum repetere; quia hi potius Conſilii gratia & rationis honores habent*, Lucerna juris, & Bobadilla ubi *ſuprà.*

Sed & in aliis Conſiliariis, & Aſſeſſoribus, licet omnibus judicibus illuſtri præditis poteſtate repetere Conſilia, ſeu officii continuationem facere ut *in leg. liceat Cod. de Aſſeſſoribus*, *& in caſu legis proconſulis ff. de officio proconſulis* ex ratione à Petr. Greg. ubi *proximè aſſignata* ibi: *quia qui ſemel bonus cognitus eſt non debet ob hoc ſolùm quod jam probatus eſt, improbari*, docet Accurſius *in dict. leg. Divi* in verbo *continuet.*

---

## CAPUT VIII.

### De pluralitate Officiorum prohibita, & quando permiſſa.

### *SUMMARIUM.*

1 *Pluralitas officiorum Reipublicæ in una eademque perſona, & juri repugnat & rationi contraria eſt.*

2 *Militias duas quis non poteſt exercere, nec duobus ſociari Collegiis.*

3 *Pluralitas Beneficiorum Eccleſiaſticorum canonibus inimica.*

4 *Pluralitatis & concurſus officiorum ſive magiſtratuum prohibitæ affertur ratio* remiſſivè.

5 *Pluralitatis officiorum in una perſona & in eodem oppido tunc habet locum prohibitio, cum officia ſunt incompatibilia, non autem quando ſunt compatibilia.*

6 *Gallitiæ Regni Gubernator præeſt regali ſenatui, & militiæ militum eſt Generalis, & percipit duo ſalaria.*

7 *Quod procedit etiam dum Princeps ex duobus officiis unum facit ſupprimendo alterum, nam id obtinens percipiet duo ſalaria quæ ambo officiales percipere ſolebant.*

8 *Epiſcopus quis poteſt eſſe & Canonicus, & adeſſe Capitulo tanquam Canonicus licèt ſit Epiſcopus.*

9 *Epiſcopus dum adeſt Capitulo tanquam Canonicus, ſedet in loco inferiori, & ſecundum locum obtinet* ex Felin.

10 *Plura officia quæ compatibilitatem continent, obtinere nuſquam prohibitum fuit.*

11 *Senatoribus pleriſque ſupremi Conſilii præter ſenatoriam dignitatem cui tamen continuo vacant, conferuntur à Rege plura alia miniſteria honorifica & lucroſa.*

12 *Incompatibilia quænam dicantur officia ſeu miniſteria facilè diſcretu haud quaquam eſt.*

13 *Incompatibilia dici poſſunt ea officia quæ ratione finis ſeu exercitii inter ſe pugnant.*

14 *Incompatibilia erunt duo officia in quorum exercitio & ſine perſona una duplicem contrarii ſtatus perſonam repræſentat.*

15 *Officia duo habentia adminiſtrationem obtinere quis regulariter non poteſt, dum per actum unius impeditur exercitium alterius.*

16 *Incompatibilibus ex duobus officiis vacat primum per admiſſionem ſecundi, ipſo jure & ſine alia requiſitione*, & numero 17.

18 *Sententia declaratoria neceſſaria cenſetur ad vacationem unius officii per aſſecutionem alterius.*

PLura officia † Reipublicæ in uno oppido 1 quem ſimul habere, & juri repugnat, & rationi contrarium eſt ut *in leg. libertos §. præſcripto ff. ad municip. & in leg. ex hac parte Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 11. *leg. quiſquis Cod. de poſtul. leg. fin. Cod. de muner. & honor. contin. leg. quiſquis Cod. de cohortal. lib.* 12. *leg.* 1. *Cod. de præpoſit. agentibus in rebus eodem lib. diſputat. ad part.* Jaſo. *in leg. cunctos populos Cod. de ſumm. Trinit.* & ex jure noſtro Regio ſunt jura expreſſa *in leg.* 3. *tit.* 3. *lib.* 9. *recop.* ibi: *tenemos* uſque ad *merced. fuere &c.*

Et *in leg.* 1. *num.* 4. *lib.* 2. *recop.* quis nec poteſt duas † militias exercere, ut *in leg. his qui-* 2 *dem §. impoſterum Cod. qui milit. poſſunt lib.* 12. nec duobus Collegiis ſimul ſociari ut in *leg. §. fin. ff. de collegiis juſt.* & in beneficiis † Eccleſiaſticis 3 non admittitur talis pluralitas, & concurſus; quinimo canonibus eſt inimica, ut *in cap. dudum* 2. *de electíon.* ubi Innocent. *& in cap. cum jam dudum de præbendis cap. ſanctorum* 70. *diſtinctione cap.* 1. 21. *quæſt.* 1. Abb. *in cap. extirpandæ §. quia verò de præbend.*

Cujus concurſus & pluralitatis officiorum, ſive magiſtratuum in una perſona prohibitio † ni- 4 titur ratione; nam ut ait textus *in leg. plures ff. de pactis, difficile eſt ut unus homo vocem duorum ſuſtineat, & in leg. fin. Cod. de Aſſeſſoribus*, ubi poſtquam Juſtinianus expreſsè prohibuit non poſſe quem eſſe advocatum & judicem in una cauſa ibi: *cum ſatis* &c. elegantiori ſtylo Divus Greg. *in cap. ſingula* 98. *diſtinct.* ibi: *Eccleſiaſticis:* uſque ad *diſtributa, &c.* & vulgo jactatur quod qui duos inſequitur lepores neutrum capit, & quia ut *in cap.* diximus, officia & magiſtratus per circulum civitatis, ſeu oppidi omnes vicinos tangere debent, unde Tacit. 1. annal. *proinde in civitate tot illuſtribus viris munita, non ad unum omnia deferre, plures facilius munera Reipublicæ ſubeant*; eleganter Petr. Greg. *de republica, lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 5. ibi: *Principis:* uſque ad *conferre.* &c. & ex *Carthaginen.* refert Ariſtot. 3. *politic. cap.* 9. hoc axioma cognitum obſervari, non convenit, ut unus præferatur miniſter pluribus muneribus, ſed ſinguli ſingulis: & conducit elegans textus *in cap. diverſis fallaciis de Cleric. conjugat.* ubi probatur diviſum in duo plenam ſui non habere poteſtatem; ubi gloſſa, *& ex cap.* 54. Curiarum Matriti anno 1428. dantur proviſiones in Regio ſenatu, ne quis duo officia incompatibilia obtinere poſſit; proſequitur ultra *ordin. interpret. in juribus ſupra relatis*, Aviles *in cap. Prætor, cap.* 1. *verbo officio* Azeved. ad *Cur. Piſan. lib.* 2. *cap.* 22. Hoied. *de incompatibilit. beneficior.* 1. *part. cap.* 8. Tuſchus *littera O. concl.* D. Perez de Lara *in compend.* 11. *ex numero* 20.

Quæ quidem plurium officiorum in una perſona, & in eodem oppido prohibitio procedit quando ſunt officia † incompatibilia, ut in juribus 5 *ſuprà*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*ſuprà* adductis, ſecus verò quando ſua natura,
& actu, & exercitio compatibilia ſunt; tunc ta-
men non prohibetur concurſus ut probatur *argum.
text. in cap. relat.* 21. *quæſt.* 1. *& in cap. duo iſta*
23. *quæſt.* 3. *cap. cum inter & in cap. quod ſint §.
præterea de elect. leg. ſi pater §. qui duas ff. de
adopt. & facit textus in leg. duorum in princ. ff. de
oper. libert. leg. Papinianus §. impubes leg. filius
leg. adverſus §.* 1. *ff. de inoffic. teſtament.* notat
Bart. *per text.* ibi. *in leg. ſi conſul. ff. de adoption.
& in leg. comperimus Cod. de prox. ſacro lib.* 12.
*& in leg. fin. col. de collegiis illicitis*, Bald. *in leg.
Domitius ff. de numeris*, notant DD. Regnicol.
*ſuprà* adduct. maximè Aviles *num.* 9. ubi adver-
tit, quòd ſi quis gerat duo officia compatibilia,
habebit duo ſalaria *Authent. ut judex ſine quo
ſuffragio §. illud tamen ubi gloſſa verbo periculum*,
Roman. *conſ.* 26. *num.* 10. *viſo facta*, & ita con-
6 tingit in Regno † Gallitiæ ubi idem Gubernator
præeſt Regali ſenatui ut regens, & eſt Militiæ
militum generalis, & percipit duo ſalaria ut te-
ſtatur Lara *ſuprà nu.* 13. & idem erit ſi Prin-
7 ceps † ex duobus officiis faciat unum, & ſup-
primat alterum ut poſt Bald. *conſ.* 277. *vol.* 2. *per
leg. fin. Cod. de frumento.* Alex. *lib.* 10. tradit Avi-
les ubi *proxim. n.* 15. & tali caſu percipiet ſalaria
quæ ambo officiales percipere ſolebant, cui tamen
accreſcit onus accreſcere debet & commodum,
ut tradunt ſuprà relati, præcipuè Roman. ubi *ſu-
prà* Felin. *in cap. cum olim de re judicat.* Caſtrenſ.
*in leg.* 3. *ff. de officio Aſſeſſor.* Cagnol. *in leg. diem
finit. num.* 259. *ff. illo tit.* quæ refert & ſequitur
Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 123. *à nu.* 6. Tunc
non confunduntur officia nec jura, & unus plu-
res repræſentat perſonas, & eſt quaſi eſſent duæ
perſonæ diſtinctæ, tradit Alex. Ludovic. *dec.*
532. *&* 232. *num.* 8. *& deciſ.* 868. *num.* 1. & pro
duobus officiis diverſos ſindicatus habebit ex An-
gel. *in Authent. ut determinatus ſit numerus cleric.
§. illud autem col.* 1. Azeved. ubi *ſupra n.* 11.
8 Nam quis poteſt eſſe Epiſcopus, & † canoni-
cus, & adeſſe Capitulo tanquam Canonicus li-
cèt ſit Epiſcopus *cap. poſtulaſti de reſcript.* & ſi
Capitulo interfuit ut canonicus poteſt appellari ad
eum tanquam ad Epiſcopum *cap. à collat. de præ-
bend. lib.* 6. Lecac. *de appellat. quæſt.* 8. *n.* 60. *& n.*
9 124. & cum adeſt Capitulo † tanquam canonicus
ſedet in loco inferiori, & habebit ſecundum lo-
cum, ſecundum Felin. *in rubric. de major. & obed.
num.* 4. Gail. *de amiſſ. Roman. Imper.* ſeparabilis
à perſona non ſedet in loco inferiori, ut in Con-
ſiliario qui èſt in Conſilio tanquam advocatus,
quia debet eſſe in propria ſede; Franch. *deciſ.*
138. ſequitur Riccius *collect.* 674. *& deciſ.* 144.
& ideo in lite propria quam per ſe advocando
eruditiſſimè defendit Gomez de Sanabria, meri-
tiſſimus hujus Reg. ſenatus ſenator, ſedem cum
ſupremis ſenatoribus (ut accept.) habuit.
10 Itaque plura officia ſeu dignitates † quæ in-
compatibilitatem non contineant, obtinere nuſ-
quam prohibitum fuit, & de jure noſtro Regio
eſt expreſſa deciſ. textus *in leg.* 28. *n.* 4. *lib.* 1.
*recopil.* ibi: *por que no es coſa conveniente* uſque
*por ellos.* Ecce textus formalis qui prohibitionem
hanc ad officia incompatibilia reſtrinxit, dignita-
tum ſeu magiſtratuum compatibilium concurſum
admittit.
Et vide quæ in propoſito tradit Petr. Antibol.
*de muner.* 3. *part. num.* 61. ubi agit de officiis,
ſive publicis, ſive privatis, & id paſſim videmus
11 in pluribus Regiis ſenatoribus ſupremi † Conſi-
lii, quibus ultra ſenatoriam dignitatem cui conti-
nuò, & ſemper vacant, plura alia, & honorifica,
& ſatis lucroſa commendantur à Rege noſtro mi-
niſteria in rebus, & cauſis maximi momenti qui-
bus privativè provideant, & eis pro ſingulis mi-
niſteriis aſſignatis, conſtituitur ſalarium.
Quæ autem dicantur officia ſeu miniſteria † in- 12
compatibilia vel repugnantia, non eſt facile diſ-
cernere, nec poteſt in hoc certa conſtitui doctri-
na ut tradit Aviles *ſuprà num.* 7. ſed ſecundum
qualitatem, & varietatem factorum, perſonarum,
& officiorum, judicium eſt ſufficiendum ex Ab-
bas *in cap. in literis de probat.*
Sed ne ita aridè, & ſeverè uti Aviles hinc
tranſeamus, quæ officia incompatibilia, ſeu repu-
gnantia videantur ex noſtra contrariorum, ſeu
pugnantium ratione utique poterimus & ſic ju-
dicium in propoſito certis percludere cancellis,
& notis.
Contraria autem dicuntur, & incompatibilia † 13
ea omnia quæ ratione finis, ſeu exercitii inter ſe
pugnant, ut notat Bald. *in leg. unic. num.* 4.
*Cod. ſi ſervus* ibi: *& dicuntur contraria quorum
finis eſt contrarius, & incompatibilis.* Everard. *in
loca pugnant. Jur. oppos. n.* 12. *&* 13. *fol.* 365. D.
Molin. 2. *de primog. cap.* 14. *n.* 87. Surd. *conſ.* 280.
*n.* 15. ibi, *dicuntur autem contraria ea quæ ratione
unius ſubjecti, atque ejuſdem finis pugnant, &
contraria mutuò ſe expellunt vol.* 2. Unde abſo-
lutè militat naturale præceptum quod ex duobus
contrariis, unius admiſſio impedit concurſum alte-
rius *leg.* 1. *Cod. de furtis leg. quis ſervus, Cod. de
action. & obligat. leg. in his intereſt. §. ſi patronus
ff. de bon. libert.* Bald. *in leg. in rebus num.* 7. *Cod.
de jur. dot.* Socin. *conſ.* 27. *num.* 1. *vol.* 4. Surd.
*conſ.* 433. *num.* 15. *vol.* 2. Bellamer. *con.* 10. *n.*
43. uſque ad 47. & facit textus *in leg. ſi non
nupſerit.* 99. *ff. de condit. & demonſtrat.* ibi: *ri-
diculum eſt enim eandem & ut viduam, & ut nup-
tam admitti.*
Itaque officia illa duo † in quorum exercitio, 14
vel ſine una perſona duplicem perſonam ſtatus
contrarii, repræſentet incompatibilia & contraria
erunt; veluti ſi quis eſt judex ordinarius & ſi-
mul in eiſdem cauſis velit eſſe judex appellatio-
nis, cum tamen debeat eſſe major ordinario, cum
ſemper à minori ad majorem judicem debeat ap-
pellari, *ut in leg.* 1. *ff. qui & à quibus*, neceſ-
ſario repugnat, quod judex appellatus, & ap-
pellationis eadem ſit per ſententiam *ut in c. Ro-
mana de appell. in* 6. vel ſi Advocatus unius ex li-
tigantibus vellet eſſe aſſeſſor, & judex ut *in dict.
leg. fin. Cod. de Aſſeſſor.* vel ſi eodem tempore, &
eiſdem horis qui unicuique officio perſonaliter ad-
eſſe deberet, vel in duobus oppidis quis duobus
officiis præficiatur qui ſimul reſidentiam requirant:
unde officia ſi non ſunt contraria ratione finis &
exercitii, licèt ſint diverſa ex Principis vel poteſta-
tis conceſſione, rectè poterunt ab uno exerceri ex
Doct. Bart. Plat. & Ang. *in leg. comperimus Cod. de
proxim. ſacror. lib.* 12. ubi affirmant quod poteſtas
poteſt quem deputare, ut ſit ſimul judex maleficio-
rum, & notarius, & ſimiliter quod judex qui erat ta-
bellio poterit judicare ex actis ſcriptis, & factis co-
ram ſe quod proſequitur Aviles ubi *ſuprà n.* 4. *verſ.
& idem tenet & c.* 36. *gloſſa verbo in ſcripto num.*
3. & generaliter an quis poſſit eſſe judex, & tabel-
lio diſput. Decius *conſ.* 42. Luc. de Penn. *in leg.*
1. *Cod. de primic. lib.* 12. Surd. *conſ.* 261. *n.* 10. *vol.*
2. ubi ait quod in locis parvis & officiis parvi emo-
lumenti poterit quis in eadem curia tabellio, & ju-
dex ſimul eſſe. Natta *conſ.* 58. *n.* 3. Maſtrill. *de Ma-
giſt. cap.* 23. *num.* 79.

Deinde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deinde dicendum regulariter quem non poſſe
15 habere † duo officia habentia adminiſtrationem quoties per actum unius impeditur exercitium alterius *ut in leg. à decurionatu ff. de vacation. muner. & ex gloſſa* verbo *dos officios in leg.* 60. *num.* 3. *part.* 1. tamen ex cauſa rectè poterit dari talis concurſus, ut docet Felin. *in cap. ex literis n.* 10. *juncta gloſſa de probat.* Præterea prohibitio talis concurſus plurium officiorum etiam ceſſat in voluntaria juriſdictione, ubi non eſt impedimentum juris vel facti, *ut in leg. ſi conſul.* ubi notat Bart. *ff. de adopt.* Humada *in dict. gloſſa* 60. *tit.* 9. *part.* 1. Quod quidem Azeved. *in dict. leg.* 4. *tit.* 3. *lib.* 6. *Recop. num.* 6. indiſtinctè intelligit ſive in voluntaria, ſive in contentioſa juriſdictione; & ait quod ubi per legem prohibitum eſt duo officia habere, ſive adminiſtrationem habentia ſive non, ſi ſint compatibilia, ſive non ſint, ſervanda eſt omninò legis diſpoſitio; ubi verò non eſſet lex prohibens duo officia inſimul obtineri, ſi incompatibilia non ſunt, benè poſſunt in eodem ſubjecto concurrere, ſed ſi incompatibilia eſſent, exercitiumque & adminiſtrationem requirerent, nullo modo obtineri poterunt.

Denique in propoſito illud advertus quod in
16 officiis incompatibilibus † per admiſſionem unius, ipſo jure, abſque alia requiſitione vacat primum ut probat textus ubi Bart. *in leg. quiſquis Cod. de cohortal. lib.* 12. *gloſſa in pragmatica ſanct. tit. de collat. §. cujus rei verbo pluralitas*, & facit textus *in cap. ut quis* 25. *de elect. in* 6. notat Perez *in leg.* 22. *tit.* 2. *lib.* 3. *ordin.* & de jure Reg. ita expreſſè cavetur *in dict. leg.* 4. *num.* 3. *lib.* 7. *recop.* ibi: *Pierda el que primero tenia y no aya mas*, junctis verbis præcedentibus cum primo utique tantum repetunt, non verò aliquam requiſitionem exigunt ut rectè advertit Azeved. *num.* 9. quidquid contrarium ſignificaverit Perez *in leg.* 1. *tit.* 5. *gloſſa* longè tamen falluntur. Et horum opinio procedit ſolum, & intelligi debet *in* 2. *&* 3. caſu prædictæ legis, ibi: *y mandamos que qualeſquiera Rejidores de nueſtras Ciudades, villas y lugares tubiere por merced la eſcrivania del Juzgado de los Alcaldes ordinarios do fuere Rejidor ſea tenido de renunciar el uno de ellos qual mas quiſiere haſta dos meſes luego ſiguientes deſpues que fuere requerido que lo haga &* ibi: *y anſi lo miſmo mandamos, que una perſona no pueda aver mas de un officio de regimiento en diverſos Lugares, y ſi mas hubiere del dia que fuere requerido aſta los dichos dos meſes ſea en ſu podes tener el uno de ellos qual mas quiſiere, y dejar el otro, y no lo haciendo anſi los podamos probeher ambos en quien nueſtra merced fuere.*

Cæterum in primo caſu nempè in duobus offi-
17 ciis † conſiliaribus de quo locuta fuit prædicta lex Regia in principio abſque ulla requiſitione, & temporis præfinitione ex ademptione & conſecutione ſecundi, primum ipſo jure vacare ſtatuit ibi: *y ſi tomare otro officio que pierda el que primero tenia, y no le aya ni tenga mas:* quod & jure communi obſervat Bartol. *per textum* ibi: *in leg. in quibus Cod. qui mil ni pos*, quo attento, ſi Rectorum, vel duo officia erant in diverſo loco acceptio ſecundi erat nulla ipſo jure, nec dabatur optio ut *in leg. omnes & in leg. duumvirum Cod. de decurion. lib.* 10. & rectè pungit Azeved. *dict. lib.* 2. *cap.* 22. *ad Cur. Piſan. verbo dimittat n.* 12.

Verùm in prædictis caſibus officium alterum ex aſſecutione alterius vacat; vel quandoque am-
18 bo amittuntur, tamen ſententia declaratoria † requiritur quæ ſemper in omnibus caſibus in quibus pœna ipſo jure incurritur, & ſtatuitur neceſſaria eſt ad talis pœnæ incurſum declarandum, ut *in cap. cum ſecundum, §. confiſcationis*, & ibi Joann. And. commun. DD. *de hæret. in* 6. *& in leg. ejus qui delatorem* ubi Bart. *ff. de jur. fiſci*, & eſt communis opinio ut per Tiraq. *in leg. ſi unquam. verbo revertatur nu.* 400. Gramm. *deciſ.* 15. *à nu.* 8. Roland. à Valle *conſ.* 90. *num.* 20. *vol.* 3. Gomez *var. cap. fin. n.* 3. Azeved. *in leg.* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop. à n.* 62. Menoch. *de recuper. rem.* 5. *n.* 68. *& de arbitrar. caſu* 220. *n.* 6. ubi teſtatur *de magiſt. recep. opinione & conſ.* 99. *n.* 168. *lib.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 8. Farinac. *in prax. tit. de inquiſitione quæſt.* 10. *n.* 70. apud quos quomodo ad hanc declarationem faciendam actuari debeat judicium, & alias in propoſito utiliſſimas quæſtiones proſpicere poteris.

---

## CAPUT IX.

### Utrum officia ſorte poſſint conferri, & ab hoc ſortis judicio appellari valeat.

*SUMMARIUM.*

1 *Sortis judicium omni tempore & inter varias gentes, pluribus in caſibus, & uſitatum & approbatum fuiſſe ex divinis compertum eſt elogiis.*

2 *Sortis judicium inter Ethnicos antiquos frequentiſſimum fuit, quod variis ex hiſtoria relatis exemplis comprobatur.*

3 *Romani provincias inter Conſules, Proconſules, Prætores & Quæſtores ſorte dividebant.*

4 *Athenienſes officia & Magiſtratus ſorte conſtituebant.*

5 *Sorte dirimi poterunt ſuffragia in pari numero concurrentia, & cui ſors ceciderit officium eſt conferendum.*

6 *Sortes in aliquibus caſibus damnatæ & prohibitæ, in aliis verò permiſſæ.*

7 *Sortis judicium in electionibus Eccleſiaſticis expreſſe prohibitum invenitur.*

8 *Uſus intervenire debet in judicio ſortis, ut illud ab omni peccato & ſuſpicione prava vacuum habeatur.*

9 *Sortis electiones quæ in ſacra leguntur ſcriptura intelliguntur ex* Gratiano.

10 *Sortis judicium ſervatis ſervandis firmum & juri conſonum eſt, adeo ut ab illo appellari non poſſit.*

11 *Damnum & lucrum dum quis ex incerto eventu poteſt conſequi, nullo modo læditur, etſi damnum inde percipiat ex* textu in leg. de fideicommiſſo Cod. de tranſactis.

JUdicium † ſortis omni tempore, & apud di- 1
verſas nationes pluribus in caſibus, & uſitatum & approbatum fuiſſe communiter divina elogia paſſim indicant ut habetur *Num. cap.* 26. ibi: *pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem... ita dumtaxat ut ſors terram dividat... quidquid ſorte contigerit &c.* & cap. 33. ibi: *Ego dedi vobis illam in poſſeſſionem quam dividetis vobis ſorte, pluribus dabitis latiorem, & paucioribus anguſtiorem, ſingulis, ut ſors ceciderit*, & in cap. 34. ibi: *ingreſſi fueritis terram Chanaan, & in poſſeſſionem vobis ſorte ceciderit*, & iterum; *hæc erit terra quam poſſidebitis ſorte*, & in c. 36. ibi: *terram ſorte dividere filii Iſraël*, &

Deuter.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deuter. *cap.* 1. ibi: *& ipſe ſorte terram dividet*, & Paralip. *cap.* 24. *porrò diviſit utraſque inter ſe familias ſortibus*, & in Pſalmo 77. *& ejecit à facie eorum gentes, & ſorte diviſit eis terram*, & hanc conſuetudinem ſequuti fuerunt milites qui ſuper veſtem Domini miſerunt ſortem, ut Matth. *cap.* 27. Marc. *cap.* 15. Luc. *cap.* 23. & Joann. *cap.* 19. ibi: *diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*: & Saül in Regem ſorte fuit electus ut habetur *Reg. cap.* 10.

2 Et apud antiquiores Ethnicos † frequens fuiſſe judicium ſortis Diodoſicus Bibliothecus *l.* 4. refert Atlantem & Saturnum Cœli filios Imperium ſorte fuiſſe partitos: & Romulus, & Remus cum eſſent fratres Gemelli, nec ætatis diſcrimen facere poſſent, ſorte augurii diremerunt uter nomen novæ urbi daret, cujus conditum Imperium regeret, ut teſtatur Livius *lib.* 1. *ab urbe condita*, & Darius primus Perſarum Rex Regnum ſorte adeptus fuit, cum ſignum ſortis eſſet inter illum & alios Regni prætenſores ſui equi hinnitus, ut tradit Herodotus in Hiſtoria *lib.* 5. Juſtinus *lib.* 1. Marcellin. *lib.* 23. Oroſius *lib.* 2. *cap.* 9. & inter Areſtem, & Eraclidem Regni menſorem controverſiam ſorte conſopitam indicat Alciatus *lib.* 5. *parerg. cap.* 22.

Et cum Hector fortiſſimum quemque Græcorum ad ſingulare certamen convocaſſet, novem ducibus contendere, ſeu pugnare cupientibus, placuit unum ex pugnaturis ſorte eligi, ut apud Homerum *l.* 7. *Iliados.* Unde Ovid. ita facti iſtius reminiſcitur.

*Hunc ego peccantem cum quo concurreret huncque*
*Suſtinui, ſortemque meam voviſtis Achivi,*
*Et veſtræ voluere preces.*

Sed & alia plura pro exornatione hujus argumenti tradit Tiraquel. *de primog. c.* 17. *§. prima opinio per totum* Cevallos *lib.* 1. *commun. contra commun. q.* 249. *n.* 59.

3 Et apud Romanos, Provinciæ inter † conſules, Proconſules, Senatores, Prætores & Quæſtores ſorte dividebantur, ut *in leg.* 1. *§.* 1. *ff. de quæſt. leg. emancipati §.* 1. *ff. de adopt.* & Athenienſ. officia, &
4 Magiſtratus † ſorte conſtituebant, ut *in leg.* 2. *ff. de origine jur.* & *partitione electionis*, quando æqualia ſunt ſuffragia inter nominatos ita firmat *gloſ. in ſum.* 26. *q.* 2. ubi adjicit exemplum Divi Matthiæ qui in Apoſtolatum ſorte electus fuit; unde plurimi caſus in jure ſorte dirimuntur, ut *in leg. hujuſmodi §. ult. ff. d. leg.* 1. *& in leg. ſi cujus §. ſi inter duos, ff. de uſufruct. leg. quod ſi ambo ff. de judiciis leg. ſi quæ ſint cautiones ff. famil. leg. fin. Cod. commun. de legatis leg.* 2. *Cod. quando & quibus* 4. *pars debeatur lib.* 12. *§. optionis Inſtit. de legat.* Tiraquel. *ſuprà ex n.* 15. & ut ait Baldus *in leg. fin.* tale judicium ſortis dicitur judicium fortunæ cujus dux eſt Deus. D. Auguſt. *in Pſal.* 30. ſuper illis verbis *in manibus tuis ſortes meæ*, ita ait, ſors non aliquid mali eſt, ſed res in dubitatione humana divinam inducens voluntatem, quæ verba tranſcripta invenies *in cap.* 1. 26. *quæſt.* 2. ſed & ſubdit D. Aug. paulò poſt; *in ſorte non eſt electio, ſed voluntas Dei*, & id ſignificatur *Proverbior. cap.* 16. ibi: *ſortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.*

Ex quibus utique reſolvendum judico in pa-
5 ri numero ſuffragiorum ſorte rem † dirimi poſſe, & cui ſors acciderit officium eſſe conferendum. Item, & valere conſuetudinem, quæ in pluribus locis viget, ut certa nomina tam electorum, quàm eligendorum in certam urnam mittantur, & puer vel alius quiſpiam ex nominibus involutis, vel Schedulis permixtis aliquas extrahat, & vicini contenti in eis eo ipſo electi, & legitimè creati erunt, & ad officia admitti debent, nec his obſtantibus quod ſortes regulariter improbatæ ſunt à jure, *in dict. cap.* 1. 26. *quæſt.* 2. *& in cap. nos ſtatim, & in cap. hi qui & in cap. ſortes* 46. *quæſt.* 5. & præcipuè in electionibus ut *in cap. in fin. de ſortilegiis* ibi: *licet nota non careat quinimo multa reprehenſione ſit dignum quod ſors in talibus intervenit*, & infra: *electionem celebratam de ipſo gratiam Confirmationis admittimus, ſortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes*, ubi gloſſa verbo *in electionibus.* Unde Cicer. *lib.* 2. *de diviſ.* dicendum ait: igitur putas de ſortibus, quod inſons eſt, idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus temeritas, & caſus non ratio, nec conſilium valet, tota res eſt inventa facilis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem, & Bald. *in proœmio ff.* cum ita ait de judicio ſortis, *Judicium fortunæ remotum eſſe à ratione; ideoque nec rationem, nec intellectum debere ſe committere huic fortunæ, quæ ſæpiſſimè præfert iniquum æquo, nec rectè judicat, ut in leg. ſed an ultro §. ult. ff. negot. geſtis*, & idem Bald. *in cap. licet cauſa col.* 7. *verſ. oppoſitio quod Papa*; non eſt (inquit) juſtum ut opes noſtras committamus fortuitis, & incertis *leg. quæ fortuitis Cod. de pignor. action.* nam fortuna eſt nutus Dei nobis incertus, vel ſi eſt altera natura in cœlo, habens dominium caducorum, non debemus nos immiſcere ejus officio, ut Alciatus *in leg.* 2. *ex his num.* 25. *id ſortis judicii eſſe periculum, & ſubjectum fortunæ, & non rationi.* Et Cor. Tacit. *lib.* 20. affirmat apud Romanos morem ducendi ſorte Præfectos ex numero Prætorum, non diu manſiſſe quia ſorte errabat ad parum idoneos; & Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 2. *antiq. Roman.* laudat Romulum, quod nec venalia, nec ſorte dividenda fuiſſent Sacerdotia. Baſilius quoque magnus, *Congreſſione* 8. *de apibus*, loquens ita ait: *non ſorte poteſtatem eſt aſſecutus, ſortium tamen concurſus ad omnium peſſimum deterrimumque perſæpe deferunt magiſtratum*, & plura alia Tiraq. *ſuprà ex n.* 8. D. Joann. *de Orozco Cov. lib.* 2. *de ver. & falſ. prophet. cap.* 16. *M. circul.* 2. *c.* 4.

Reſpondetur non quod ſortes aliquibus † caſibus 6
& deficientibus qualitatibus & requiſitis infra referendis damnatæ ſunt; in aliis verò licitæ, & permiſſæ ſemper tolerantur ubi expreſsè prohibitæ ſunt, ut notat Alex. *in leg. hujuſmodi §. ult. de leg.* 1.

In electionibus Eccleſiaſticis † ſortis judicium *in* 7
*dict.* 8. *c. final. de ſortil.* expreſsè prohibetur; quia ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas conferendas ſpecialis forma in jure eſt aſſignata *in cap. quia propter de electione*, quæ præciſè obſervanda eſt, omiſſo, & neglecto judicio ſortis; & mirabiliter reſpondit Tiraquel. ubi *ſuprà num.* 14. & eſt de mente gloſſæ & omnium ſcribent. *in dict. text.* licet quando inter duos contenditur de Papatu ad tollendam, & tam magnam controverſiam ſedandam conveniens quandoque erit, ſorte litem dirimi, ut per Card. Florentus *in elicit col.* 14. *verſ. poſtquam hæc ſcripſeram de election. & conſ.* 154. incipit *quæſitum eſt*, Felin. *in cap. capitulum ſanctæ col. penul.* Tiraquel. ubi *ſuprà numero* 25. In ſæcularibus autem officiis in caſu æqualitatis ſuffragiorum, vel conſuetudinis, aut ordinationis, quia hæ ſortes in electionibus approbantur, & ſelectæ ſunt, non eſt quod in dubiam reſolutionem ſuprà traditam revocet.

Ut tamen electionem Prætorum, ſeu quod



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8 electionibus ſortium judicium † ab omni peccato, ſeu prava ſuſpicione vacuum prorſus haberemus in hoc ſortium judicio uſus intervenire debet, & ſummè ſunt attendenda quæ graviſſimè tradit P. M. del Rio *diſquiſ. Magic. lib.* 4. *cap.* 4. *quæſt.* 1. *de diviſoria ſorte* ibi: *in cæteris igitur dignitatibus* uſque ad *verſ. Poteſt ſortitione res decidi.*

Porrò ne quem fallat quæ in ſacra Scriptura
9 leget de ſortibus † rectiſſimè poſt Beatum Hieronymum & Bedam, monuit Gratianus ea nihil ad noſtra pertinere tempora, nam in veteri lege Deus inter alias hanc quoque inſtituerat, qua in ſortitione uterentur, cumque ſortem præmitterent; quæ qualis fuerit conſtat: videtur fuiſſe quædam ad Deum mentis elevatio cum oratione ad hoc inſtituta, ut colligitur ex Levit. 16. ubi de Capri emiſſarii ſortitione ſic legitur: *duos hircos ſtare facient coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii mittenſque ſuper utrumque ſortem, unam Domino & alteram Capro emiſſario, cujus exierit ſors Domino offeret illum pro peccato; cujus autem in Caprum emiſſarium, ſtatuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces ſuper eo, & emittat eum in ſolitudinem,* & B. Luc. *de ſorte Apoſtolatus* ita ſcribit, poſtquam narravit duos ab Apoſtolis coram Domino ſtatutos Barſabam, & Matthiam, *& orantes dixerunt; tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum miniſterii hujus, & Apoſtolatum de quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum; & dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam.* Primum igitur ſtatuebantur ſortituri coram Domino, mox oratio fundebatur, ſortes ſingulis dabantur, emittebantur in ſinu, urna, vel alio vaſe cujus ſors exibat ſuper eum cadere, dicebatur certe miſſus, aliquando in ſinum teſtatur Salomon, ſortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur; interdum in Calice, quem ſinu continebant, unde & calix in ſacra Scriptura ſæpe ſignificat ſortem, & ſecundum nonnullos his verbis *Dominus pars hæreditatis meæ*, quare legis veteris ceremoniarum abrogatione etiam hæ ſortitiones, & ceremoniæ ceſſarunt; unde Venerabilis Beda obſervat Apoſtolos ante ſpiritum ſanctum acceptum in electione B. Matthiæ adhuc legali ceremonia uſos fuiſſe: poſt ſpiritum verò ſanctum acceptum non amplius ſortem adhibuiſſe, & ſola uſos oratione ad Dominum, & jejunio adjuncto, ſic tamen legitur elegiſſe ſeptem Diaconos, & Presbyteros; ſanè cum Salvator, qui fallere non poteſt, nec falli, promittat cuncta orantibus, ſtultum & abſurdum eſt relicta oratione quæ promiſſionem habet, confugere ad ſortem; cum ſe adfuturum Deus in novo teſtamento nos repromiſit: nonnulla de ſortibus etiam Joann. Arber. *& de election. per ſortem factis*, plura ſatis eruditè nobis Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 5. *à n.* 10. poſt hæc viſus.

Quibus in caſibus in ſuprà relatis requiſitis ſer-
10 vatis adeo firmum, & juri † conſonum eſt judicium, vel electio ſortis quod ab ea appellari non poſſit, ut teſtatur Bald. *in dict. leg. fin. col.* 1. *Cod. commun. legatis* qui allegat textum *in Auth. ut omn. obeſt judicibus §. penul.* quem ſequitur Jaſo ibi: *& in leg. hujuſmodi §. ult. col. ult. ff. de leg.* 1. *Corn. conſ.* 143. *lib.* Hipol. de Marſil. *in rep. leg.* 1. *num.* 149. *Cod. de rapt. Virg.* Cota *commemorabili, verbo, ſortis.* Tiraquel. *de prim. dict. quæſt.* 17. *num.* 9. Quod tamen limita ſi ſortes legitimè & ſine fraude fuerunt factæ, ſi tamen dolus intervenerit, aut aliqua calliditas, vel modus ſortiundi non fuerit obſervatus cum captio & dolus à quacumque te excludi debeat *leg. minoribus Cod. communia utriuſque Judic. leg. ſi uxori, ff. de aur. & arg. leg.* & à rationibus à Tiraquel. ubi *ſuprà n.* 9. *& in qu. non diſſimili tractatu de jur. primog. quæſt.* 60. *num.* 8. ſtatim referendis, nec minori contra hanc ſortis electionem, ſeu judicium reſtitutio competit & ex celebri Doctrina Bald. *in leg. ait prætor §. ult. ff. de minori*: dum ait quod ſi in diviſione minor optet deteriorem partem ei reſtituitur, niſi illi ſorte contigerit, quia tunc utitur communi, & contra adverſam fortunam non datur reſtitutio & idem ferè ſentit *in leg. verum §. ſciendum per illum textum* ibi: *occaſione damni non inconſulto accidentis, ſed facto*, tit. ff. illo.

Pro quo facit textus *in leg. de fideicommiſſo, Cod. de tranſ.* ubi quando ex incerto eventu quis poteſt conſequi lucrum † & damnum, nullo mo- 11
do læſus dicitur etiamſi damnum conſequatur, vel ſi ſit minor; Tiraquel. *ſuprà num.* 91. latè Pinel. *in leg. Cod. de reſcindend. vendit.* 2. *p. cap.* 1. *cum ſeqq.* qui tamen ſatis ancipiter procedit, & ſic pro hujus rei reſolutione omnino inſequi debemus doctr. Ayor. *de participation.* 3. *par. quæſt.* 11. *num.* 27. qui rem utiliter, & ſubtiliter edocuit ibi: Sed licèt hæc opinio, & concluſio magis communis eſſe videatur nec ab ea ſit recedendum.

## CAPUT X.

### De Officiorum diviſione inter nobiles & plebeios, & an unus ſtatus poſſet præſcribere contra alterum officia Reipublicæ.

*SUMMARIUM.*

1 *Nobiles duntaxat ad officia honorifica Reipublicæ antiquitùs fuiſſe invitatos multa ſuadent teſtimonia, aut ſaltem plebeiis fuiſſe ſemper prælatos.*

2 *Theſeus nobiles à plebeiis primus ſejunxit.*

3 *Athenienſium legiſlator magiſtratus omnes ex nobilibus & divitibus inſtituit.*

4 *Romani Conſules, Quæſtores, Tribuni militum Cenſores & cæteri Magiſtratus inter nobiles tantum patricios primis Reipublicæ temporibus eligebantur.*

5 *Nobiles inter & plebeios in ſtatu Caſtellæ ſolent omnia Reipublicæ officia honorifica pro æquali ſeu dimidia parte diſtribui.*

6 *Nobilibus æqualiter & plebeiis ut officia conferantur, peti poteſt, ubi fuerint tres nobiles qui ſtatum forment & perficiant.*

7 *Nobiles ſi tres fuerint qui ſtatum in aliquibus diſtinctum & formatum habuerunt ſententiis vel uſus præſcriptione acquiſitum, in uno tantum nobili, qui nunc ſit, ſtatus conſervetur quoad omnes præeminentias ſtatui competentes.*

8 *Officiorum dimidia pars ita competit honorabilibus annuatim & eorum ſtatui ut in locis ubi non ſunt tot nobiles ad hæc officia gerenda, poterunt nobiles officiales exiſtentes, expleto officii annalis tempore, continuare ſequenti anno idem etiam officium.*

9 *Continuare vel non continuare officia in favorem Reipublicæ eſt indultum, cujus ſanè intereſt*

*nobiles*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*nobiles ab officiis nullo caſu exerceri.*

10 *Nobiles dum ita pauci ſunt numero ut ad officia ipſis convenientia etiam per continuationem aut reelectionem explenda non ſuppetant, tunc plebeii eorum loco creantur donec nobiles inveniantur.*

11 *Plebei cum officia nobilibus debita in eorum defectu obtinent, quia illa tanquam in ſequeſtri & depoſiti intuitu exercent, ſemper videtur ſtatus nobilium per eos poſſidere.*

12 *Litis ſingularis cauſa & ſucceſſus enarratur ab Autore in propoſito.*

13 *Natura ipſa non verò accidens in cujuſlibet rei cognitione attendenda.*

14 *Accidentale officium & naturale ſuſtinens aliquis, hoc potius quàm illud exequi cenſetur* ex doctrina Bald.

15 *Natura potius quàm adventitius caſus conſiderari debet.*

16 *Aptitudo naturalis magis quàm accidentale impedimentum attenditur.*

17 *Nobilium in ſtatu quoties deſunt tot perſonæ quot requiruntur ad officia ipſius ſtatus peragenda, vel etiam ad numerum electorum explendum quid faciendum ſit in hoc caſu.*

18 *Medietate officiorum nobilibus competentium, & cæteris prærogativis, an potiantur ii qui privilegio & Regia conceſſione nobilitatem obtinuerunt.*

19 *Princeps nobilitatem concedere poteſt.*

20 *Princeps vel Imperator, tribuere poteſt jus agnationis & quod quis ſit de domo vel ſanguine alicujus, licet ſit illegitimus & extraneus.*

21 *Princeps naturalibus poteſt juribus aliquem reſtituere & quaſi per novam regenerationem de novo quoad nobilitatem mundanam & politicam creare.*

22 *Princeps poteſt aliquibus in ſignum nobilitatis, arma concedere.*

23 *Naturalem qualitatem alicui ineſſe idem eſt ac ineſſe ex privilegio.*

24 *Doctores & Licentiati in una ex tribus univerſitatibus graduati tanquam nobiles ex privilegio admittuntur ad officia Nobilibus genere competentia.*

25 *Nobilibus conceduntur officia, vulgo*, Alcaldes de la hermandad, *dicta, ad hoc ut nobiles ex privilegio prædictis officiis gaudere poſſint.*

26 *Sententia qua Nobilibus ex privilegio tribuuntur eædem prærogativæ ac Nobilibus genere, contraria ſtatuitur.*

27 *Leges quibus cautum eſt medietatem munerum Nobilibus concedendam eſſe, de Nobilibus ex nativitate, non verò ex civili acquiſitione intelligendæ.*

28 *Legis verba de caſu ex jure communi veniente, non autem ex ſpeciali debent intelligi.*

29 *Statutum loquens de primogenito intelligitur de vero & naturali primogenito, non de ficto.*

30 *Imaginarius & non verus agnatus dicitur ille qui aſſumit arma alterius familiæ.*

31 *Nobilitas vera conſiſtit in ſanguine.*

32 *Cives adoptivi ea officia habere non debent quæ ex conſuetudine concedenda ſunt naturalibus* ex doctrina Bald.

33 *Privilegiati non debent gaudere officiis quæ Nobilibus ſanguine conceduntur.*

34 *Sententiæ qua denegantur nobilibus ex conceſſione eadem officia quæ debentur nobilibus genere, reſpondetur & ſatisfit &* n. 35. & 36.

37 *Nobilis privilegiatus cum Nobili ex ſanguine dum concurrit in electione officii ille huic poſtponendus eſt.*

38 *Nobilis ex ſanguine præfertur illi qui ex propria virtute conſequutus eſt nobilitatem.*

39 *Nobilitas ob aliquale ſervitium vel levem cauſam adepta non tanti æſtimanda eſt.*

40 *Nobilitas propter militare exercitium aut aliquod egregium virtutis facinus conceſſa maximi habenda eſt, poteritque concurrere cum nobilitate ſanguinis.*

41 *Nobilitatis conceſſio laudabilis eſt in Regibus liberalitatis virtus & remunerationis.*

42 *Nobiles privilegiati ſuum privilegium quoad acquiſitionem officiorum non minoris quàm nobiles ſanguine æſtimare debent.*

43 *Servitii præſtiti ob quod ſit indultum privilegium, ut de cauſa conſtet, ſufficit ut in ipſo indulto enuncietur.*

44 *Nobiles licet firmum jus habeant ad medietatem officiorum Reipublicæ, ſtatu tamen plebeiorum contra ſtatum nobilium poterit præſcribere & contra.*

45 *Nobilis nobilitatis ſuæ cauſam agens an lite pendente poſſit eligi ad officia Nobilibus competentia, an verò ad officia plebeiorum debeat nominari, & nominatus cogendus ſit ad tale munus acceptandum.*

46 *Nobilis lite pendente ſuper nobilitate ſua tributa interim ſicut Plebeius & agnoſcit & ſolvit, &* n. 47. & 48.

ANtiquitus ad officia honorifica Reipub.
† nobiles tantùm invitari, & eligi plura 1
utique ſuadent teſtimonia, & priſtina commendant monumenta, & cum in plebeis abſolutam, & omnimodam ab iſtis officiis, & eorum uſu privationem prorſus non inveniamus, nobilium tamen prælationem ſemper, & ubique eſſe circa officia & magiſtratus omni jure commendatam agnoſcere neceſſariò debemus, ut habetur Deuteronom. *cap.* 1. ibi: *Tuli de tribubus urbis viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos principes tribunos, & centuriones*, & Machabæorum *lib.* 1. *cap.* 3. ſcribitur Antiochum Regem ſuis negotiis præfeciſſe Lyſiam hominem nobilem ex genere Regio, & eſt textus celebris, *in authentico de defenſoribus civitatum* §. 1. *in principio* ibi: *ſed in vicem univerſi nobiliores civitatum habitatores hoc miniſterium adimpleant*: ubi gloſſa *nobiliores, & in authent. præſidis in princ. Cod. de Epiſcopal. aud.* ubi Præſides gentium per unamquamque civitatem præparent ad honores non viliſſimos, ſed nobiliores civitatum habitatores, quos aliqua ratio bonæ opinionis conſtitutos nominavit defenſores per circulum, & facit textus *Cod. grandi de ſupplend. Prælat. lib.* 7. ubi *Dominicus notabili* 2. *& in leg. honor.* §. *de honoribus* ibi: *Origo natalium ff. de muneribus & honoribus* ibi: *plebeis honoribus decurionum fungi prohibetur*, ex quo Bart. *in leg.* 1. *in col.*3. *Cod. de dignitatibus lib.* 12. *& in leg.* 1. ubi etiam Joannes de Platea *Cod. de conditis in publicis horreis lib.* 10. notat plebeium non poſſe eligi ad dignitatem, & apud Athenienſes Theſeus † fuit primus qui nobiles à plebeis ſe- 2
junxit, illique poteſtatem creandi ex ſuo ordine magiſtratus adminiſtrandique leges tum pia & religioſa interpretandi ac diffiniendi tribuit, ut teſtatur Plutarchus *in Theſeo*, quin etiam Romulum ita ſuam Rempub. conſtituiſſe, ut illuſtrem genere, virtute, ac pecuniis ab ignobilibus humili-

buſque ſecerneret, illoſque patricios appellaret, tradit Dionyſius Halicarnaſſæus *lib.* 2. *antiquitatum Romanarum*, ad quam Romuli diviſionem reſpicit illud Statii *lib.* 1. *Silvarum in epithal. num.* 1. *Stellæ*, & *Violantillæ* ibi: *clarus de gente Latina*

*Eſt juvenis, quem Patritiis majoribus ortum,*
*Nobilitas gaviſa tulit.*

3 Sed & Solon Athenienſium † legiſlator (ſequutus fortè Theſeum) Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus inſtituit, ut tradit Plutarchus in *Solone*, & Ariſtoteles *lib.* 2. *Politicorum c.* 8. ſcribit nobiles, & ingenuos ſibi rationabiliter honores arrogare, & ibi carpit legem Lacedæmoniorum, quæ Ephorum (is magiſtratus apud eos maximus) ex plebeis creari jubebat; unde in eam Rempublicam multa obveniſſe mala tradit, & Plato *lib.* 3. *de legibus* inter ſeptem rationes imperandi hanc ſecundam conſtituit, ut ignobilibus generoſi imperent, quæ & alia multa copioſè prout moris eſt illi congerit Tiraquel. *de nobilitate cap.* 20. *ex num.* 1. *cum multis ſeqq.* Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi* 8. *part. conſiderat.* 36. Balduinus *ad leges Romuli*, & 12. *Tabularum*. Et curioſius, & accuratius præ cæteris exornat Caſtillo de Bobadilla *lib.* 1. *Politicorum cap.* 4. *per totum*, & per varia loca Burgos *de nobilitate cap.* 10. *numero* 2. & 3. cum aliis infra referendis, & legibus noſtræ Hiſpaniæ ita condemnatur, ut *in leg.* 18. *tit.* 9. *p.* 3. quæ cùm loquatur de judicibus creandis ait: *Y por todo eſto an de aver muchas bondadas primeramente ſer de buen linaje para aver Verguenza de no carar*, & *leg.* 23. *tit.* 22. *part.* 3. & *leg.* 3. *tit.* 24. *eadem part.* & *leg.* 3. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* eleganter Avend. *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 19. *n.* 18. *verſ.* & *poteſt*, ibi: & poteſt reddi alia ratio & à nobis jam alibi dictum manet.

4 Et apud antiquos Romanos † ita advertit Tiraquel. ubi *ſupra n.* 6. Conſules, Quæſtores, Tribunos militum, Cenſores, Dictatores, & cæteri Magiſtratus, & Patricii tum ex nobilibus creabantur, quo uſque Plebs ob ſuam magnam ambitionem ac tumultus frequentes obtinuit ut etiam ex ſuo corpore crearentur; ut eleganter, & copioſè deſcribit Livius *lib.* 6. *ab urbe condita* & Pomponius *in leg.* 2. §. 2. *ff. de origine juris* ibi: & *plebs cum contenderit cum patribus*, & *ut ex ſuo quoque corpore Conſules creare poſſent*, & *patres recuſarent*, *factum eſt*, *ut tribuni militum crearentur partim ex plebe partim ex patribus*. Itaque in principio, tantum tribunorum officium Plebeiis fuit communicatum, poſt verò ad Conſulum & Dictatorum culmen aſpirarunt ut *in dict. leg.* 2. §. deinde cum placuiſſet, creari etiam ex plebe conſules, cœperunt ex utroque corpore conſtitui, Ambroſius de Morales *in Rep. Roman.* 2. *part. lib.* 5. *cap.* 10.

5 Itaque in noſtro Caſtellæ Regno ſtatui † nobilium, & plebeiorum pro æquali, ſeu dimidia parte, ut vulgo jactatur, ſolent omnia Reipublicæ officia honorifica communicari, ut per Gregor. Lopez *in leg.* 2. *tit.* 9. *part.* 2. *gloſſa* 4. Palatius Rubius *in repetitione rubricæ de donat.* §. 6. *num.* 7. & 8. Avend. *de exequend. mand.* 1. *part. cap.* 19. *nu.* 18. *verſ.* 8. eleganter Burgos de Paz *conſ.* 10. *n.* 1. *cum ſeqq.* præſertim *num.* 6. Joannes Garcia de nobilitate, *gloſſa* 35. *num.* 3. & *gloſſa* 6. *num.* 10. Parlad. *diff.* 31. *num.* 8. Bobad. *lib.* 1. *politic. cap.* 4. *num.* 15. & 24. Curia Philippica 1. *p.* §. 2. *num.* 34. Barnabas Moreno de Bargas *de nobilitate al diſcurſ.* 10. *numero* 3. *dict. diſceſſion.* 10. *n.* 3. & pro hac nobilium, & plebeiorum diſtinctione facit textus ſingularis, *de jure noſtro Regio in leg.* 5. *tit.* 15. *part.* 2. ibi: *y deſto deben facer omenaje los mas honrrados homes del Reino que hi fueren aſi como los prelados, e los ricos homes dos Cavalleros dos fijosdalgo dos homes buenos de las Ciudades, e de las villas*, & ſpecialiter in diſtributione officiorum textus ſingularis *in leg.* 1. *num.* 13. *lib.* 8. *recop.* ibi: *ſe elijan y nombren dos Alcaldes de la hermandad el uno del eſtados de los Cavalleros y eſcuderos y el otro de los Ciudadanos e y Pecharos.*

Sed & hoc ut officia æqualiter conferantur no-
bilibus & plebeiis poteſt peti ubicumque fuerint
† tres Nobiles qui ſtatum firmare poſſint: non 6
enim minori, quàm trium numero firmatur, &
perficitur ut *in leg. neratius* 85. *ff. de verbor.*
*ſign.* ibi: Neratius priſcus (inquit Marcellus,
trium Collegium facere, quod maximè ſequen-
dum eſt, *ex ratione quam ex Ariſtotele lib.* 1. *de Cæ-*
*lo cap.* 1. tradit Joannes Garcia *dict. gloſſa* 35. *n.* 51.

Si tamen in aliquibus tres nobiles fuerunt † qui 7
ſtatum in aliquibus actibus diſtinctum, & forma-
tum habuerunt ſententiis, vel uſu, præſcriptio-
ne, & obſervantia acquiſitum in uno tantum no-
bili qui nunc ſit, ſtatus conſervatur quoad om-
nes præeminentias, & qualitates ſtatui competen-
tes ut *in leg. ſicut* §. *fin. ff. quod cujuſque univerſi-*
*tatis nomine*, gloſſa *in dict. leg. neratius*, & com-
muniter notatur *in cap. cum omnes de conſtitut.* &
*in cap. cum dilecta de reſcriptis*, & plurima in
propoſito tradit Petrus de Vixio *in directorio ele-*
*ctionum, cap.* 2. *à num.* 3. *cum ſeqq.* Joann. Gar-
cia *dict. gloſſa* 34. *n.* 52.

Et tantum competit hæc dimidia pars officio-
rum † honorabilibus, & eorum ſtatui annuatim, 8
quod in locis ubi non ſunt tot nobiles ad hæc
officia inſervienda, nobiles qui anno præterito
officiales Reipub. fuerunt facti, poterunt in ſe-
quenti anno non ſolum ad alia officia eligi, & crea-
ri, ſed eadem quæ habebant, electione & nomi-
natione facta, continuare, nam licet hæc continua-
tio regulariter prohibita ſit, ut ſpeciali cap. dixi-
mus; tamen in hoc caſu ob defectum nobilium, &
numeri ſufficientiam, ut in ſuo ſtatu hæc qualitas
& prærogativa medietatis officiorum conſervetur
talis continuatio, reelectio admittitur; nec obſer-
vanda eſt intercapedo, ſeu intervallum temporis
quod vulgo in Caſtella dicimus *el hueco*, & do-
cent Joann. Garcia *de nobilitate dict. gloſſa* 85. *nu-*
*mero* 67. ibi: *igitur in officiis electivis qualia* los de
los Alcaldes ordinarios, *in quibus habet locum*
*dicta lex ab honoribus*, & ita etiam obſervat Bar-
gas *dict. diſcurſ.* 10. qui ita obtentum fuiſſe per
nobiles villæ de Montejo ubi incolatum, & vi-
cinitatem obtinebat, & ideo praxi receptum
quod frequenter expediuntur proviſiones & Regiæ
Schedulæ in confirmationem hujus praxis, & re-
fert eam quæ in favorem nobilium prædictæ Villæ
de Montejo in ſimili caſu fuit expedita, quæ ut de
ſtylo, & forma harum proviſionum deponere va-
leas ad literam ſubdere decrevi & ſic ſe habet.

*Don Phelipe &c. à vos el concejo, Juſticia y Regimiento de la Villa de Montejo, ſalud & Gracia ſepadeis que Pedro Corcito en nombre de Pedro Garcia Bernave Morono de Bargas y Venito Sanchez hidalgo vezinos de eſſa villa por ſi y en nombre de los demas hijoſdalgo de ella nos hixos relacion que el dicho eſtado tenia carta executoria para que ſe les dieſſe la mitad de los officios de Alcaldes y Rejidores de dicha villa y a cauſa de no aver numero ſufficiente para Guardar el gueco de dos o*

*tres*

*tres años no ſe les dava todos les annos ſin paſſar el dicho gueco, ſupplicando nos le mandaſſemos dar nueſtra carta y proviſion para ello y ſegun y como por nos eſtaba probeido emandado, o como la nueſtra merced, lo qual viſto por los de nueſtro concejo fue acordada que debiamos le mandar dar eſta nueſtra carta, para vos en la dicha razon e nos tubimos lo por bien. Por laqual os mandamos que en no aviendo en eſſa villa numero ſufficiente de hijoſdalgo para que ſe pueda guardar el orden que por nos eſtaba dada carta del à que ſe a de tener en la election de Alcaldes ordinari demas officiales de concejos que es que no pudieſſen ſer elegidos a ellos los Alcaldes a los miſmos officios de Alcaldes eſtaſer paſſados tres annos ni otro officio en que tubieſen voz, y voto haſta ſer paſſados y eſte miſſo tiempo de los dichos dos annos los Rejidores y demas officiales nueſtra merced y voluntad. y tenemos por bien que ſin embargo de ella de aqui delante puedan ſer reelejidos a los miſmos officios de Alcaldes los officiales de concejo de dicho eſtado de hijoſdalgo de eſſa dicha villa paſſado un anno y a los demas officios de concejo de ella conforme à la carta expreſſa que el dicho eſtado de hijoſdalgo tubiere para que ſe le pueda dar la mitad de los dichos officios contra el tenor y forma de loqual no vais, ni paſeis; ni conſentais paſſar en manera alguna ſo pena de le nueſtra merced y de Diez mil maravedis para la nueſtra Camara ſo la qual mandamos a qualquier Scribano os la notifique y de teſtimonio de ello porque nos ſepamos como ſe cumple nueſtro mandado el Conde de Miranda el Licenciado Don Diego Fernando de Alarcon el Licenciado Don Franciſco Alena Barrio nuebo el Don Antonio Bonal. Ex. Alconſo de Vallejo ſcribano de Camara lo fice ſcribir por ſu mandado con acuerdo de los de ſu concejo regiſtrada poes Iorje Oloal Chanciller Jorje Oloal de Vergara.* Cujus rei ea eſt ratio quia dimidietas officiorum de jure pertinet privativè ad nobiles, ut ſupra diximus; unde ſi non ſint numeri ſufficientes qui talia gerant officia ad reliquos ſui ſtatus pertinere debet, ut alias conſideravit Caliſtratus *in leg. honor. §. gerendo ff. de muneribus, ibi: ſi alii non ſint qui honores gerant eoſdem compellendos qui geſſerint plurimis conſtitutionibus cavetur*: Divus Adrianus *de iterandis muneribus*, reſcripſit in hæc verba: *illud conſentio, & alii non erunt idonei, qui hoc munere fungantur ex his qui jam functi ſunt creentur*, & nos alibi dicemus.

9 Deinde quia non continuare † vel continuare officia in favorem Reipub. eſt indultum cujus equidem intereſt Nobiles nullo caſu ab officiis arceri, tum propter eorum ſplendorem, quo ipſa Reſp. magis luceſcit, & condecoratur, tum etiam, quod ſemper aptiores ad uſum, & exercitium officiorum, quàm alii de populo judicantur *leg. honores*, 7. *§. his qui ff. de decurionibus*, Chaſſaneus, & Bobadilla *ſuprà* Gutierrez *conſ.* 31.

10 Quin imò ſi ita pauci numero ſunt † Nobiles quòd nec per reelectionem, aut continuationem poſſint officia Reipublicæ explere, veluti ſi cum tantum tres ſint nobiles ſint quatuor aut quinque officia, tunc equidem illud, vel duo illa quæ ſuperſunt, & quæ ſtatui nobilium conveniebant, & aliàs eis (ſi forte eſſent) adjudicarentur, utique apud plebeios, ſtatus nobilium nomine deponi debent, & interim quod nobiles inveniantur qui ad eorum uſum creari poſſunt Plebeij creantur, & eliguntur; ut *in leg. eos ff. de decurionibus* ibi: *& maximè in eis civitatibus quæ copiam virorum honeſtorum habent, nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant neceſſario* *hoc etiam ad dignitatem municipalem habeant* invitat textus elegans *in leg. ut gradatim §.* 1. *&* 2. *ff. de muneribus, & honoribus.*

11 Quo caſu cum officia hæc ad Plebeios in defectu † nobilium deveniant, & nomine eorum officia hæc tanquam in ſequeſtri, & depoſiti intuitu, & ratione exerceant, ſemper per eos videtur ſtatus nobilium poſſidere, ut *in leg. licet §. rei depoſitum ff. depoſiti*, notat Franciſcus Conanus *comment. jur. civil. lib.* 9. *cap.* 4. *in princ.* Petrus Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 23. *cap.* 3. *n.* 4. & facit textus *in cap.* 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſionum & fructuum*, latè D. Joannes del Caſtillo *lib.* 3. *controver. cap.* 6. *n.* 15. Amatus Rodriguez *in tract. de privileg. creditor. art.* 6. *num.* 9. qui plures referunt.

12 Circa quod ſingularis, & non multum † frequens lis (dum hæc ſcriberem) ſe obtulit & agitata fuit in hac Curia ſtatus nobilium villæ *de la Mava Rey*. Cum enim in ea non eſſent tot nobiles numero qui poſſent explere officia ſui ſtatus & ſic neceſſarium fuit, quod ex numeris plebeiorum quidam ſequeſtri, aut depoſitarii nomine crearetur ad officium procuratoris generalis nobilium, & eorum ſtatus nomine illud pro illo anno exerceret utique ſecretè prout moris eſt in dicta villa, ſtatu nobilium fuit Plebeius ille ad prædictum officium nominatus & electus: cum tamen contigiſſet quod iſte in electione etiam ſecreta quæ à ſuo ſtatu plebeiorum tunc facta fuit, inveniretur, & extitiſſet creatus ad aliud officium; publicatione utriuſque electionis uno tempore facta, cum ei per ſuum ſtatum intimaretur quod officium ad quod erat legitimè à ſuis electoribus creatus acceptaret, id recuſare intendebat, ea motus ratione ac illud in defenſionem ſuam allegans quod à nobilibus ob defectum ſui ſtatus perſonarum (licet depoſiti nomine) in officium honorificum nobilium pro illo anno erat electus, & quod jus ſibi jam ex prædicta electione erat requiſitum quando ſtatus plebeiorum ſuam electionem facere cœpit, & ſuffragia in eum contulit eo in facto probato, quod licet utriuſque electio tam ſtatus nobilium, quam plebeiorum uno tempore, & momento per tabellionem actorum Concilii fuit die Paſchatis, Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti publicatione facta, tamen nobiles per ſe ſeparatim (prout conſuetum habent) nominationem ſuam, & electionem faciebant, & ſecreto tabellioni priori loco arcebant, & ſingula officia ſui ſtatus, ſicut intereſſe convenerant, ſcribi in libro inſtabant. Cum hanc inter alias nobiles in dicta Villa prærogativam, & præcedentiam haberent quod prior eorum ſit vox, & electio, & ſtatim ſequatur, & in ordine ſcripturæ proponatur Plebeiorum electio. Ex quibus rationibus, & fundamentis cum etiam compulſione acceptandi prædictum Plebeiorum officium ad hanc curiam appellaſſent in ea ſollicitè à prædicto officio excuſatum haberi intendebat. Verum contrarium (me patrocinante) in Curia, vel in Senatu fuit deciſum, & obtentum pro quo illud perpendebam, quod licèt in defectum nobilium ſtatui eorum ſui competeret aliquem ex plebeis ad officium eorum provocandi in ſupra dictis, tamen in Plebeio, caſu in hoc à nobilibus electo ad unum officium ſui ſtatus, & aliud in ſimul creato à Plebeis ex quorum ſtatu ipſe electus erat, debet attendi, & præponderat cauſa naturalis creationis, quæ firmat electionem factam plebeis ad officium ſui ſtatus in plebeio, non verò accidentalis, quæ ob defectum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nobilium in perſona diverſi ſtatus ad talem ele-
ctionem faciendam potuit invitare nobiles, nam
in omnibus diſpoſitionibus cauſa naturalis præva-
let accidentali, ut *in leg. qui habet* ubi notat Bart.
*num. 2. ff. de tutelis leg. tutor petitus §. quæ tuto-
ribus ff. de excuſat. tutor. leg. cum pater ff. de ju-
re dotium, leg. fin. ff. de his qui veniam ætatis im-
petraverunt*, docet Socin. Senior *conſ.* 110. *n.*
8. *lib.* 4. Alciatus *in leg.* 2. *num.* 36. *ff. de verb.
ſignific.* Ruin. *conſ.* 59. *num.* 11. *lib.* 3. Tiraquel.
*de retract. §. ea gloſſa ſup. num.* 26. Joan. Gar-
cia *de nobilitate, gloſſa* 12. *num.* 43. Perez de
Lara *lib.* 1. *de anniverſariis, & capell. cap.* 18.
*num.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *& vitæ hominis cap.* 21. *n.*
20. Et in cognitione cujuſlibet rei non accidens
13 ſed natura † ipſa expectanda eſt, Bart. *in leg. quo-
ties ferro, qui maximos num.* 11. *ff. de publicanis,
& vectigal.* Cujus doctrinam in propoſito expen-
dit nominis eruditiſſimus, & omnium literarum
Coryphæus & magiſter communis D. Joannes de
Pareja olim juris canonici primarius in Salman-
ticenſi Academia digniſſimus anteceſſor, nunc au-
tem in hoc Senatu meritiſſimus Pater conſcrip-
tus, cum in ſua aula præſidens de prædicta li-
te, & controverſia cognoſceret.

Et conducit doctrina Bald. *in leg. pro fictit.*
5. *§. Papinianus lib.* 10. *ff. de jure dotium*, ubi
14 ait quod ſuſtinens officium † accidentale & na-
turale, hoc citius quàm illud exequi cenſetur;
deinde & illud addit quod naturalis qualitas, &
conditio in iſto electo non potuit mutari ob ho-
norem ſibi à nobilibus in defectum aliorum tri-
butum; nec enim actus honoris mutavit perſonæ
originem & genus, ut *in leg. falſa §.* 1. ibi:
*nam honor. cujus habitus eſt non perſona mutata*,
ubi Paulus Caſtrenſis *leg. Alexandrinis Cod. de
decurionibus lib.* 10.

15 Et denique quod natura potius, † quàm ad-
ventitius caſus conſiderari debet ut *in leg. vindi-
catio cum concordat. ff. de rei vindicatione*, Jaſius
*conſ.* 4. *num.* 25. Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.*
51. *num.* 161. *in* 2. *impreſſione.*

16 Et magis conſideratur aptitudo † naturalis,
quàm impedimentum accidentale *leg.* 2. *ff. de
adoptionibus* tradunt Lapus *allegatione* 101. *nu.*
12. Quintilianus Mandoſius *in tract. de ſignatu-
ra grat. verſ. adoptandi indultum*, unde patria
naturalis cujuſque, & origo attenditur, non ac-
cidentalis: Menoch. *conſ.* 112. *num.* 61. *lib.* 2.
D. Joannes del Caſtillo *lib.* 5. *controver. cap.* 86.
*num.* 17.

Sed ut ad propoſitum noſtri thematis redea-
17 mus, quotieſcumque in ſtatu nobilium † deficiunt
tot perſonæ quot ſunt neceſſariæ, non ſolum ad
officia ſingula ipſius ſtatus peragenda vel etiam
ad numerum electorum explendum, & perficien-
dum, an illi nobiles qui adſunt ſeorſum debeant
habere ſuam electionem, vel quid in hoc caſu fa-
ciendum? eleganter reſolvit Joannes *dict. gloſſa*
35. omninò videndus *num.* 69. his verbis: *Præ-
terea ſolet diſputari, an in hoc caſu cum deſunt
ex nobilibus quo caſu ad ignobiles pertinet exerci-
tium officiorum, item in caſu, quo nobiles, & ig-
nobiles creandi ſint, qui quoad ſua officia, an no-
biles ſeorſum habeant ſuam electionem inter ſe, &
ignobiles item? an verò totus populus debeat crea-
re, & eligere omnia officia nobilium, & ignobilium
ita ut electio pertineat ad nobiles, & ignobiles ſi-
mul tanquam ad populum, & nobilis admittatur ad
ſuffragium, non tanquam nobilis, nec plebejus tan-
quam plebejus, ſed ſinguli tanquam unus de popu-
lo? & excluſa legitima conſuetudine quæ obſer-
vanda eſt ex his quæ diximus, verius de jure eſt
quod electio pertineat ad nobiles ſimul promiſcue
tanquam ad populum & nobiles admittantur ſingu-
li tanquam unus de populo. Item & ignobiles, &
primum quia licet antiquitùs Romæ conſules ex
utroque corpore crearentur nobilium, & populi,
tamen idem populus utrumque conſulem creabat,
& à coeundo comitia dicta ſunt, quod totus popu-
lus ad creandos conſules coiret, & vocabatur po-
pulus per curias id eſt quod hodie dicimus per Pa-
rochias. Dionyſ.* lib. hiſtoriarum Romæ; *inde co-
mitium dictum eſt Congregatio totius populi; inde
eſt totus titulus*, in leg. 12. Tabularum de cap.
Civis, *niſi per maximum Comitium ne ferunto re-
fert Cicero* de legibus, 3. *& de jure pertinet ele-
ctio*, à los concejos, in cap. 17. Prætorum verbo eligam, n. 1. *Matienzo* in leg. 1. tit. 18. lib.
5. Recop. *cum enim ad populum pertinet electio,
ſequitur quod ad nobiles, & ignobiles pertinet;
quia hi ſunt duæ partes populi ejuſdem* §. Plebs
autem Inſtit. de juſtitia, & jure leg. 5. in princ.
tit. 2. part. 1. *cum his quæ diximus ex Alberico
& aliis* ſuper hac gloſſa num. 54. verſ. 1. in ju-
re civili, *ubi id latè probavimus & quia populo
emanavit juriſdictio, & populus magiſtratui, &
in Magiſtratum omnem vim, & poteſtatem con-
tulit* leg. 1. ff. de conſtitut. Principis §. quod
Principi de jure natur. gent. & civili, *& diximus
ſuprà* in ſcriptione num. 5. *& quia de jure ad
Concilium univerſitatis ſpectat electio officialium
ex Bart.* in leg. 2. Cod. de decurionibus lib.
10. & leg. item eorum §. ſi decuriones ff. quod
cujuſque univerſitatis nomine, & in leg. ſed ſi
ex dolo, *ubi gloſſa, Platea* in rubrica de decu-
rionibus lib. 10. *Lucas de Penna & Rebuffus* lib.
2. eodem. *Unde ſi pro duobus reperiantur æqua-
lia numero ſuffragia non eſt reveniendum ad qua-
litates, quod à nobilibus ſit alter electus juxta
textum* in leg. in albo de decurionibus lib. 10.
*quia non à nobilibus eligitur, ſed tanquam civi-
bus, nec nobiles tanquam nobiles eligunt, ſed tan-
quam ſinguli de populo uti diximus, & ad ſortem
deveniunt, & eſt ratio; quia quæ qualitas non
fuit in actu ea non requiritur in examine actus*,
argum. text. in leg. tutelas de capitis diminut.
ibi: *quia deſinunt eſſe mutata familia, & quia ele-
ctio redacta eſt ad numerum electus qualitatibus
Alexand.* conſ. 192. vol. 6. num. 9. verſ. in con-
trarium.

Quæ autem circa medietatem † officiorum in 18
nobilibus ſuprà firmavimus, an procedant in his
quod & privilegio, & Regia conceſſione con-
ceſſa eſt nobilitas, tam anceps utique eſt quæ-
ſtio, & licet à pluribus ſit examinata, non ta-
men fortaſſis per tot, & hoc ordine congeſta
juris fulcimenta invenies, & ſic ad partes eam
libuit in medium proponere, & ſanè pro affirma-
tiva, nempè quod iſta privilegiati quibus à Prin-
cipe conceſſa eſt nobilitas his officiis, ac cæteris
exemptionibus, prærogativis, & præcedentiis po-
tiri debeant quibus veri nobiles potiuntur ſequen-
tia urgent juris fundamenta.

Primus quod Princeps poteſt concedere † hanc 19
nobilitatem ut habetur Eſther. *cap.* 6. *& cap.* 10.
ibi: *Sic honorabitur quemcumque voluerit Rex ho-
norare.* Unde Plinius *in panegyrico Cæſaris* ait,
eſſe ut nobiles conſervet, & efficiat *leg.* 1. *Cod.
de præpoſitis lib.* 12. *gloſſa fin. in leg.* 1. *Cod. de
domeſticis eodem lib. num.* 80. deffinit nobilitatem
quod ſit qualitas per principatum tenentem illa-
ta, qua quis ultra honeſtos plebejos acceptus
oſtenditur, & de jure noſtro Regio eſt textus ele-
gans

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gans *in leg. 6. tit. 27. part. 2.* ibi : *puede les dar honrra de hijoſdalgo a los que no lo fueren por linaje*, docet Tiraquell. *de nobilitate cap. 6.* Greg. Lopez *in leg. 2. gloſſa 9. tom. 21. part. 6.* Menchaca *de ſucceſſionum creatione lib. 3. §. 30. ex num.* 250. Megia *de nobilitate lib. cap.* 63. Gutierrez *lib. 3. pract. quæſt.* 13. *num.* 64. *& q.* 14. *num.* 11. Guardiola *de nobilitate cap.* 14. Otalora *eodem tractatu cap.* 1. *part.* 4. Bobadilla *lib.* 1. *polit. cap.* 4. *à num.* 3. Licentiatus Gregorius Lopez Madora *de excellentiis Hiſp. cap. 5. in princ.*

Secundum quia ſic in ſimili videmus, quod
20 Princeps † vel Imperator poteſt tribuere jus agnationis, & quod quis fiat de Domo, & ſanguine alicujus, licet aliàs illegitimus ſit, vel extraneus; ut tradit Socinus *conſ.* 1. *per textum in leg. ſi filius Cod. de legitimis hæredibus, & in leg. ſi filius, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*, Burſatus *conſ.* 129. *num.* 81. *lib.* 2. Decius *conſ.* 258. *n.* 5. Thomas Tribius *deciſ.* 59. *part.* 1. & poteſt tribuere jus primogenituræ, ut referens Bald. *in leg. cum ex oratione per textum* ibi : *ff. de excuſatione tutor.* probat Joannes Citier. *in tractatu de primogenitura lib. 2. q. 5.* docet eleganter Gregor. Lopez *in leg. 3. tit. 21. part. 3. in gloſſa verbo con villana*, ubi affirmat quod ſi quis diſponat in majoratu quod ſuccedens in eo non contrahat matrimonium cum plebeia, ſed cum nobili quam dicimus *hijadalgo*, ſatisfacit diſpoſitioni majoratus ſi contrahat matrimonium cum ea quæ ex principis privilegio facta eſt *hijadalgo*.

Et tertium ex eo quod Princeps abſque du-
21 bio naturalibus † poteſt quem reſtituere, & quaſi per novam regenerationem de novo, quem quoad nobilitatem mundanam, & politicam hominem creare, *in leg. ſi ſervus leg. aliis §. ſervo legato* ibi : *novus homo videretur eſſe ff. de adimend. legat. leg. ex facto §. ex facto* ibi : *ſuſceptos quaſi ab alio ff. ad Trevel. authent. ſed hodie Cod. de jure aureorum annulorum* ibi : *& regenerationis jus habet Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi §. reliqui, & §. ſi igitur* ibi : *nihil à legitimis filiis differentes.* omnis enim nobilitas procedit à Principe ſecundum Albericum *in leg. imperatores per textum* ibi. *ff. de decurionibus*, & Bart. *in leg. 2. num. 61. Cod. de dignitatibus dicto lib.* 12. & plures alios quos citat Pattianus *in tractatu de probationibus lib. 12. cap. 26. num. 33. gloſſa pariſienſis in conſuetudinibus pariſienſibus part. 2. §. 9. gloſſa 3. num. 4.* & de jure noſtro Regio ſunt plura jura, ut *in leg. 7. & 8. tit. 9. lib. 6. Recopil. leg. 5. cum ſeqq. tit. 21. part. 2.*

Quartum ex eadem ratione poteſt Princeps, & ſolet aliquibus in ſignum & titulum nobili-
22 tatis concedere † arma, & inſignia etiam alterius familiæ *ex toto tit. Cod. ut nemo privatus gloſſa in Authent. de mandatis Principum §. pen.* docet Pariſius *conſ. 29. num.* 1. cum aliis Tiraquel. *de nobilitate cap. 6. num.* 12. ibi : *ſed ex eo quod Princeps cui arma, ſive inſignia conceſſerit, videtur & illi nobilitatem conferre*, ut docet Joannes Ray *in tractatu nobilitatis infra quæſt.* 3. quæ eſt princip. ex quo videtur intelligere Ray non niſi nobilibus conferre armorum inſignia, nam nulla alia ratione videri poteſt Princeps conferre nobilitatem concedendo inſignia, niſi quia inſignia ſunt nobilium tantum, & præterea ea concedendo videtur etiam qualitatem concedere, quæ ad ea referenda requiruntur : *argumento leg. quidam conſulebant* & ibi : *not. de re judic.* nec enim refert ut dicit ipſe Ray dictiſne an factis quis animum ſuum declaret *per not. in leg. de quibus ff. de legibus concord.* alibi à me traditis. Maſcard. *concl. 193. num.* 52.

Quintum ex eo quod idem eſt alicui ineſſe
† qualitatem per naturam *in leg. ineſſe ex privi-* 23
*legio* ex Bald. *in dicta leg. cum ex oratione ff. de excuſatione tutorum, & in leg. ſi filius ff. ſi certum petatur & in leg. ſive poſſidetis num. 3. Cod. de probationibus*, docet Quintilianus Mandoſius *in regula 3. reſervationis quæſt. 18. num.* 7. Tiraquel. *in tractatu de primogenitura quæſt. 34. n.* 42. Joannes Garcia *dict. tract. de nobilitate gloſſ.* 1. *§.* 1. *num.* 42. Paulus Pariſius *conſ.* 141. *num.* 18. *lib.* 4 Jaſius *conſil. 1. num. 8. & 9. lib.* 2. Padilla *in leg. clari Cod. de fideicommiſſis num.* 10. *in fin. & in leg. tranſigere num. 85. Cod. de tranſactionibus.*

Sextum quia ita practicari vidimus in Licen-
tiatis & Doctoribus † graduatis in una ex tri- 24
bus univerſitatibus Salmantina, Pinciana, Complutenſi, & in Collegio Bononienſi, ut latè reſolvit Joannes Garcia ubi *ſuprà dicta gloſſa* 85. *num.* 9. & poſt eum expreſsè in officiis judicum *de los hijoſdalgo*, & judicum qui vulgo dicuntur *Alcaldes de la hermandad* : ita obſervat Mieres *de majorat. part. 1. quæſt. 51. ex num. 319. in* 1. *impreſſione* ibi : *ſecunda deducitur intellectus ad leg. 30. tit. 4. lib. 2. ordinam.* quæ dicit quod judices quos vocamus *Alcaldes de hijoſdalgo*, debent eſſe nobiles, prout pleniùs *in dicta leg.* continetur; nam attenta doctrina Bald. ſufficit quod ſint nobiles ex privilegio; dicta autem iſta lex eſt hodie *tit. 11. lib. 2. recopil.*

Tertiò infert quod in locis in quibus officia quæ nos vocamus, *Alcaldes de la hermandad*, vel *Alcaldes ordinarios* : Conceduntur nobilibus
† ad hoc ut gaudere poſſint prædictis officiis 25
quod ſint nobiles ex privilegio de quo legendum eſt quod ſcribit noviſſimè Joannes Garcia *in tract. de nobilitate gloſſa 1. §. 1. num. 50. fol.* 50. & iterum *§. 55. num. 34. fol.* 84. qui hoc refert. *Idem tenere videtur quod vidi in practica in quodam certi loci cui datum fuit officium tanquam nobili eo quod erat advocatus & graduatus per univerſitatem Complutenſem, & non debet quis eſſe nobilis in uno, & in alio non, una & eadem res non debet diverſo jure cenſeri juxta jura vulgata* Azeved. *in leg. 1. tit. 1. lib. 6. Recopil. num.* 59. Gironda *de privilegiis q. 150. n.* 828.

Contraria tamen † ſententia fortiſſimis adſtrui- 26
tur fundamentis, & primo ex illo celebri Sigiſmundi Imperatoris reſponſo cujus meminit Chaſſaneus in Catalogo Gloriæ mundi 8. *part. conſiderat.* 18. Joannes Garcia *dicta gloſſa 1. §. 1. n. 50. prope finem.* Azevedo *ubi proximè num.* 24. Cum enim quidam ab eo peteret quod eum conſtituiſſet nobilem facere, & acutiſſimè reſpondit *Refert divitem, aut exemptum te facere, nobilem verò minimè.* quaſi utique fateretur Imperatorem ſeu Principem, neminem verè nobilem facere poſſe, quod utique coadjuvatur *ex deciſione textus in leg. 12. tit. 21. part. 2.* ibi : *Hidalguia ſegun diximos en las leies antes de eſta es nobleça que biene a los hombres por linaje*, & plura tradit Tiraquel. *in cap. 8. num. 14. de nobilitate*, Avendan. *in dictionario* in verbo *milites*, ubi ait quod appellatione fidalguiæ comprehenditur nobilitas naturalis; Otalora *de nobilitate. 3. part. cap. 6. num.* 4.

Secundo quia leges † omnes, aut ordinatio- 27
nes quibus cautum extat nobilibus medietatem

munerum honorabilium eſſe concedendam, utique de nobilibus ex genere & nativitate, non autem ex Civili acquiſitione factis, & creatis intelligi debeant; quia verba naturaliter, non autem civiliter intelliguntur, ut *in leg. fin. Cod. de his qui veniam ætatis impetrav.* ut *in leg. ex ea parte §. inſulam ff. de verbo. oblig.* tradit plura Gomerius *in regula de idiomate q.* 9. Menoch. *conſ.* 266. *num.* 31. *lib.* 3. & facit textus *in leg. Statius Florus §. Cornelio felici ff. de jure fiſci & in leg. filio quem pater, ff. de liber. & poſt.* ibi: *ne imagine naturæ veritas obumbretur*, & facit textus *in cap. ſuſceptum de reſcriptis lib.* 6. notat Jaſo *in rubrica ff. de operis novi nuntiatione*, & in confirmatione multa huic propoſito, & argumento aptiſſima congerit Mieres *dict. quæſt.* 51. *ex num.* 124.

28 Tertiò quia verba † legis, ſeu ſtatuti debent intelligi de caſu qui venit ex jure communi, non ſpeciali per diſpenſationem aut privilegium, ut latè tradit Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 40. *à num.* 26.

29 Unde ſtatutum † loquens de primogenito intelligitur de vero, & proprio, & naturali primogenito, non autem de ficto, ut tradit Socinus Senior *conſ.* 252. *col.* 4. Jacob. & Bald. *in leg. quoties Cod. rei vindicatione* Gratus *conſ.* 25. Tiraquel. *lib.* 1. *de primogenitura quæſt.* 4. *à n.* 34. Menoch. *conſ.* 211. *n.* 28. *lib.* 3. *& conſ.* 97. *num.* 117. *lib.* 1. *& tractatu de præſumptione lib.* 4. *præſump.* 81. *n.* 14. *& præſ.* 83. *num.* 20. & hinc provenit quod ille qui aſſumit nomen & arma alterius familiæ
30 dicitur imaginarius † & non verus agnatus, ut probat Cephalus *conſ.* 251. *n.* 58. *lib.* 2. ubi conſuluit in ſtatu de Albuquerque Decius *conſ.* 258. *num.* 6. Socinus Junior *conſ.* 36. *n.* 55. *&* 57. *lib.* 3. Alexand. *conſ.* 55. *num.* 1. *lib.* 6. ubi tradit quod tranſlati in jus agnationis non ſunt propriè agnati, nec comprehenduntur ſub ſtatu mentionem faciente de agnatis ex Bald. *ex leg. lege in fine, & in leg. meminimus Cod. de legitim. hæred.* & proximior vocatus in aliqua diſpoſitione intelligitur qui jure eſt proximior, non repræſentativè. Petra *de fideicommiſſis quæſt.* 11. *num.* 55. Cephalus *conſ.* 489. *nu.* 8. *&* 9. *lib.* 4. Theſaurus *deciſ.* 65. *num.* 2.

31 Quartò quia nobilitas vera † conſiſtit in ſanguine, ut *in dicta leg.* 33. *tit.* 21. *p.* 2. ibi: *majormente lo ſon aquellos que lo ſon por linaje antiguamente y hacen buena vida por que les biene como heredad leg. ſtigmata ff. de gradibus*, ubi quod in nobilitate requiritur antiquitas; quod non naſcitur in ictu oculi ex Bald. *præludio feudorum in ultim. deciſ.* Otalora *de nobilitate* 2. *part. cap.* 3. *num.* 8. Sed jura ſanguinis nullo jure civili, nec privilegio immutari poſſunt, ut *in leg. jura ſanguinis ff. de Regul. jur. §. fin. Inſt. de jur. natural. leg.* 3. *ff. de interdictis leg. jus cognationis ff. de pactis.* Menoch. *conſ.* 220. *num.* 127.

Quintò ex celebri doctrina Bald. *in leg. in urbe ff. de ſtatu hominum*, ubi ait, quod quando
32 ex conſuetudine † ſunt danda officia naturalibus civibus, non poterunt illa habere cives adoptivi ſibi facti, & quia verba legum, ſeu ſtatuti propriè ſunt intelligenda, nec ſunt cantanda, ut tradit Joannes Garcia, *gloſſa* 1. *§.* 1. *num.* 28. & privilegiatus reſpectu nobilis naturalis dicitur ſicut Alchimia, & Aurichalcum *dict. gloſ.* 35. *nu.* 3. & plura in confirmationem adducit *gloſſa* 21. *num.* 2.

33 Sextò & ultimò quod privilegiati † non debent gaudere officiis nobilibus ſanguine conceſſis, affirmat expreſſè Guido Pap. *deciſ.* 88. *& deciſ.* 388. Quintilianus Mandoſius *in regula* 16. *rei judicationis quæſt.* 20. *nu.* 1. *fol.* 88. & aliud eſt nobilitas, aliud nobilitatis privilegia tradit Baeza *de inope debitore cap.* 16. *num.* 43. Mieres *d. q.* 51. *n.* 155.

Sed hæc argumentorum diſſidia licèt quæſtionem difficilem prorſus & dubiam reddant duorum caſuum repartita ſectione ad concordiam facilè reducuntur, ex quibus reſolutio ſolida manebit.

Et priuſquam ad hos caſus deveniamus ſcire oportet quod agamus de quæſtione privilegii ſemper, pro cujuſlibet rei diſquiſitione verba ejus ſunt primo loco attendenda *ut cap. Porro, de privilegiis*, quo ſic ſuppoſito duo caſus ſunt diſtinguendi: aut enim per privilegium nobilitas ſeu fidalguia fuit conceſſa aut aliqua immunitas ſeu exemptio ad certas regulas ſeu cauſas limitata & reducta.

In primo caſu utique † privilegiati quibus nobilitas, & fidalguia conceſſa fuit ſicut ea gaudent, & potiuntur veri nobiles, & fidalgui hujus Regni poterunt intuitu ipſius nobilitatis eis à Rege conceſſæ prædictis officiis Reipub. veris nobilibus debitis uti, & in eis procedunt, & intelligi debent prioris & affirmativæ opinionis fundamenta. 34

In ſecundo verò caſu quando per privilegium † non eis tribuitur omnimoda nobilitas, & fidalguia, ſed quædam immunitas, & exemptio, tunc equidem ea tantum eis ſervabitur, non verò in cæteris aliis prærogativis, & præcedentiis, ſicut nobiles ſanguine gaudebant, ac per conſequens ad officia nobilibus debita jure neceſſario non aſpirabunt. 35

Quæ reſolutio, & juri conſona eſt & placuit † Joan. Gutier. *dicta leg.* 35. *n.* 48. *verſ. & hæc magis*, ibi: & hæc magis confirmatur ex eo; quia ſi privilegiati quales ſunt, *los de Simancas, Valderas, y los de Antona Garcia* non gerant officia cum nobilibus, id ex eo provenit, quia in illis privilegiis de ſola immunitate fit mentio quæ continetur ſuis finibus, ut diximus *dicta gloſſ.* 1. *§.* 1. *n.* 50. *& dict. c. porro*, cæterum ſi præter immunitatem nobiles quoque fierent profecto ea indulgentia Principis ad effectum nobilitatis pertineret, & tunc cum nobilibus aſſiſterent & cum eis conventi crearent, & crearentur ad officia nobilia, & ſi nihil aliud obſtaret ex particulari ordinatione, aut ſtatuto militiæ poſſent deferre habitus, quia Rex hæc poteſt facere, nec ulla ratio contrarium ſuadet, ideoque quia DD. Advocati, Senatores, & Advocati fiſci habent & immunitatem, & præterea immunitatis prærogativas, procul dubio exercebunt cum nobilibus iſta officia nobilium, & obtinebunt, quæ nobiles obtinere conſueverunt; eaque eo fortius ſunt recipienda, quia non ſunt ſublata jure noſtro *argument. textus in dicta leg.* 1. *tit.* 14. *lib.* 6. & quæ ad eam diximus *ſuprà n.* 35. *verſic. nec hoc ſolum* & facit *lex* 8. *tit.* 3. *p.* 2. ibi: *como la ley antigua lo manda*, vocat legem antiquam jus commune, nec enim nulla alia lex eſt in qua ea verba poſſint verificari, & facit *lex* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *novi ordinamenti*, ibi: *que a los tales es concedida por leies de eſte Reino*; hæ autem leges procul dubio ſunt leges partitarum nempè *dicta lex* 8. & quæ ſunt *in toto tit.* 31. *part.* 2. *quæ ex, leg.* 8. jus commune conſervat, & ita noſtro quoque jure habent locum omnia, quæ diximus de Doctore Advocato, Bachalaureo, eminenti Senatore, & Advocato fiſcali, ut & immunitatem habeant, & præterea nobilium prærogati-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rogativas omnes quas jus, & concedit, & con-
cedere poteſt, nec ſublatæ villæ leges ſint, aut
derogatæ, imo ſervatæ, quod etiam prædixerat
idem Joannes Garcia *dicta leg.* 1. §. 1. *num.* 50. *per
totum.* Verum licèt nobiles privilegiati ad præ-
dicta officia ſtatui nobilium competentia admitti
37 debeant, ſi tamen nobilis privilegiatus † cum no-
bili ſanguine in electione officii concurreret, &
controverſiam haberet, & pari ſuffragiorum nu-
mero uterque eſſet, utique nobilis ſanguine in
hac lite ſicut in aliis præcedentiis præferendus
eſt; quia nobilitas ex natura, & eſſentia præ-
fertur nobilitati ex accidenti, ut latè tradit Jaco-
bus Portius *conſ.* 167. *num.* 98. facit textus *di-
cta leg.* 2. *tit.* 21. *p.* 2. ibi: *Majormente lo ſon
aquellos que lo ſon por linaje*, Mieres *dicta q.* 51.
*num.* 95.
38 Quin imò nobilis ex ſanguine † præfertur illi
qui ex propria virtute conſequutus eſt nobilita-
tem ſecundùm Bart. *in leg.* 1. *Cod. de dignitat.
lib.* 12.

Sed circa nobiles privilegiatos in hac re uti-
que diſtinctione res eſt abſolvenda, ut ſemper ad
cauſam conceſſionis privilegii, ſeu nobilitatis at-
tendamus, ut *in leg. verum ff. de furtis* ibi: *nec
enim factum quæritur, ſed cauſa faciendi*, ſi enim
39 nobilitas à Principe fuit conceſſa † ob aliquod ſer-
vitium, vel ob aliquam levem cauſam, licèt quo-
modocumque fuit nobilitatis effectus producere
valet, cum Princeps pro libito ſuo abſque cauſa,
vel ſine ea nobilitare poſſit, ut tradit Greg. Lopez
*in dicta leg.* 6. *tit.* 27. *part.* 2. *gloſſa* 1. Tiraquel. *cap.*
6. *n.* 22. Ramirez *dicta leg. Regia* §. 23. *n.* 14. Ta-
men non adeo tanti eſt habenda nec æſtimanda.

40 Sin autem hæc nobilitas † ob aliquod exerci-
tium militare, vel ob aliquod egregium virtutis
factum ſit indulta, maxima erit habenda & cum
nobilitate ſanguinis, vel generis poterit concurre-
re, & actum, ut vulgò dicitur agere, ut notat
Oſorius Luſitanus *lib.* 2. de nobilitate verſiculo 3.
in fine, ibi: *nam cum aliquis operam egregiam in
bello præſtitiſſet, erat illi ab Imperatore conceſ-
ſum, ut nobilis haberetur, & inſigne virtutis geſta-
ret aliquid per quod nobilitaret genus, & poſterita-
tem ad ſimilis facti memoriam excitaret.* Meſia *lib.*
2. *de nobilitate cap.* 12 *conſ.* 3. & colligitur *ex di-
cta leg.* 6. *tit.* 27. *part.* 2. licèt enim vaſſalli ſem-
per debeant parati, & expoſiti eſſe etiam cum vi-
tæ diſpendio Regi ſuo, & Regno inſervire, ut
*in leg.* 9. *tit.* 9. *part.* 2. ibi: *por que ellos deben
eſtar aparejados a poner los cuerpos avida, o muer
te por el Rey lib.* 3. *tit.* 29. *part.* 2. ibi: *Mas aun
aventura el cuerpo a muerte, o opreſſion*, tamen
hæc ſervitia in ſimilibus caſibus facta, boni Prin-
cipis & Regis eſt magna remuneratione, & præ-
mio condecorare, ut docet Tiraquel. *in leg. ſi
unquam verbo donat. remuner. n.* 69. *Cod. de revo-
cand.* ex ratione quam tradit Joann. Garcia *in
tract. de donat. remuner. n.* 3. ibi: *hæc obligatio,
& antidota habet quædam incitamenta naturalia ad
liberalitatem*, quæ ſunt veluti quædam nobilia
calcaria quibus nobiliter adigimus ut benefacien-
tibus benefaciamus.

Et in Regibus, & Principibus laudabilis eſt
41 hæc liberalitas, † & remunerationis virtus, & ad
conſervationem Regnorum ſummè ab omnibus
commendata, ut probat Divus Thomas *in tracta-
tu de regimine Principum lib.* 1. *c.* 6. Lactantius
Firmianus *lib.* 2. *de inſtitutionibus cap.* 6. Thorus
*in ſua Philoſophia lib.* 22. *cap.* 1. Tiraquel. *de no-
bilitate cap.* 37. *n.* 45. Rel. *de majeſtate Principum
§. beneficium, & liberalem.* Menoch. *conſ.* 307. *n.*
11. *lib.* 3. Tapia *in rubrica de inſtitutionibus Prin-
cip. cap.* 4. *n.* 1. ubi rationem reddit, ibi: *nam ea
ſubditos ſibi devotiſſimos reddit ad arma ſuſcipien-
da alacres facit & præmiorum ſpe ad majora peri-
cula ſubeunda impellit, illius condemnationes im-
menſas non eſſe, nec liberalitatem frænis, aut can-
cellis coërceri debet, cum omni tempore, omnique
caſu validæ ſint*, ut conducunt de jure noſtro Re-
gio text. *in leg.* 51. *tit.* 13. *part.* 2. ibi: *Ermoſa
gracia es la que el Rey hace por merecimientos de
ſervicios, que aya alguno hecho*, & ibi: *o acorrie-
re, al Rey o al Reyno en tiempo de guerra*, & *in
leg.* 2. *tit* 9. *part.* 2. ibi: *E aviendo los tales de be-
les hacer bien, calgo acada uno de ellos Segun lo
que mereze por ſa Vordad*: & *in leg.* 30. *tit.* 26.
*part.* 2. ibi: *aviendo voluntad que ellos ſemetan
mas rocios a ſervir a Dios, y a los Sennores que
los embian no zelando muerte ni ſoridas ni otro
peligro que les aveniеſſe ſaviendo que abrian em-
mienda y galar don por ello*, quæ & alia jura
expendebam ego in lite cujuſdam nobilitatis pri-
vilegii pro D. Franquis de Modoio Juriſconſ.
Carrionenſi. Proſequitur Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.
cap.* 3. *n.* 14. Tiberius Decianus *Reſp.* 51. *n.* 21.
*lib.* 3. Regnarius Sextinus *de Regalibus lib. cap.* 3.
*numero* 38. & 52.

Nobiles ergo iſti † licet privilegiati, cum tamen 42
privilegium ſuum in tam magna cauſa, & ex ſua
natura, & qualitate ad acquirendam nobilitatem
habili conſiſtat, & fundamentum habeat non mi-
nus quoad acquiſitionem officiorum quàm nobiles
ſanguine æſtimare debent; qua de re videre po-
teris quæ adducunt Tiraquel. *de nobilitate c.* 8.
Chaſſaneus *in Catalogo Gloriæ mundi part.* 9. *præſ.*
48. *conſideration.* Joannes Garcia *dicta gloſſa* 1. §.
1. *nu.* 55. Otalora *eodem tractatu de nobilitate* 4.
*p. cap.* 1. *num.* 6. Azevedo *in verbo armados Ca-
valleros in leg.* 1. & 4. *tit.* 1. *lib.* 6. *recop. per
textum*, ibi: Bargas *de nobilitate diſcurſu* 8. *nu-
mero* 7.

Ut autem de iſta cauſa ſervitii præſtiti † & fa- 43
cti egregii ob quod ſit indultum privilegium con-
ſtet, ſufficit quod in eo enuntietur, nam aſſer-
tioni Principis in privilegio factæ planè creditur
Bald. *in leg. illud collatione penult. verſiculo quar-
to quæro Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in leg. fin. ff.
de exercitoria actione* Decianus *conſ.* 25. *num.* 39.
*lib.* 1. *per textum in leg. Aquilius Regul. ff. de do-
nat.* ibi: *quia & cum patre meo ſemper fuiſti*, ma-
ximè cum non verſemur in prohibitis *in leg. ex
his verbis Cod. de teſtamento militis* Alexand. *conſ.*
34. *lib.* 4. Stephanus Gratianus 2. *tom. diſputat.
cap.* 386. *num.* 7. Cæſar Barcius *deciſ.* 117. *ex
num.* 15. Joſephus Ludovicus *deciſ. Peruſina* 3.
*num.* 9. Peregrinus *conſ.* 7. *num.* 17. *lib* 3. Me-
noch. *conſ.* 368. *n.* 13. & 24. *lib.* 4. Ant. Gabriel.
*de probat. concl.* 2. *num.* 33. ubi dicit quod ſtatur
aſſertioni Principis circa benè merita etiam in
præjudicium tertii, quamvis aliter de bene me-
ritis non conſtaret, dummodo Princeps talia me-
rita in ſpecie narraverit ſecundum Jaſonem *conſ.*
227. & licèt nobiles † ita notum, & firmum jus 44
ad mediam partem officiorum honorabilium Reip.
habeant, rectè tamen ſtatus Plebeiorum contra
ſtatum nobilium, & contra poterit officia hæc
præſcribere, ut in uno tantum ſtatu privatione
permaneant, ut per tredecim fundamenta mira-
biliter non tantum ſuadet, ſed convincit Joann.
Garcia *dicta gloſſa* 35. *ex num.* 54. *uſque ad nu-
mer.* 59. pro cujus opinione pluries in hac Re-
gali Cancellaria vidi judicatum, & obtentum
in villa de la Sonſierra, me cauſam unius ſtatus
patro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

patrocinante, ſic deciſum fuit, ut intuitu præſcriptionis, ſtatui plebeiorum omnia Reipub. officia fuerint addicta, & licet contrarium defendere & tueri tentaverim, Avendannus *in capitibus Prætorum* 1. *p. c.* 19. & poſt ipſum Burgos de Paz *conſ.* 10. tamen eorum fundamenta ſigillatim refutat Joann. Garcia *ubi proximè n.* 59. *verſ. reſtat nunc cum ſeq.* & adeo eruditè ut utiliter in hac (ſicut in aliis) actum fecit, quem quod ab ejus labyrintho libens pedem retraho tanti Doctoris allegatione & remiſſione contentus.

Tandem in propoſito controverti frequenter ſo-
45 let, an ſi nobilis † nobilitatis ſuæ cauſam agit, durante lite poſſit eligi ad officia honorifica Reipub. ſtatui nobilium competentia, an verò in officio plebeiorum nominari debeat, & nominatus neceſſariò cogendus ſit ſubire tale munus. Cujus dubii veram reſolutionem diſtinctione comprehendit Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 11. aut enim priuſquam electus eſſet, & nominatus ad officium nobilium ſuper quo contenditur, erat lis ei mota ſuper ſua nobilitate, & ſtatu, & tunc ad officium ſtatui nobilium competens creari non debet *ex textu celebri leg. reus delatus ff. de muneribus, & honor.* Ubi reus delatus durante lite ad munera publica eligi non valet, *leg. ſin proponis Cod. quando provocare non eſt neceſſe*, ubi pendente lite ſuper Decurionatu non poteſt quis eligi ad Duumviratum qui decurionibus, non aliis competit, ut *in leg. qui ſtatus ff. de re militari leg. qui de libert. ff. de liberal. cauſa*, ubi litigans ſuper ſtatu ſuo in militia aſſumi non poteſt ſive is actor ſit, ſive reus, etiamſi ex poſſeſſione libertatis, quæ ſemper præſumitur & in ſervitute poſtuletur, & *ex cap. omnipotens de accuſationibus*, quo cavetur reum criminis delatum pendenti accuſatione non poſſe ad Eccleſiaſticam dignitatem promoveri, & quidem juſta ratione, non accuſatione pendente gravata eſt opinio rei delatæ ob infamiam facti *ex gloſſa* ubi etiam DD. *in dicta c. omnipotens, & in cap. ultimo de teſtibus, & in leg. quia latronibus* §. 1. *ff. de teſtamentis*, quæ quidem infamia facti facit quem indignum muneribus Eccleſiaſticis ſecundùm Covarr. qui etiam intelligit idem procedere in officiis ſæcularibus, in quo judicio meo decipitur, ut diximus *in cap.*

46 Et ideo interim quia lis pendet † ſuper nobilitate tributa, & indictiones ſicut quilibet alius plebeius agnoſcit, & ſolvit *leg.* 9. *tit.* 21. *lib.* 2. *Recop.* ibi: *que durante los pleitos pechen todos los que tubieren executorias uſadas y guardadas, y no fueren notorios fijoſdalgo*; Bald. *conſ.* 138. *num.* 3. *lib.* 1. ubi ait quod pendente quæſtione ſuper immunitate, interim qui ſe prætendit immunem, debet per judicem cogi ad ſolvendum ad inſtantiam communitatis, hoc eſt Concilii, quod refert, & ſequitur Ægidius Boëſius *in ſua prax. criminali tit. de Principe & privilegio ejus num.* 146. Palatius Rubios *in cap. per veſtras de donatione inter. notabili* 2. *verſ. ſed palera num.* 45. Otalora *de nobilitate* 3. *partis principalis cap.* 3. *per totum*, Menchaca *lib.* 2. *controv. illuſtr. cap.* 87. *n.* 8. & 19. Joann. Garcia *eodem tract. gloſſa* 10. *per tot.*

47 Et licèt *prædicta leg.* 9. tantum † loquatur in contributione & ſolutione indictionum in qua fortior, & ſtrictior diſpoſitio eſt conſideranda ob grave diſpendium quod cæteris popularibus imminet in hac contributione ex nobilium immunitate, & ob juris præſumptionem quæ maxima eſt in Principis favorem, & nemo ſit ab his tributis exemptus, *cap. omnis anima de Cenſibus cap. cum perſonæ de privilegiis in* 6. quæ quidem rationes non adſunt in muneribus & honoribus ad quos quilibet regulariter eligi poteſt, etſi plebeius ſit.

Et cum *dicta leg.* 9. videatur continere † jus 48
novum, & correctorium, & ſic non debet extenſionem recipere ultra caſum ab ea præfinitum & deciſum, ut *in leg. his ſolis Cod. de revocand. donat.* tradunt DD. *in leg. ſi vero* §. *de vero ff. ſoluto matrimonio* latè Jaſo *in* §. *ſequen. num.* 7. *Inſtit. de actione*, & caſus omiſſus circa officia (cum quibus nihil providet) debeat remanere in diſpoſitione juris noſtri, *leg. immodiciſſimè*, ubi notatur *ff. de liber. & poſt.* tamen cum iſta officia ſint accidentia, & qualitates quæ non niſi nobilibus concedi debent & ſtatui nobilium conveniant, & ſic fundantur in principali ſubjecto nobilitatis & perſonarum, ſic ipſæ perſonæ, ipſam ſubſtantiam & eſſentiam nobilitatis non habeant, utique attributis ejus gaudere non debent. Attributa enim ſine ſubjectis ſtare non poſſunt ſecundùm Philoſophum & probatur immuniter, *in leg. ejus qui in provincia, ff. ſi certum petatur, & in leg. decem, ff. de verb. oblig. &* §. *ſervus Inſtit. de Capitis diminut.* & ita argumentatur ultra Covarr. Otalora *dict. cap.* 3. *n.* 5. ubi proximè.

Aut ante litem motam ſuper ſtatu, & nobilitate quis erat, vel fuit electus ad officia nobilium, & tunc utique rectè creari poterit ex Covarr. ubi *ſuprà n.* 12. *in fin.* Cujus Doctrinam intelligere, & percipere debes ſecundùm ea quæ Joan. Garcia ubi *ſuprà gloſſa* 3. *n.* 49. tradit his verbis, & magis confirmantur hæc omnia quæ diximus ex eo quia ſolet dubitari.

---

## CAPUT XI.

### Officialium electio, ſeu nominatio an per appellationem à contradicente interpoſitam ſuſpendi poſſit, an verò ex ejus executione, & poſſeſſione officii tradita cauſetur attentatum.

*SUMMARIUM.*

1 *Appellationis prætextu à contradicente interpoſitæ debet ſuſpendi nominatio officialium, & poſſeſſio tradita ſubjacet periculo attentati.*

2 *Appellationis permiſſio naturalis eſt qualitas.*

3 *Lites omnes ſuper nominatione officialium temporalium non ſunt ex ſua natura & qualitate exequibiles, ſed via ordinaria actitantur.*

4 *Afferuntur jura appellationem à nominatione officialium admittentia.*

5 *Appellatio quando à jure permittitur expreſsè utrumque operatur effectum.*

6 *Agitur* de Textu in leg. Imperatores 21. §. 1. ff. de appellat.

7 *Pro contraria opinione adducitur*, lex conſtitutiones, *&* lex fin. ff. de appellat. *Item & textus* in leg. 6. tit. 18. lib. 4. recop. *& num.* 8.

9 *Eluſoria eſſet ſententia quæ poſt annum à nominatione officialis elapſum proferretur ſuper negotio*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*negotio appellationis in eadem nominatione interpoſitæ, pro quo afferuntur verba* textus in cap. fin. de judiciis.

10 *Poſſeſſionis traditio nominato ſeu electo eſt quid facti & actus conſequutivus juriſprudentis.*

11 *Electiones officiorum quæ publicantur frequenter fiunt majori ſuffragiorum numero.*

12 *Diſtinctione caſuum conciliantur duæ opiniones.*

13 *Objectio facta nominato ad officium poſt confirmationem ſuperioris, non impedit poſſeſſionem nec officii exercitium.*

14 *Objectio oppoſita nominato ſeu electo ante traditam poſſeſſionem & factam confirmationem ſuſpendit electionis effectum, & poſſeſſio non obſtante appellatione tradita, erit attentata.*

15 *Judicis inferioris ſententia ſuper lite nominationis lata non eſt exequenda, ſed intuitu appellationis eſt ſuſpendenda.*

16 *Appellatio dum interponitur in nominatione ob non ſervatam aliquam ex requiſitis formam nulliter facta, ſi talis nominatio executioni mandetur attentata erit.*

17 *Appellatio omninò frivola, & contradictio vanis nixa fundamentis nominationis executionem impedit, nec attentati periculum inducit.*

18 *Nominatio evidenter continens iniquitatem ex actorum ſerie reſultantem non eſt exequenda, & interpoſitæ appellationi debet deferri quoad utrumque effectum.*

19 *Nominationi ad officium authoritate & utilitate publicum, & non admiſſioni accuſationum dum appellatio intra legitimum tempus interpoſita eſt, talis nominatio vel ſententia accuſationes non admittens exequenda non eſt.*

20 *Nominatus ad aliquod officium cujuſdam oppidi vel civitatis, dum lis pendet an ſit ejuſdem oppidi civis vel vicinus, non debet ad id adſtringi, ſed expectanda eſt deciſio & determinatio ſuper prima lite.*

21 *Electus cum impeditur exercere officium, ad officialem præcedentem triennii ſpectat uſus ejuſdem officii.*

22 *Lite pendente in gradu appellationis, ſi elabatur annus officii, an electus cui contradictum fuit jam obtenta cauſa poſſit & debeat ſequenti anno ad officium admitti, an autem pro eo anno alius de novo eligendus ſit.*

23 *Tempus non currit impedito agere ſeu adminiſtrare.*

24 *Sententia Confirmatoria nominationis obtenta non debet eſſe illuſoria nec judicium fruſtrari*, leg. ſi prætorum 75. ff. de jud. leg. fin. ff. ne quid in loco public.

25 *Agitur* de textu in leg. ſi ita ſtipulatus eſſem, cum leg. ſeqq. ff. de verb. obligat.

26 *Expenditur textus* in leg. Paulus reſpondit §. cujus, *ibi*: triennio continuo, juncta gloſſa *verbo* tempore ff. de liber.

27 *Affertur in propoſito textus*, in leg. ſervus qui teſtament. 14. ff. ſervus cum hæred. ff. de teſtam. mil. *Item &* lex Cæſar. ff. de publicanis & n. 28.

29 *Contraria ſententia ut ſecurior affertur, nempe electum non eſſe reintegrandum ſubrogando annum ſequentem loco anni elapſi.*

30 *Expenditur in propoſito textus* in leg. ſi uſusfructus 6. ff. de uſufructu in biennium legato.

31 *Annalia officia ſingulis annis inter cives ſeu vicinos per circulum debent provideri.*

32 *Intelliguntur jura & fundamenta poſterioris opinionis ex mente Doctorum, unde reſolvitur quæſtio.*

33 *Electus qui non fruitus eſt officio ob contradictionem factam, cauſa jam evicta recurſum habet ad damna fructuum in officio obvenientium in contradicentem.*

HUjus Capitis Theſis, etſi frequens atque aſſiduò per manus advocatorum defertur & pluribus in locis per DD. ſit tacta, non tam adeo apertè diſcuſſa invenitur, quod clariori, & faciliori methodo, & reſolutione non indigeat; quapropter præſtantiora, pro utraque parte, & validiora juris, & DD. fulcimenta adducam, & pro eorum concordia ad veram reſolutionem, & caſuum occurrentium diſtinctionem deveniam.

Itaque nominationem officialium prætextu † 1
appellationis à contradicente interpoſitæ ſuſpendi
debere, & poſſeſſionem traditam periculo attentati ſubjacere tradito. Primò ex eo quod omnibus in litibus appellatio quoad utrumque effectum ſemper permiſſa cenſetur, ut *in leg. & in majoribus* ubi DD. *Cod. de appellat.* & communiter notatur *in lege à ſententia ff. de appellat.* Aug. Barb. *in cap. ut debit.* 59. *num.* 13. Guerl. *deciſ.* 49. *num.* 1. *&* 2. D. Valençuel. *conſ.* 43. *n.* 150. *ſecat. de appellat. quæſt.* 17. *à n.* 1. in quacumque ſententia vel gravamine; nam appella-
tionis † permiſſio eſt qualitas naturalis, & à ſe 2
naturali quatenus eſt defenſio, *in dict. leg.* 1. *ff. de appell. cap. omnis oppreſſus* 2. *quæſt.* & ejus prohibitio ſemper eſt accidentalis alicujus particularis rationis nota, ut diligenter expendit D. Salgad. *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 7. *numer.* 73. Cumque pro hac parte ſit regula permiſſiva, & generica, qui ab ea ſpeciales limitationes caſuum eximere contenderit, neceſſario pro ſua opinione textum, aut legem adducere debet *ex gloſſa* communiter recepta *in leg. quæ reſtituere ff. de rei vindic.* Franc. *in Rubrica de appellat. col.* 4. *verſ.* 3. *promitte.* Socin. *conſ.* 39. *lib.* 4. & plures allegat Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 5. *num.* 9. & cum nulla lege expreſsè talis appellatio à nominatione officialium ſit prohibita; ſequens eſt executionem nominatorum ad officia ſpreta appellatione traditam attentatam eſſe tradit aliis relatis Surd. *deciſ.* 36. *nu.* 2. *Cevall. de cognit. gloſſa* 6. *n.* 16.

Secundò illud non rectè expendi poteſt quod
lites † omnes ſuper nominatione, ſeu creatione 3
officialium temporalium etſi ſummariæ ſint, & brevioribus & ſtrictioribus terminis concludi debeant; non tamen ſua natura, & qualitate exequibiles ſunt, ſed via ordinaria actitantur, nec contrarium colligi poteſt *ex doctrin.* Bart. quæ communiter pro executione facienda talis nominationis, non tamen benè intellecta ſolet adduci *in leg.* 1. *ff. de glandi legenda & in leg. ſi prius quæſt.* 10. *ff. de novi operis ſumpt.* nam plura ſunt negotia ſummaria, quæ tamen ordinaria eſſe nemo ambigit, ut *in interdictis*, adipiſcendæ retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſiones, *& remedio c. reintegrandæ* 3. *quæſt.* 1. præſertim jure Canonico; ſive in judicio Eccleſiaſtico, ſive ſæculari ſi agatur, appellatio etiam ſuſpenſiva in eis admittitur ex Bald. *conſ.* 321. ad evidentiam permittendum eſt, *col.* 1. *lib.* 3. *& in cap. querelam col.* 4. *verſ. ſed nunquid de elect.* Ripa *in cap. ſæpe in fine de reſtit. ſpoliat.* Alciat. *reſp.* 36. *num.* 6. Menoch. *de recup. poſſ. rem.* 15. *à num.* 641. Nata *conſ.* 4 *lib.* 3. *& conſ.* 583. *n.* 4. &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4. *& num.* 13. *vol.* 3. Saſcus *deciſ.* 25. *num. fin. in fin.* Felician. *de cenſibus lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 11. ubi adducit pro hac opinione textum expreſſum *in cap.* 1. *de ſequeſt. poſſ. & fruct. & in element. unica de ſequeſtr.* & de jure Regio id multo magis procedit, ut tradit Sahagun *in repert. dict. cap.* 1. *num.* 78. & plures congerit D. Salgad. 3. *p. c.* 12. *de Regia protect. nu.* 54.

4 Tertiò quia plura ſunt jura appellationem † à nominatione officialium indiſtinctè, & abſolutè admittentia, ut *in leg. hi qui leg.* 1. *§. ſi quis ff. quando appellat. & in leg. ſi ad ſcribarum & in leg. Nominationis Cod. de appellat. & in leg.* 2. *& in leg. cum decurionatus Cod. de decurionibus: & in cap. nominationes* 2. *quæſt.* 2. *leg.* 8. *tit.* 23. *part.* 3. *leg.* 3. *tit.* 16. *lib.* 3. *ordin.* docent communiter DD. *in juribus ſuprà relatis*, Bald. *in leg. ſi pater Cod. ſi pend. appell. num.* 14. Maranta *in prax. part.* 6. *art.* 2. *in verbo at quandoque appellatur num.* 324. *fol.* 506. Rebuff. *de ſent. proviſ. art.* 8. *gloſſ.* 2. *num.* 1. *& in tract. de appellat. art.* 7. *gloſſa* 2. *num.* 18. Avend. *de exequend. mand. cap.* 19. *num.* 26. *verſ. his caſibus & aliis*, D. Salgad. ubi *ſuprà* 3. *part. cap.* 8. *n.*
5 17. & quando à jure appellatio † expreſsè permittitur utrumque utique operatur effectum, ut *in cap. non ſolum de appell. in* 6. cum ibi notatis: quin imo appellatione conceſſa in dubio quoad utrumque effectum conceſſa videtur, Nelijan *conſ.* 44. *n.* 9. Crot. *conſ.* 124. *num.* 11. Roland. *conſ.* 34. *n.* 11. *vol.* 3.

6 Quartò pro hac opinione facit † textus expreſſus *in leg. Imperatores* 21. *§.* 1. *ff. de appellat.* ubi ſi magiſtratus creatus appellaverit, collegam ejus interim utrumque officium ſuſtinere debere; ſi uterque appellaverit alium interim in locum eorum creandum, & eum qui non juſtè appellaverit damnum agniturum; ſi quod repulſæ paſſus ſit, ubi apertè deciditur nominationem ad officium ex appellationis interpoſitione ſuſpendi.

Contraria tamen ſententia, & opinio ſequentia proſequitur juris fundamenta. Primum quod offi-
7 cia iſta ferè ſemper † ſunt annalia, ut eſt notum; ſed in his quæ conſumuntur appellatio interpoſita nequaquam ſuſpendit executionem, ut *in leg. conſtitutiones, & in leg. fin. ff. de appellat.*
8 *leg. fin. ff. quando appellatio ſit*, & facit † textus elegans *in leg.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop.* ibi: *Como quiera que el Alcalde debe otorgar la apelacion en los pleitos que las leyes deſponen: pero ſon algunos pleitos en que no queremos que ſe otorgue Apelacion aſi como ſi ſe al caſe algun hombre de mandad que algun hombre que no era deſcomulgado, ni debedado que no ſea ſepultado, o ſobre coſa que no ſe pueda guardar, como ſobre ubas antes que el vino ſea hecho de ellas, o ſobre mieſes que ſe an de ſegar, o ſobre otra coſa ſemejante que pereze por tiempo*: tradit Rebuff. *in com. ad conſt. Reg. Gal.* 1. *tom. tract. de ſent. proviſ. in præfat. num.* 139. ubi ait quod lite pendente ſit proviſio conſiderata qualitate cauſæ ſi forte vis perierit, vel conſumeretur durante lite, ut fructus, vel equus pro expenſis, *argum. textus in leg. mediterraneæ* & ibi Bart. *Cod. de annonis, & tribut. lib.* 10. quo argumento utitur Gutierrez *conſ.* 31. *à num.* 28.

Secundum quod ſi appellatio quoad utrumque effectum admitteretur annus interim laberetur, & ſententia quæ poſtea in negotio proferretur †
9 eluſoria eſſet; pro qua conſideratione in lite nominationis cujuſdam officii ſæcularis, ſingulariter faciunt, & expendi ſolent verba text. *in cap. fin. de judiciis*, ibi: *reſpondente ſyndico monaſterii hos malitioſè proponi, ut videlicet cauſa probata tempus Regiminis electo prædicti inutiliter elabatur*, ut mirè concinit doctrin. Bart. *in leg.* 6. *ff. de glande eligenda numero* 1. ibi: *& pro hoc dico ego quod ſi contentio ſit de officio Prioratus, ſeu conſulatus iſtius civitatis quod durat duobus menſibus iſta cauſa debet expediri ita cito quod tempore non incipiat tranſire, quia dilatio eſſet cauſa, quod periret res de qua contenditur: & regulariter ſemper in omnibus cauſis præcaveri debet ne judicia fiant illuſoria*, ut *in leg. ſi prætor.* 75. *ff. de judic.* Ubi alioquin illuſoria erunt hujuſmodi edicta & decreta prætorum *leg. fin. ff. ne quid in loco publ.* ibi: *alioquin inane & illuſorium Prætoris Imperium erit*, leg. fin. §. fin. verſ. non autem Cod. de bon. quem liber. ibi: *ne ledarum leges fiant.*

Tertium ex eo quia tradere † poſſeſſionem 10
electo, ſeu nominato, eſt quid facti, & actus conſequutivus juriſprudentis, unde nec ob appellationem, à nominato, vel à tertio qui intendit eum non eſſe officii capacem, ſeu legitimè electum interpoſitam executio impediri debet nec dicitur attentare, ut *cap. conſtitutis l... de appell.* ubi ſi benè attendatur eſt textus formalis ubi Abbas Panormit. & Franchus *in cap.* 6. *bene quæſt.* 13. *in fin. num.* 32. *de appell.* docet Lambert. *de jure Patronat. art.* 3. *q.* 6. *princ. part.* 2. *numero* 8. Lancellot. *de attentatis* 2. *cap.* 12. *lim.* 40. Azeved. *ad cur. Piſan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 54. Cevall. *quæſt.* 897. *num.* 827.

Quartò quia hæ electiones officiorum † quæ 11
publicantur frequenter fiunt majori ſuffragiorum numero, ut eſt notum; in his autem quæ fiunt majori parte Collegii ſeu univerſitatis, nec appellatio admittitur, nec ejus intuitu executio retardatur, ut *in c.* 1. *de his, quæ fiunt*, ubi appellatione remota prævalet ſemper, & ſuum conſequetur effectum *cap. ex ore eodem tit.* & dixi *ſuprà cap.* Azeved. ubi *ſuprà lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 12.

Hæc ſunt quæ pro utraque parte potui excogitare fundamenta, quorum diſſidia ſequenti caſuum diſtinctione † concilianda, & intelligenda ve- 12
niunt. Primus caſus eſt quando electiones, ſeu nominationes antequam eis objiceretur defectus, ſeu incapacitas, vel fieret contradictio, cepit poſſeſſionem officii, quia tunc prætextu contradictionis ſtatim factæ, & appellationis interpoſitæ poſſeſſio ab eo non eſt avocanda, nec impedire quominus officium in quo nominatus eſt, exerceat, ut tradit Specul. *tit. de cenſibus §. nunc videndum, n.* 16. Avendan. *dict. cap.* 19. *n.* 23. *verſ. decimo tertio in fine*, Lambertin. & Rebuff. quos refert, & ſequitur Azeved. *in Cur. Piſan. dict. cap.* 4. *lib.* 2. *n.* 14. Aviles *in cap. prætor.* 1. *part. cap.* 5. *verbo ſuſpendidos, verſ. ſed quid ſi aliquis eſt electus, n.* 4. & jam prædixerat Petr. Antibol. *de muner. & honor. part.* 3. *n.* 69. Franc. Marc. *dec.* 45. *cum ſeqq.* Cabedo *dec.* 212. *n.* 2. Fontanel. *de pactis nupt. clauſ.* 4. *gloſſa* 10. *n.* 98. Amaya *in leg. n.* 2. *Cod. de decurionibus*, & idem erit in nominato, & confirmato † ad 13
officium per ſuperiorem; nam objectio ei oppoſita poſt confirmationem non impedit poſſeſſionem, nec officii exercitium ex DD. *ſuprà* relatis.

Secundus caſus erit quando ante traditam poſſeſſionem & † Confirmationem factam, (ut ei 14
eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt neceſſaria ) oppoſita fuit objectio nominato, & facta contradictio ex aliqua rationabili cauſa, & tunc ſi ea non obſtante & appellatione interpoſita nominatus juraverit, & poſſeſſio ei tradita fuerit, utique attentata erit ex juribus & doctoribus pro opinione *ſuprà* adductis. Quod procedit & ſimiliter obſervandum erit quoties duo contendebant contra alterum, intendens quilibet præferri, & admitti altero excluſo ad officium:
15 Sententia judicis inferioris † apud quem lis nominationis agitabatur, pro aliquo lata annullans nominationem, vel electionem alterius exequi non debet; ſed intuitu appellationis ejus effectus ſuſpenditur, quia iſta ſententia appellabilis utique eſt quoad utrumque effectum. Quo caſu poterit apud tertium, officium ſuper quo contenditur deponi, & ſequeſtrari, ita ut damnum ſi quod reſultaverit patiatur qui victus fuerit, commodum verò, vel emolumentum vincenti præſtabitur, & ad eum pertinebit, *ex dicta leg. Imperatores* §. 1. *ff. de appell.*

Tertius caſus eſt quando appellatum fuit à
16 nominatione ex eo quod facta fuerit † nulliter contra conſuetudinem, & ſolitum ordinem, & non ſervata forma, vel denique deficiat in aliquo ex requiſitis neceſſariis ad validitatem electionis, quo caſu ſemper poſſeſſio erit attenta: ſi talis nominatio executioni mandaretur tanquam nulla appellatione non indiget, *leg. ſi contra* 12. *ff. de appell. ubi gloſſa* ibi: *ſupervacua fuit*, ex Bart. & eſt textus *in leg. nominationum* 29. *ubi gloſſa* ex Bart. & Salicet. *Cod. de appell. & in leg. veterani per textum* ibi: *Cod. quando provoc. non eſt neceſſe*, & idem erit quando perverſus fuerit ordo judicialis in non admiſſione probationis, aut excuſationis, vel contradictionis à quolibet factæ; dum tamen legitimè; quia tunc etiam ſi cauſa exequibilis eſſet adhuc deferendum eſt appellationi, executio ſuſpendenda ex doctrina Bald. *in cap. excom. quæſt. de reſtit. ſpol. leg. ab executione Cod. quando provoc. Bart. in leg. num.* 2. *ff. de appell. recip.* Jaſon. *in leg.* 1. *num.* 2. *ff. de bonor. poſſeſſ.* Covarr. *part. cap.* 28. *ſub num.* 22. *cap.* 23. *verſ. cæterum.* Et idem dicendum ſi nominatio fieret de aliquo notoriè incapace, & indigno, ut cum Bobad. 3. *polit. cap.* 8. *num.* 48. tradit Salgad. 3. *part. de Reg. protect. cap.* 8. *num.* 19. quæ fuit potiſſima ratio, ut electio facta in illis cauponibus, & ſtabulariis de quibus agit Gutierrez *conſ.* 32. ad officium nobile judicum ordinariorum non ſolum non exequeretur nominatio; ſed meritò fuerit admiſſa, & rejecta.

Quartus caſus quando appellatio interpoſita,
17 eſt omninò frivola, † vel quia nominatus inefficacem, & debilem excuſationem allegat, aut qui contradicit electioni, & appellat, ridiculis, & frivolis nititur fundamentis, & tunc talis nominatio juſtiſſimè exequi debet, abſque metu & periculo attentati; cum appellationibus frivolis non eſt deferendum, ut *in cap. cum appellationibus frivolis de appell. in* 6. & circuitus ſunt vitandi.

18 Sicut è converſo ſi nominatio, & electio † evidenter contineat iniquitatem, quæ ex ipſa actorum ſerie reſultat, nunquam eſt exequenda, & appellatione interpoſita etiam in cauſis ſua natura exequibilibus, & ſummariis quoad utrumque effectum deferri debet, ut tradit Bald. *in cap. Paſtoralis* §. *præterea à num.* 5. *de officio delegat. & in leg. conſentaneum num.* 25. *verſ. quæro nunc quid à tali miſſione, Cod. quomod. & quando jud. & in leg. unic. num.* 5. *verſ. denuo quæro, num.* 8. Abbas *in cap. Paſtoralis col. pen. verſ.* 39. *effectus de appell.* Capic. *deciſ.* 167. *num.* 3. Rota *deciſ.* 100. *num.* 12. *part.* 1. Mariſcot. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 86. *à numer.* 287. *& cap.* 87. *à num.* 29. Maranta *in ſpecul. part.* 6. *art.* 2. *princ. ubi & quando appellatur limit.* 6. *num.* 311. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 15. & plures refert D. Salgad. ubi *ſuprà* 3. *part. cap.* 9. *ex num.* 4. ubi multa in propoſito notatu digna adducit.

Quintus caſus eſt quando quis eligitur, &
† nominatur ad officium vel munus authoritate 19
& utilitate publicum: hoc eſt quando principaliter, & omnimodo ſit indultum in Reipublicæ utilitatem, prout eſt officium ſindicatus, procuratoris Concilii, decurionis, & executoris tributorum, & ſimilium; & ipſe ſuas accuſationes allegat, & à nominatione vel non facta accuſationum admiſſione intra tempus legitimum appellaverit, talis nominatio vel ſententia non admittens accuſationes exequi non debet, & ſi non obſtante appellatione executioni mandetur erit attentata; quia quoad utrumque effectum appellabilis eſt *dicta leg. hi qui, leg. civis Cod. de appell. leg. ſi ad ſcribarum leg. nominatione*, & ex aliis juribus in tertio fundamento hujus quæſtionis ſuprà adductis, tradit Avend. *de exequend. mand. dict. cap.* 19. *n.* 26. *in fine*, & plures quos refert D. Salgad. *dict. cap.* 8. *n.* 17.

Quinimò ſi fortè lis pendet † an quis ſit civis 20
vel vicinus alicujus oppidi, civitatis, aut villæ, & fuerit nominatus ad aliquod officium publicum ipſius, non debet adſtringi, & compelli, ſed debet expectari deciſio & determinatio ſuper prima lite, & quæſtione tanquam ſuper præjudiciali, nempe an ſit vicinus, vel non, ut contendit Bald. *in leg. ſi ut proponis* 3. *per text.* ibi: *Cod. quando provoc. non eſt neceſſ.* ubi adducit pro ſua opinione textus *in leg. ordinata ff. de liber. cauſ. & in leg. diximus ff. de excuſatione tutor.* Sed hoc latius in alio loco, nempè, *in cap.* Illud autem notatu dignum eſt quod quando electus impeditur
† exercere officium interim quouſque litem pere- 21
merit, & conſequatur poſſeſſionem ſui officii, aut veniat alius ſucceſſor ad officialem præcedentis triennii ſpectabit uſus illius muneris & officii, *ex leg.* 1. *Cod. ut omn. judicat. civil. quam mil. & leg. meminiſſe poterit, ff. de conſul.* Guid. Pap. & ibi *addit.* 501. Gratian. *diſcept. cap.* 184. *n.* 46. Bobadil. 2. *pol. cap.* 2. *n.* 23. tradit Fontanel. *de pactis clauſ.* 4. *gloſſa* 10. *n.* 9.

Sed pro Coronide hujus cap. his aptiſſimè, &
opportunè occurrit diſputandum an lite † pen- 22
dente in gradu appellationis, ( cum ferè ſemper ſunt duæ inſtantiæ, nempè viſionis, & reviſionis ) ſi labatur tempus, & tranſactus fuerit annus officii, vel regiminis, electus, ſeu nominatus cui contradictio facta fuerit, pro ſe reportaverit in cauſa ſententiam debeat, & poſſit ſequenti anno admitti, & ſuum officium exercere intuitu electionis, & nominationis factæ, an verò in alium electio nova pro illo anno ſequenti poſſit fieri, in qua quæſtione pro ea parte, & opinione quod in ſequenti anno debeat admitti, & exercere officium qui ſententiam obtinuit. Primò facit quod cum in cauſa victoriam reportaverit hoc non debet eſſe damno ipſius; ſed ſuccumbentium, nec in tali caſu lapſus temporis ſolet officere textus *in leg. contra majorem Cod. de inoffic. teſtamento*, ibi: *præſcriptio ex prioris judicis mora quinquennalis temporis non naſcitur; quæ officere* non



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

23 *non ceſſantibus non poteſt*, nam impedito agere † ſeu adminiſtrare non currit tempus, ut *in leg.* 1. *§. fin. cum vulg. Cod. de ann. except. cap.* 1. *de præſcript.*

24 Secundò quia ſententia † obtenta non debet eſſe illuſoria, nec judicium fruſtrari *dict. leg. ſi prætorum* 75. *ff. de jud. leg. fin. ff. ne quid in loco publ.* aliis ſuprà adductis *num.* & talis nominatio, electio, ſeu ſententia confirmatoria cum effectu debet impleri, *leg.* 3. *§. hæc verba, ff. quod quiſque juris.*

25 Tertiò *ex textu* † *eleganti* (cum in prætextu hanc ibi movent quæſtionem DD.) *in leg. ſi ita ſtipulatus eſſem cum leg. ſequenti, ff. de verb. obligat.* ubi qui promiſit ædificare domum vel inſulam, deinde aliqua pars inſulæ vel domus conſumpta incendio fuit, non ſolum tempus quod durat ad faciendum ſpectandum eſt; ſed integrum redintegratur ad totam inſulam ædificandam.

26 Quartò textus † *in leg. Paulus reſpondit §. cujus* ibi: *triennio continuo, juncta gloſſa, verbo tempore, ff. de liber. cauſa*, ubi venditus ſervus Titio ea conditione, ut poſt triennium manumitteretur, ſub quibus verbis videntur contrahentes voluiſſe, quod ſervus prius per triennium ſerviat venditori quàm manumittatur: is autem ſervus ante expletum triennium per aliquod tempus aufugit, & poſtea reverſus eſt defuncto jam Titio, cui erat ſerviturus, & reſponſum eſt à Juriſconſultis ſecundum ea quæ proponerentur expleto tempore poſt quod manumittitur, debuit libertatem ei competiiſſe; id eſt, ſerviendo illud tempus quod ei fuit adjectum ad ſerviendum redintegratur, quatenus deeſt etiamſi deſit facto debentis implere.

27 Quintò ad idem facit † text. *in leg. ſervus qui teſtament.* 14. *§. ſervus cum hæred. ff. de teſtam. mil.* ubi ſervus liber eſſe juſſus eſt cum hæredi ſeptem annorum operas dediſſet, & is ſervus fugit cum annum in fuga fuerit, & ſeptem anni lapſi ſunt computati illum quo fuit in fuga, ſecundùm Oldrad. & Alberic. ibi: *quibus elapſis quærebatur, an liber eſſet, & reſpondit Ulpianus non fore liberum, niſi tandem quod aufugiſſet ſervus ſit, & ſic conſequenter tempus quod deeſt reintegratur*; cujus text. argumento oſtendunt DD. quod famuli ſervientes audiuntur ſi volent explere de novo tempus quod fuerunt in fuga, ad notata *in leg. cum hæres §.* 1. *ff. de cauſ. not.* Alberic. *in dict. leg. ſervus qui teſtamentum §.* 1. ubi limitat, niſi Dominus loco ſervi fugitivi per illud tempus alium recipiat, ut *in leg. ſi in lege §. colonus ff. locati.*

28 Sextò *ex leg.* † *Cæſar ff. de publicanis*, impedimento lapſum non computatur, ſed redintegrandum venit.

Sed contraria ſententia communi Doctorum pla-
29 cito & verior, † & ſecurior viſa fuit; nempè quod annus ſequens non ſit ſubrogandus loco anni lapſi, nec electum eſſe redintegrandum, nam aliud eſt regimen unius anni, & aliud regimen alterius, ut in ſpecie concludit Bart. *in leg. prius, in* 10. *quæſt. ff. de oper. nov. nunc.* ad quam in hoc puncto ſe remittet *in dicta leg.* 1. *ff. de gland. legend.* & *in dicta leg. ſi iſta ſtipulatus eſſem*, Abbas, Panor. *per text.* ibi: *in cap. fin. notabil. penul. de judiciis*, ubi Aretin. *verſ.* 6. *nota, & verſ. fel. col.* 2. *verſ. nota textus*, ibi: *inutiliter, & in cap. vergentium in fin. de re judic.* Barb. qui loquitur in ſpecie officio ancianorum, & Bart. Doct. ſequuntur ibi omnes Canoniſtæ, & eam communem dicit Jaſ. *in dicta leg. ſi ita eſſem ſtipulatus col. pen. in princ.* quod ex ea infert ad Doctorem qui promiſit legere per biennium; idem Jaſ. poſt Bart. & alios *in leg.* 2. *ff. de re judicata.*

Secundò pro hac opinione ſatis arridere videtur
† text. *in leg. ſi uſusfruct.* 6. *ff. de uſufruct. in biennium legat.* Si biennium ad moram vel impedi- 30
mentum tunc hæredis fuerit lapſum, etſi teneatur ad intereſſe; non tamen aliud biennium eſt concedendum ut uſufructuarius utatur; cujus rei rationem tradit Pomponius ex horum verborum ſerie atque elegantiſſimè, iſte jam uſusfructus non poſſit eſſe cui legatus eſt; quia alius futurus ſit, quàm qui legatus fuerit, & ibi tradit Bart. Cujac. *in recitat. ſolem. in lib. officiorum ad dict. leg. ſi uſusfructus* D. Caſtill. *de uſufruct. lib.* 10. *&* 13. *n.* 17. *ubi n.* 16. in propoſito intelligit textum *in leg. qui uſufruct.* 43. *§. fin. ff. de uſufruct.* & *n.* 18. reſpondit ad textum *in leg. ſi ſervus §. fin. ff. de verb. obligation.* qui deciſione dictæ legis ſic uſusfructus videbatur evitare.

Tertiò quia officia regulariter ſunt † annalia, 31
latè dixi *in cap.* & ſingulis annis debent inter vicinos, ſive cives per circulum provideri, ut omnes ſine exceptione poſſint tangere, ut *in authent. defenſ. civit. §. inter in fin.* ibi: *ſed ſecundum circulum habitatoribus civitatis quorum aliqua ratio ſi hoc implentibus ad ſolicitudinem, nec impedimentum præſtitum per litem motam à particularibus univerſitatis hoc in caſu cæteris concivibus, qui vocem paſſivam in electionibus officium ſequenti anno faciendis habent, debet nocere, quod tamen ab aliis factum eſt, & non debet in aliorum injuriam protrahi.*

In quo opinionum diſſidio † illud utique ex 32
mente DD. ut veriſſimum deſumi poteſt, quod quando electio, ſeu nominatio facta eſt pro certo tempore limitato, & determinato, puta pro hoc anno proximo ſequenti & ſi tempus labatur impedimento litis motæ, vel quolibet alio accidente non ſubrogatur alius annus, ut nominatus admittatur ad officium; quoniam ut dictum manet, aliud eſt regimen, & aliud adminiſtratio, & ſic procedunt, & debent intelligi jura, & fundamenta poſterioris opinionis. Cæterum quando in genere tempus appoſitum eſt, ut pro quinquennio, aut biennio non facta adjectione an de proximo, vel de aliis, tunc nominatus qui in lite ſibi mota victoriam reportavit admittendus eſt, ex tunc pro illo tempore conceſſionis ad officium, & ita deciſum fuit in terminis hujus quæſtionis apud Farinac. *deciſ.* 419. *part.* 2. Albert. Valaſc. *deciſ.* 155. qui argumentis & juribus pro prima opinione adducta ſpecialiter reſpondit: cum tamen tradita reſolutione omnia pro utraque parte adducta concilientur: ſed & illud non omittunt quod electus qui ſententiam reportavit ob impedimentum ſibi factum, ne officio frueretur, habet † recurſum ad damna fru- 33
ctuum vel emolumentorum in officio obvenientium contra impedientem, ut *in leg. ſi uſusfructus* cum aliis ſuprà adductis, ut *in leg. fin. cum ibi notatis, ff. de eo per quem fact. erit.* & *leg. inde Neratius §. idem Julianus, ff. ad leg. Aquil.* Franc. & Valaſc. *ſuprà* D. Salgad. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 11. Cavalcanus pulchrè loquens *in repertorio*, Suarez *deciſ.* 4. *verbo electio n.* 11. ubi ſignanter dicit teneri impedientem in foro conſcientiæ, ad omnia damna, expenſas, & intereſſe; quæ refert, & ſequitur Fontanel. *dict. gloſſ.* 10. *clauſ.* 4. *n.* 105. *cum ſequentibus*, quæ omnia attentè pervideas ſic alibi ſcripta non invenies, nec magno labore ex Doctoribus diſcerpere poteris.

CAPUT

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## CAPUT XII.

### Electi & nominati ad officia Reipublicæ ea tenentur acceptare, & compelluntur, & ex quibus cauſis excuſari poſſint, & de praxi proponendæ excuſationis.

*SUMMARIUM.*

1 *Naſcitur nemo ita liber ut ſoli naſcatur, ſed etiam patriæ ſuæ commodis & uſui.*

2 *Reſpuere officia publica indecens & indecorum eſt.*

3 *Ubamdæ Regis Gothi ex Hiſtoriographis Hiſpaniæ exemplum affertur in propoſito.*

4 *Electus ad quodlibet Reip. officium authoritate & utilitate publicum, illud neceſſario acceptare & inſervire tenetur.*

5 *Judicare & magiſtratum gerere, munus publicum eſt.*

6 *Advocatus poteſt cogi eſſe Conſiliarius.*

7 *Advocatus cogitur pro clientulo ad patrocinium ſumendum, maximè urgente neceſſitate.*

8 *Advocato alicujus Clientelam ſubire recuſanti ad petitionem partis, à Reverendiſſimo Præſide præcipitur, ut in lite auxilium præbeat ſub pœna 50. ducatorum.*

9 *Pauperum Advocatus ſi non ſit deſignatus poteſt compelli quilibet ex Advocatis pauperem gratis adjuvare.*

10 *Notarius, Procurator fiſcalis, Collector pecuniæ publicæ. Item & Depoſitarius poſſunt cogi ad officia ſua exercenda* & num. 11. 12. & 13.

14 *Affertur exemplum recens coactionis ad officium acceptandum ſub pœna duorum millium ducatorum.*

15 *Pœna recuſantis acceptare officium ſine excuſatione legitima ſtatuitur*, in text. leg. ſi ad Magiſtratum Cod. de decurionibus lib. 10.

16 *Electi ad officium compelluntur ad id acceptandum per capturam & incarcerationem & bannum.*

17 *Electi ad officium poterunt ad illud ſerviendum extrahi à domo ſua.*

18 *Athenienſes officia publica recuſantes capite multabant, Romani libertate, & Spartani patria.*

19 *Nominati ad officia poſſunt variis ex cauſis ſe excuſare & ab eorum onere eximi.*

20 *Excuſantur illi qui habent privilegium à principe ne ad officia Reipub. inviti eligantur.*

21 *Familiares ſanctæ Inquiſitionis ex privilegio Regis non coguntur ſuſcipere officia Reipub. quæ tamen acceptare non prohibentur & ſi ea exercentes deliquerint à judicibus ſæcularibus plectendi ſunt.*

22 *Milites vulgò* vatallor *& omnes qui bello expoſiti ſunt eximuntur à muneribus publicis acceptandis.*

23 *Confratres ſanctæ Trinitatis & ſanctæ Mariæ de la Merced & Collectores eleemoſynæ ſancti Antonii, &c. exemptione fruuntur, ut ad officia publica ineunda compelli non poſſunt.*

24 *Senes qui ſeptuageſimum annum compleverunt legitimam de jure munerum publicorum excuſationem habent*, ex leg. 3. §. fin. ff. de decurionibus.

25 *Excuſantur officia publica accipere illi qui habent duodecim filios.*

26 *Jura varia afferuntur quibus indicatur exemptionem munerum ex liberorum numero non induci.*

27 *Affertur in contrariam opinionem*, lex ſi quis decurio 24. Cod. de decurionibus lib. 10.

28 *Conciliantur & intelliguntur jura de exemptione munerum loquentia*, ex Theſauro.

29 *Exemptionem ab officiis publicis & muneribus perſonalibus præſtat numerus quinque liberorum.*

30 *Excuſationem in honoribus patrimonialibus & realibus utrum inducat numerus duodecim filiorum.*

31 *Referuntur Doctores qui excuſationem in muneribus realibus & patrimonii ex liberorum numero non admittunt.*

32 *Exemptio officiorum perſonalium habentibus quinque liberos cur condonata fuerit.*

33 *Spartarum legiſlator præmia conſtituit eis qui operam procreandis filiis dabant.*

34 *Patri habenti filios lex tribuit prærogativam præcedendi in honoribus non habenti, & plures habenti concedit præcedentiam reſpectu ejus qui pauciores habet.*

35 *Exemptionem officiorum perſonalium præſtat numerus quinque non minus filiarum quàm maſculorum etiamſi ſint utrique emancipati.*

36 *Nepotes continentur in nomine liberorum ad complendum numerum qui excuſat ab officiis.*

37 *Nepotes plures tantum loco unius patris mortui habentur ad numerum excuſantem faciendum.*

38 *Exemptio officiorum admittitur in patre vel ejus filiis divitibus, at non ſi univerſitas ſeu populus ſit nimium pauper.*

39 *Filii legitimati per conſequens matrimonium vel Reſcripto Principis complent numerum ad exemptionem munerum.*

40 *Filii numerum ad immunitatem requiſitum formantes, ut vivant tempore liberationis ſufficit licet poſteà decedant.*

41 *Cauſa ad effectum certo & limitato tempore requiſita ſufficit quod adſit illo tempore, quamquam poſteà ceſſat.*

42 *Expenditur in propoſito textus* in leg. 2. §. remittit. verſ. oportet ff. de excuſation. tutor. *&* in leg. qui liber. §. amiſſi, ff. de oper. libert. *&* in leg. ſciendum, §. ſi fundum, ff. qui ſatiſd.

43 *Opinioni cui adhæret autor nempe ſufficere ut liberi qui numerum ad exemptionem neceſſarium complent tempore liberationis vivant, objiciuntur quædam*, ex cap. cum ceſſante, *&* ex leg. adigere §. quamvis ff. de jure patronatus.

44 *Privilegium propter paupertatem conceſſum expirat auctis facultatibus* leg. cura §. deficientium ff. de muneribus & honor.

45 *Reſpondetur objectioni oppoſitæ & intelligitur regula quod ceſſante cauſa privilegii, debet ceſſare privilegium.*

46 *Munerum in exemptione favor Reipub. cauſa principalis & immediata fuit, educatio vero liberorum cauſa remota vel impulſiva.*

47 *Privilegii conceſſi reliquiæ aliquæ ubicunque reſtant,*

reſtant, licet ceſſet finalis cauſa privilegii.

48 Cauſa & effectus cum habent tractum ſucceſſivum quomodocumque ceſſet cauſa ceſſabit etiam effectus.

49 Privilegia agricolis conceſſa pro eo tantum tempore locum habent quo & agricolæ & animalia aratoria habuerint.

50 Satisfit objectis & adducitur textus in leg. 2. §. qui munera ff. de vacat. muner.

51 Exemptioni requiſitum numerum implet aliquis ex liberis militiæ defunctus pro Republica aut Principe.

52 Immunitati præſtandæ non conducunt liberi adhuc in utero exiſtentes.

53 Infirmi excuſantur à muneribus publicis ſuſcipiendis, & affertur in exemplum excuſationis Manlius Torquatus conſul Romanus.

54 Infirmitas quæ à muneribus exemptionem præſtare poſſit qualis eſſe debeat arbitrio judicis relinquenda eſt.

55 Infirmitas vera & propria dicitur quæ ex humorum exceſſu cauſatur & ex quibus ſuccedit febris.

56 Infirmitas quomodo probetur, traditur, remiſſive.

57 Excuſantur à muneribus perſonalibus Originarii alibi habitantes, ſi ad officia in loco originis vocantur, tamen ſi alii ſint idonei, aliàs ſecus.

58 Excuſantur à prædictis officiis qui alibi aliud officium habent, ad textum in leg. fin. ff. de vacat. muner. gloſſ. in leg. 1. Cod quemadmodum civilia munera lib. 10. ſpecialiter in tit. de cenſibus §. nunc dicendum & §. ſi avo.

59 Eximuntur à muneribus principales Conductores Gabellarum ſeu redituum Regalium & univerſitatis.

60 Excuſantur à minoribus officiis acceptandis ij qui majores Magiſtratus adminiſtraverint & officia honorabilia exercuerint.

61 Excuſantur pauperes à ſuſcipiendis muneribus, ſi minus idonei ſint & injuncto muneri ſufficere non poſſint.

62 Nobiles eximuntur ab officiis acceptandis ſi ea officia ad quos nominantur ſint vilia & indecora.

63 Officia vilia & indecora quænam dicantur traditur, remiſſivè.

64 Excuſationis intuitu refertur ab Autore lis quædam quæ ſuper delatione tutelæ agitata fuit à qua ſe excuſare nominatus intendebat, quia ſe nobilem vulgo fidalgum dicebat.

65 Expenditur contra nominatum ad tutelam & ab ea ſe excuſare prætextu nobilitatis nitentem, textus in leg. ſpadonem 17. §. ſi ſcire oportet. ff. de excuſat. tutorum.

66 Excuſatio à tutela non competit niſi ex cauſis à jure expreſſis de quibus, in tit. de excuſat. tutorum & Inſt. in text. in leg. 1. tit. 17. part. 6.

67 Nobilis attento jure communi perſonalia & realia munera ſubire compellitur, ex textu in Authent. de defenſoribus civitatum §. audiam, verſ. ſi qua verò.

68 Nobiles tutelæ immunitate & exemptione regulariter non gaudent niſi illi tantum quibus ob magnam ſuam generoſitatem vel ob aliquod ſpeciale privilegium expreſsè fuit indulta iſta exemptio.

69 Tutelæ immunitas nobilibus conceditur intuitu alicujus officii in quo ſunt conſtituti, non verò generaliter aliis nobilibus.

70 Tutelæ munus nec vile nec ſordidum unquam exiſtimatum eſt.

71 Tutelæ ratione & curæ, Princeps tutor ſive curator Regni & Reipublicæ dicitur.

72 Vocari pariter omnes ad munera publica quieti & tranquillitati publicæ expedit in urbibus populoſis, & in quibus ſæpe nulla aut ſaltim non tam manifeſta differentia eſt inter nobiles & plebeios.

73 Excuſanti ſe nobili à tutela plebeii favens ſententia adſtipulatur, text. in leg. 1. §. libertinis pupillis.

74 Expenditur in propoſito, text. in leg. cum ex oratione 40. ff. eodem tit. de excuſat. tutorum.

75 Ponderatur lex 21. titul. 14. lib. 7. recopil.

76 Clericus tanquam eques cæleſtis militiæ gaudet privilegiis equitis armatæ militiæ.

77 Tutela munus perſonale eſt, ex leg. 1. §. 1. ff. muneribus & honoribus.

78 Nobiles non poſſunt compelli ad officia acceptanda, etſi vilia non ſint, dum tamen aliquo modo nobilitati aut opinioni præjudicent, ex Conſilio Jacobi Galli.

79 Doctor ſemper eſt intelligendus ſecundùm jura quæ allegat.

80 Agitur de text. in dicta leg. 1. §. libertinis & in dict. leg. cum ex oratione 47. ff. de excuſat. tutorum & in d. leg. 3. eodem tit.

81 Intelligitur textus in leg. 11. tit. 14. libro 6.

82 Excuſantur ab officiis publicis minores viginti annis.

83 Electus ad aliquod officium ſi moriatur, onus ſubeundi munera non tranſit ad hæredem.

84 Excuſantur Advocati à muneribus oneroſis & perſonalibus Reipublicæ.

85 Excuſationes ab officiis ineundis quomodo & quo tempore allegari & proponi debeant ſubjicitur.

86 Reſolutioni tempus & rationem excuſationis aſſignanti multa objiciuntur jura oppoſita.

87 Objecta jura perpenduntur & intelliguntur & & cum Autoris ſententia conciliantur à Joanne Garcia.

NEminem ita liberum naſci † quod ſibi ſoli 1
naſcatur, ſed patriæ ſuæ commodis & uſui
affirmat Plato *Epiſt.* 9. Archit. Taxenet. *leg.* 1. *§.*
*generaliter ff. de vent. in poſſ. mitt.* ibi: *quia non tan-*
*tum parenti ejus eſſe dicitur, verum etiam Reip.*
*naſcitur*, & facit textus *in leg. poſtliminium §. filius*
*ff. de captivis, & poſtlimin. re verſ.* ibi: *quia pa-*
*ter ſic illum amiſit, quemadmodum patria*, & con-
ducunt quæ tradit Aviles *in cap.* 1. *prætorum ver-*
*bo Tierra*, quapropter officia publica † reſpuere, 2
& non admittere indecens, & indecorum eſt Ari-
ſtotel. *lib. 6. polit. cap.* 1. oportet (inquit) *publico-*
*rum publicè, exercitationem fieri, & ſimul, &*
*non debet quiſque civis eſſe ſuum æſtimare, ſed om-*
*nis civitatis, particula enim civitatis unuſquiſque*
*eſt, cura autem ſingularum particularum reſpicere*
*nata eſt ad curam totius*, Plato ubi *ſuprà vocante*
*igitur patria ipſa ad Rempublicam gubernandam*
*abſurdum forſan eſſet non parere, præſertim cum*
*ſimul accidat ut aditus pravis hominibus relin-*
*quatur, qui nulla ipſius quod optimum eſt ratio-*
*ne proficiſcuntur ad publica*; quod tradit Cicero
*de officiis ad Herennium* ibi: *nullum eſt pericu-*
*lum quod ſapiens pro ſalute patriæ vitandum arbi-*
*tretur, hæc enim ſecundum loquitur non mihi ſo-*
*li, ſed etiam atque adeo multò potius natus ſum*
*patriæ*,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*patriæ. vita quæ fato debetur ſaluti patriæ potiſſimum
ſolvatur*, & lib. 1. de officiis num. 99. *multi autem*
(inquit) *& ſunt & fuerunt qui tranquillitatem ex-
petentes negotiis publicis ſe removerint, ad otium-
que perfugerint in his, & nobiliſſimi Philoſophi
longeque Principes, & quidam homines ſeveri, &
graves, nec populi nec Principum mores ferre po-
tuerunt, dixeruntque nonnulli in ægris delectari re
ſua familiari his idem propoſitum fuit, quod Regi-
bus ut nec regerens, nec cui parerent libertate ute-
rentur, cujus propoſitum eſt ſic vivere ut velit:
quare cùm hoc commune ſit potentiæ cupidorum
cum his quos dixi otioſos, alteri ſe adipiſci id
poſſe arbitrantur ſi opes magnas habeant alteri ſi
contenti ſint, & ſuo, & parvo in quo omninò neu-
trorum contemnenda ſententia eſt, ſed facilior,
& tutior; & minus aliis gravis, aut moleſta vita
eſt otioſorum, fructuoſior autem hominum generi,
& ad claritatem amplitudinemque aptior eorum qui
ad Rempublicam & ad res magnas ſe accommoda-
verunt, quapropter & eis forſitan concedendum
ſit, Remp. non capeſſentibus, qui excellenti ingenio
doctrinæ ſeſe dediderunt, & his qui aut valetudi-
nis imbecillitate, aut aliqua graviori cauſa impe-
diti a Republica receſſerunt cum ejus admini-
ſtrandæ poteſtatem aliis laudemque conceſſerunt;
quibus autem talis nulla ſit cauſa ſi deſpicere ſe
dicant ea, quæ plerique admirantur imperia, &
magiſtratus, his non modo non laudi, verum vi-
tio dandum puto quorum judicio in eo quod glo-
riam contemnant & pro nihilo putent difficile
factu eſt non probare, ſed videntur labores, &
moleſtias tunc offenſionum & repulſarum quaſi quan-
dam ignominiam timere, & inſaniam:* hactenus
Cicero; hoc idem tradit D. Proſper, *de vita,
& contemplatione*, lib. 3. cap. 28. ibi: *Videndum
eſt utrum juſtè faciant illi, qui ſe removentes
ab occupationibus cunctis, ac ſtudiis ſpiritualibus
conferentes nihil humanæ Societati proficiunt, &
deſideria ſua commodis omnium præferentes uti-
litatem communem deſideratam vacationem, & ele-
ctionem contemnunt; cum profecto laborantibus
opem ferre nollent, cum poſſint, & communi
bono poſthabito otioſa quiete frui nihil habeat
æquitatis, cui æquitati qui ſerviunt omnes om-
nium bono utuntur ac veluti ſibi invicem nati ſalu-
tem mutuam tuentur ac diligunt, ac per hoc con-
tra juſtitiam faciunt, hi qui merito ſuæ converſa-
tionis, vel eruditionis allecti otioſum ſtudium
fructuoſæ utilitati regendæ multitudinis ante-
ponunt, & cum poſſint, laboranti Eccleſiæ ſub-
venire, operoſæ adminiſtrationis laborem fruendæ
quietis contemplatione refugiunt:* hæc dictus Au-
tor: quæ refert Bobadill. *loco citato num. 16. lit-
tera A.*

3 Quod in electione Ubambæ Regis † Gothi
in Hiſpania noſtra exemplo ab hiſtoriographis no-
ſtris traditur. Cum enim Ubamba aut modeſtiæ
cauſa, aut maximè honoris timore Regnum ad
quod electus fuerat ſuſcipere recuſaret, quidam
fortiſſimus, & magnanimus Dux ita eum intre-
pidè fuit allocutus. *Por ventura ſera juſto que re-
ſiſtas a lo que toda la nacion ha determinado an-
tepongas tu repoſo a la ſalud y contento de todos,
en mucho tienes eſſos pocos annos que te pueden que-
dar de vida por cuio reſpecto reuſas el tomar eſta
Carga y con tu muerte moſtrar al mundo que ningu-
no debe con color de modeſtia tener en mas ſu re-
poſo particular que el propio comun de todos*,
ita P. Mariana *tom. 1. Hiſtoriæ Hiſpaniæ lib. 6.
cap. 12.*

4 Unde electus, & nominatus † ad quodlibet
Reipub. officium autoritate, & utilitate publi-
cum illud neceſſario acceptare, & inſervire te-
netur, ut *in leg. munerum §. judicandi*, ubi com-
muniter notatur, *ff. de muneribus, & honoribus*,
Bart. *in leg. abſenti num. 2. ff. de donationibus*,
Decius *in cap. Prudentiam, addiſcimus num. 21.
de officio delegati*, Carolus de Tapia *in leg. fin.
1. part. cap. 4. numer. 32. de conſt. Princ.* Mon-
tanus *de adminiſtratione univerſitatum pragm. 2.
num. 337.* qui loquitur in Sindicis univerſitatis
Avend. *de exequend. mandat. cap. 19. numer. 16.*
& in Magiſtratu creato, & electo eſt textus *in leg.
ſi quis magiſtratus Cod. de decurionib. lib. 10. leg.
ſi quemquam Cod. de Epiſc. & Clericis*, ibi: *ut
quæratur cogendus*; & in Amba Senatore ſive le-
gato *gloſſ. in leg. ſi quis decurio, Cod. de decurio-
nibus lib. 10.* & communiter approbata per Bart.
Plateam, Lucam de Penna, & Angel. Bart. *in
leg. veluti, ff. de juſtitia & jure num. 1.* & facit
textus *in leg. ſciendum, §. ſi accuſatio*, & *§. ordi-
ne, ff. de legat.* Bobad. *lib. 1. pol. cap. 15. nu. 10.*
qui ampliat in militibus, & aliis ut ibi per eum
*num. 42.* nam judicare † & magiſtratum gerere 5
munus publicum eſt ad *text. in leg. quippe, ff. de
judiciis leg. nunquid ff. ad Trebel.* Menoch. *de
arbitr. lib. 1. quæſt. 2. numer. 21.* & in Advocato
quod poſſit † cogi eſſe Conſiliarius, Joann. de 6
Platea *in leg. in filiis num. 3. Cod. de decurioni-
bus lib. 10.* & *in leg. ſemel in fin. Cod. de re mil.
lib. 12.* Bobad. *dict. cap. 15. n. 8.* Cavedo *deciſ.
Luſitan. 84. num. 45. part. 2.* Sic ſimiliter cogi-
tur † pro clientulo patrocinium ſumere, ut no- 7
tant Bald. & Salicet. poſt Gofred. *in leg. invitus
Cod. de procuratoribus, gloſſa in leg. 1. §. ait Præ-
tor. ff. de poſtulando*, maximè urgente neceſſitate
Bart. *in leg. ſancimus Cod. de advocat. diverſ. jud.*
& conſulere idem Bart. *in leg. 2. per textum ibi*
juncta gloſſa *verbo conceſſum, Cod. de proximis
ſacrorum cerim. lib. 12.* Vibius *commun. opin. lib.
1. verbo advocatus.* Et in curia noſtra ſi aliquis
ex advocatis Clientelam † alicujus ſubire recu- 8
ſat, præcipitur ei ad petitionem partis à Reve-
rendiſſimo Præſide, & auditoribus quod in illa
lite adjuvet pœna 50. ducatorum, & faciunt ad-
ducta per Menoch. *de arbitrar. caſu lib.* & ſi
non eſt ſpecialiter deſignatus pauperum † advo- 9
catus poteſt compelli quilibet ex advocatis pau-
perem gratis adjuvare, *leg. providendum, §.
1. de poſtulando*, quæ in id citat Covarr. *pract.
cap. 16. numer. 4. prope medium*, & *lib. 3. var.
cap. 14. num. 1. verſ. quibus expreſſum*, ab aliis
verò muneribus, & officiis perſonalibus advocati
excuſantur, ut in loco diximus, & affirmat Fon-
tanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 1. n.*
127.

Et in Notario quod cogatur † ſcribere, & of- 10
ficium exercere Menoch. qui allegat Romanum
*ſing. 259.* incipit tabellio, & jam prædixerat Bald.
*in rubric. Cod. de fide inſtrum. n. 3.*

Et in Procuratore † fiſcali, Decius *in leg.* 11
*invitus, ff. de reg. jur.* & in Curatore, ad litem
textus *notabilis* & ibi: *gloſſa in §. eſt autem Inſtit.
de tutelis leg. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appel-
landum ſit*, Baeza *de decima tutor. quæſt. cap. 2.
n. 27. & ſequenti.*

Et in Collectore pecuniæ † publicæ, Albericus 12
*in leg. munerum, ff. de muneribus, & honor.* &
ſuo loco dicemus.

Et in Depoſitario publicæ † pecuniæ vel re- 13
dituum Regalium vel ejus, quæ interim dum lis
pendet deponi jubetur ut ſuo ſpeciali loco dice-
mus.

Et dum hæc ſcribo cum ob ſenectutem officio
14 † Depoſitarii hujus Regalis Cancellariæ Lu-
dovicus Victoriæ ſe exonerare intenderit, fuit
nominatus Joann. Gallicus nobilis hujus urbis con-
civis, & originarius, & licèt officium ſuſcipere re-
cuſet pœnâ duorum millium ducatorum ei à Reve-
rendiſſimo Præſide & Senatoribus juſſum eſt quod
officium acceptet, & ſubire compellatur, & de aliis
pluribus officiis publicis neceſſario acceptandis à
nominato videndi ſunt ſuprà relati DD. Præſertim
Bobadil. *dict. cap.* 15. *n.* 39. *uſque ad finem capitis*,
Avendan. Fontanella ubi *ſuprà*, & Maſtrillus *de
Magiſtrat. cap.* 30. *à n.* 64.

15 Pœna verò recuſantis † acceptare officium ſine
excuſatione legitima tradit textus *in leg. ſi ad ma-
giſtratum Cod. de decurionibus lib.* 10. *ſi ad magiſ-
tratum nominati* (inquit Imperator) *aufugerint, re-
quirantur, & ſi pertinaci eos animo potuerit latere
eis ipſorum bona permittantur qui præſenti tem-
pore in loco eorum ad Duumviratus munera voca-
buntur, ita ut ſi poſtea reperti fuerunt biennio in-
tegro onera duumviratus cogantur agnoſcère, om-
nes enim qui obſequio publicorum munerum tenta-
verint declinare ſimili conditione teneri oportet*;
Aviles *in cap.* 17. *Prætor. gloſſa verbo eligant n.* 5.
*ubi n.* 6. ait quod ſi loco nominati compareat alius
qui velit onus prædicti officii ſubire pro ipſo nomi
nato recuſante acceptare non eſt audiendus, & al-
legat textum *in leg. Stichum Titio §. vult. ff. de ſta-
tu liber.* Lucas de Penna *in dicta leg. ſi ad magiſ-
tratum in colum. verſic. ita pene.* Compelluntur au-
16 tem † officia eis indicta acceptare per capturam, &
incarcerationem & bannum: gloſſa Bald. & Salicet.
*in leg. preces Cod. de ſuſcept. tutor.* Angel. allegat
Romanus, & alii *in leg. dotem*, quam aliqui le-
gunt *ſub.* 1. *liberta, ff. ſoluto matrimonio*, & *in
dict. leg. munerum, §. judicand. ff. de muneribus
& honor.* Romanus *ſingulari* 188. Decius *in dicta
leg. invitus*, & ibi etiam Cagnol. *& in leg. invi-
to, ff. de reg. jur.* Aviles *ſingulari* 177. Caſaneus
*in Catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *conſider.* 32. ubi
probat quod ſi artifices ſunt neceſſarii in aliqua Re-
publica non ſolum qui inventi fuerint poterunt
compelli ſuum artificium exercere, ſed & de novo
addiſcere, per plura fundamenta quæ ibi adducit
Vibius *deciſ.* 144.

17 Ad ſerviendum officium ad quod † nominati
ſunt poterunt à Domo ſua extrahi, *leg. ſi cui mu-
neris publici*, & *leg. ſi quis magiſtratus*, & *leg.
æſtimationem, ff. de muneribus, & honor. leg.* 6.
*tit.* 17. *part.* 3. & *leg.* 11. *tit.* 13. *part.* 2. & ibi
Gregorius *& in leg.* 16. *tit.* 13. *gloſſa* 5. *part.* 2.
& plura in confirmationem tradit Bobad. *dict. cap.*
5. *numer.* 38. *lit. C.* Maſtrillus ubi *ſuprà à nume-
ro* 65.

Unde Athenienſes recuſantes officia publica
18 † capite multabant, Romani libertate, Spartani
patria, & Sophonetus quod dux nominatus munus
recuſaſſet multatus fuit, ut refert Xenophon *de
Ciri minoris expedit. lib.* 5. Alexand. *lib.* 4. *dierum
genial. cap.* 6. & alia in propoſito tradit Simancas
*de Repub. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 4.

19 Sed variis ex † cauſis poſſunt nominati ad offi-
cia excuſationem intendere, & ab eorum onere
liberari.

20 Et primum excuſantur † qui habent privile-
gium à Principe ne ad officium Reip. inviti eli-
gantur ad *textum in leg. ſenatus, ff. de officio Præſi-
dis leg.* 1. *Cod. de his qui à Principibus, lib.* 10. Pla-
tea *in leg.* 1. *Cod. de Primiceriis lib.* 3. Avend. *de
exequend. mand.* 1. *part. cap.* 19. *ſub nu.* 16. *verſ.
undecimus caſus eſt.*

Et ex privilegio Principis familiares † ſanctæ 21
Inquiſitionis iſtam exemptionem, ut inviti ad
officia Reip. ſuſcipere non cogantur, utique
habent, ut melius, & aptius fidei cauſis, &
miniſterio ab ipſis exhibendo vacare poſſint, li-
cèt ſi volunt talia officia gratis acceptare non
prohibentur: & cum exercuerint ſi in eis delic-
tum commiſerint utique privilegio ſanctæ In-
quiſitionis non gaudebunt, ſed à judicibus ſæ-
cularibus plectendi ſunt, ut *in leg.* 20. *tit.* 1.
*lib.* 4. *novæ Recop.* ibi: *Iten que los que tu-
bieren officios Reales o publicos de los pueblos,
o otros cargos ſeglares: y delinquieren en coſas
tocantes a los officios y cargos ſean juzgados en
los dichos delitos por las Juſticias ſeglares.*
Quod explicat eruditè, & copioſè Narbona ſu-
per *dicta leg.* 2. *per totam* maximè *numer.* 132.
*&* 133.

Item eandem exemptionem habent milites † 22
qui vocantur *del Vallator*, & omnes hi, qui
bello expoſiti ſunt, nempe, *los hombres de armas
y continuos.*

Et Confratres † ſanctæ Trinitatis, & ſanctæ 23
Mariæ de la Mer ed, & Collectores eleemoſinæ
ſancti Antonii Abbatis, & Hoſpitatores ſuorum
religioſorum. Item Monetarii, & alii officiales
ſpeciali Regum indulto prout continetur in eo-
rum privilegiis quæ hîc inſerere ſatis prolixum, &
ſuperfluum foret, meminimus tamen, quæ fre-
quentiora ſunt, & nobis magis nota. Sed præter
eos qui privilegiis principalibus juvantur, de
jure excuſationem legitimam publicorum mune-
rum habent ſenes † qui ſeptuageſimum comple- 24
verunt annum, ut *in leg.* 3. *§. fin. ff. de decurioni-
bus*, ibi: *& ſi majores annis ſeptuaginta ſunt mu-
nera quidem civilia ſubire non coguntur*, leg.
unic. Cod. qui ætate ſe excuſant leg. 2. tit. 17.
part. 6. ibi: *La undecima es en el mayor de ſe-
tenta annos*, text. *in §. item major Inſtit. de ex-
cuſat. tutor.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis caſu*
45. *cum ſenectus illis gravida ſatis, & moleſta
ſit, & ipſa infirmitas ad text. in cap. magna de
voto*, Azeved. *in leg.* 6. *num.* 10. *tit.* 5. *lib.* 3. *no-
væ Recop.* Fontan. *de pact. nup. caſu* 4. *gloſſa* 10.
*part.* 1. *num.* 125. Cavedo *deciſ.* 84. *num.* 43. *to.*
2. poſt Ripam *in tract. de peſte tit. de privilegiis
contract. cauſa peſtis num.* 222. Gutierr-z *de tu-
tel.* 1. *part. cap.* 21. *num.* 24. Maſtrill. ubi *ſuprà
num.* 95.

Deinde excuſantur illi † qui habent duodecim 25
filios *leg. fin. Cod. qui numero liberorum*, & ibi Jo-
annes de Platea *leg. albo, leg. ſi ultra Cod. de de-
curion.* Avend. *de exeq. mand. dict. cap.* 19. *ſub
num.* 16. Cavedo *dicta deciſ.* 84. *num.* 36. *&* 37.
qui idem intelligunt ſi habeat qui tantum quinque
filios, & de jure noſtro Regio eſt textus formalis
*in dicta leg.* 2. *tit.* 17. *part.* 6. ibi; *quando, aquel
que es dado por guardador a cinco hijos legitimos,
y naturales vivos.*

Qua in re diverſimodo loquentia † paſſim inve- 26
nies jura, nam ex liberorum numero exemptionem
ſeu munerum excuſationem non induci dixit Ul-
pianus, *in leg.* 2. *§. numerus, ff. de vacat. munerum*
ibi: *numerus liberorum ad ſeptuaginta annorum ab
honoribus vel muneribus his cohærentibus excuſa-
tionem non præſtat, ſed à muneribus tantum civili-
bus.* Caliſtratus autem *in leg. ſemper §. demonſtra-
tur*, affirmat numerum liberorum ad excuſationem
municipalium numerum prodeſſe non omnium,
& quem quia ſexdecim filios habebat à muneribus
liberavit. Imperator verò Antonius *in leg.* 1.
*Cod. his quis numero liberorum ſe excuſant* ita
ait:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ait : *numerus liberorum ab honoribus non excuſat.*
ipſe autem *in leg. nepotes*, & *in leg. de perſonalibus*, & *in leg. fin. Cod. eodem tit.* & *lib.* numerum
quinque liberorum à muneribus perſonalibus liberare affirmat.

27 Sed Julianus Imperator † *in leg. ſi quis decurio*
24. *Cod. de Decur. lib.* 10. ita ait : *ſi quis decurio
pater ſit duodecim liberorum honoratiſſima munerum
quiete donetur.* Ubi duodecim liberorum numerum
in decurione, vilioris officii, & honoratiſſimorum
munerum exemptionem conſequantur expoſcunt,
& idem Julianus *in leg.* 55. *Cod. Theodoſium ſub tit.
decurionibus collocata lib.* 12. idem refert tredecim
tamen liberos expoſcens ibi : *qui pater ſit tredecim
liberorum non modo ad curiam non vocatur, verum etiamſi ſit decurio honoratiſſima quiete donetur.*

Quorum jurium diverſitatem ( ne in his proli-
28 xius, quam decet procedamus ) breviter † conciliare poteris cum Theſauro *deciſ.* 267. *num.* 4.
his verbis ex quibus concordari poſſunt omnia jura, quæ in hac materia diſcordare videntur, nempè ut *leg.* 1. *Cod. de his qui num. lib.* & *leg.* 2.
*§. numerus de vacat. muner. cum ſimilibus*, loquantur generaliter, ita ut regula ſit minorem
numerum liberorum non excuſare puta duorum
vel trium, in duobus, vel tribus pluralis numerus verificetur, *leg. ubi numerus ff. de teſtibus leg.
vero nepotes Cod. de his qui num. liber.* loquatur
in perſonalibus muneribus, & *leg. ſi quis decurio
Cod. de decur.* loquatur in decurione, & *leg. ſemper
§. demonſtrat. ff. de Jure immunitatis*, loquatur
indiſtinctè tam in perſonalibus, quàm in patrimonialibus, ſed hæc ultima licèt ponat exemplum in
numero 16. liberorum, ampliatur etiam in numero
12. liberorum, ita ut nulla ſit differentia inter decurionem, ſeu privatum prout magis communiter DD. voluerunt; hactenus Anton. Theſaurus.

Ex quibus quod ad noſtrum propoſitum atti-
29 net † illud formaliter deducere poteris numerum
quinque liberorum ab officiis publicis, & muneribus perſonalibus excuſationem præſtare in quo
concors eſt omnium Doctorum, & receptiſſima
ſententia.

30 Sed in oneribus patrimonialibus † & Realibus
utrum numerus 12. liberorum excuſationem præſtet ſatis controverſum eſt, nam quidam putant
excuſare per textum *in dicta leg. ſi quis decurio*,
ubi gloſſa *in verbo munerum* addit etiam *patrimonialium*, quæ lex licèt loquatur in decurione,
procedit etiam in quocumque 12. liberos habente, etſi decurio non ſit ex Barto. ibi :
Lucas de Penna, & Joannes de Platea & Bart.
Ancharran. *in cap. licet de cenſibus.* Guido Papa
*quæſt.* 401. Caſaneus *in conſuetudine Burg. rub.*
1. *part. verſ. adverte num.* 55. Angel. Aretin. *in
princ. Inſtit. de excuſat. tutor.* ubi etiam in praxi
obtinuiſſe teſtatur Ruin. *conſ.* 124. *num.* 9. *lib.* 4.
Alciatus præſumpt. *reg.* 1. *præſ.* 76. Natta *conſilio* 539. *lib.* 3. Gregor. Lopez *in dicta leg.* 2.
*verbo cinco hijos ad fin. tit.* 17. *part.* 6. Roland.
à Valle *conſ.* 66. *num.* 35. *lib.* 1. Theſaur. *dicta
deciſ.* 267. *nu.* 4. Avend. *in dict. cap.* 19. *Prætorum nu.* 26. ubi ait quod licèt de jure Regio hæc
opinio non procedat, tamen practicatur, quia
dantur quotidie mandata Supremo Conſilio ubi
habens 12. liberos excuſetur ab honoribus realibus licèt judices inferiores hoc non practicabant
ſecundum eundem Avend. 2. *part. cap.* 14. *Prætor.
num.* 34.

31 Alii verò è contra putant, & ſic ab iſtis † muneribus realibus, & patrimonii liberorum numerum non excuſare, ut affirmat Covar. *lib.* 4. *de
ſponſalibus* 2. *p. cap.* 8. *in princ.* qui fatetur,
quod etſi aliquando primam opinionem in praxi
ſequutus fuerit, tamen eam utpote falſam poſtea reprobavit, ut ſic numerum liberorum neminem à tribulis vulgo *pechos*, eximere, qui
intelligunt textum *in dict. leg. ſi quis decurio in
muner. perſonal.* cujus opinioni accedit, & inhæret Gutierrez *dict. cap.* 21. *n.* 3. *in fin.* apud quos
vidi, hæc enim obiter citra exemptionem onerum
realium dixiſſe ſufficiat Faquin. *lib.* 3. *controverſ.
jur. cap.* 19.

Sed ut ad noſtrum inſtitutum redeamus, exemp- 32
tio officiorum, & munerum † perſonalium habentibus quinque liberos juſtiſſimè condonata fuit,
ut pater libentius vacet procreationi liberorum;
Lucas de Penna *in dicta leg. nepotes col. fin.* Roland. *conſ.* 52. *num.* 14. *lib.* 2. Ripa *in leg. ex facto
num.* 13. *&* 14. *ff. de vulgari*, Bart. *conſ.* 312. *lib.*
3. Rebuff. *in dict. cap. ſi quis decurio*, Ferdinandus Paez *in tract. de excuſat. parentum, num.* 4. *&
ſeqq.* Verſatur enim maxima utilitas publica in
eo quod ſobole Reſpub. repleatur ut *in leg.* 1. *ff.
ſoluto matrim.* ibi : *ad ſobolem procreandam, replendamque liberis civitatem leg.* 2. *Cod. de indict.
vid. toll.* nam & Paulus Jur. C. Adrianum reſpondiſſe refert ſe malle ampliare Imperium hominum adjectione potius, quàm pecuniarum copia, *leg. fin. §. fraudes ff. de bon. damnat.* is
enim qui † Spartis leges dedit, cum cuperet 33
quam plurimos Spartis eſſe cives adhortatus eſt,
ut quam maximum liberorum numerum vel procrearent, præmia conſtituens his qui procreandis liberis operam darent, unde *ex leg.* apud eos
conſtituta his qui tres filios ſuſcepiſſet, præſidii
& ſtationis, qui quatuor munerum vacationi habent, ut Ariſtotel. *lib.* 2. *politic. cap.* 7. & ideo
patri habenti filios † lex tribuit prærogativam in 34
honoribus præcedendi non habenti filios. *leg.
in albo Cod. de decurion. lib.* 10. & plures habenti concedit præcedentiam reſpectu ejus qui
licèt habeat filios habet tamen paucos, *leg. ſpurii
§. fin. ff. de decurion.* & plura in laudem prolis
adducit Joannes Stologus *ver.* 37. *de jure trium liberor.* Franc. Duonenſ. *lib.* 1. *diſ. cap.* 40. Sed
eodem jure legem Spartanorum tradit Ælianus *lib.*
6. *de var. hiſt. & Romanorum*, Plutarchus *in Numa* &
Aulus Gellius *lib.* 2. *cap.* 15. qui caput legis Papiæ
refert his verbis : *Is poſtquam Soboles civitatis neceſſaria viſa eſt ; & ad populi prolem frequentandam præmiis atque invitamentis uſus fuit, tam ante
latis quibuſdam in rebus qui uxorem & quinque liberos haberent, ſenioribus nec liberos nec uxorem
habentibus ſicuti*, cap. 7. legis ſi Juliæ, *priori ex
conſulibus faſces ſumendæ poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos quam
Collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit* : & dicta lex Cod. ( licèt ab Auguſto fuerit facta ) lex Julia appellata fuit, cum enim antea diceretur Cajus Octavius, deinde Cajus Julius Cæſar Octavius dictus eſt, ut ex Dion. *lib.* 45. notat
Ant. Auguſt. *lib.* 3. *emendationum cap.* 8. quæ
& alia in propoſito tradit, & accuratiſſimè proſequitur Covar. *dicta* 2. *part. de ſponſal. cap.* 8.
*n.* 2. *&* 3.

Circa exemptionem verò officiorum, ſeu munerum perſonalium ob numerum quinque filiorum
advertas velim idem eſſe in filiabus, † quam in 35
maſculis, nam in favorabilibus maſculinum fœmininum concipit, ſicut filiorum appellatione regu-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lariter veniunt filiæ, leg. filius 84. leg. juſta
201. leg. liberorum 210. §. fin. ff. de verb. ſignif.
leg. ſi quis ita in principio, ff. de teſtament. tute-
la, & in terminis eſt text. in leg. fin. Cod. de his
qui numero liberorum, & in leg. 2. §. remittit
verſ. non ſolum. ff. de excuſat. tutorum, Roland.
à Valle conſ. 52. lib. 2. Theſaurus dict. deciſ.
267. num. 5. qui hoc extendunt etiamſi filii ſint
emancipati, ut filiæ nuptæ vel in religionem in-
grediantur, quamvis in filiabus nuptis quando
extra domum parentis ductæ fuerint, quinimo in-
ſimpliciter diſpenſatis dubitet Ferdinad. Paez in
tract. ſpeciali de excuſatione parentum ob numerum
liberorum n. 66. videtur enim deficere ratio edu-
cationis, ſed contrarium deciſum fuiſſe teſtatur
Theſaurus ubi ſuprà, & in emancipatis filiis addu-
cit pro ſua opinione text. in leg. 2. §. incolumes ff.
de vacat. munerum, qui apertè & ſine verborum
anfractu id probat ibi: incolumes liberi etiamſi in
poteſtate patris ſui deſierint eſſe excuſationem à mu-
neribus civilibus præſtant.

Et ad hunc numerum liberorum (qui excuſa-
tionem præſtat) formandum, & explendum in
36 liberorum nomine continentur † nepotes, &
computantur in numero tam maſculini, quam fœ-
minini ſexus, ad text. in dicta leg. liberorum, cum
ibi notatis, & eſt textus in leg. nepotes Cod. de his
qui numer. liber. ibi: nepotes loco parentum ſucce-
dentes vice eorum prodeſſe conſueverunt; ideoque
ſi quinque numerus liberorum ex amiſſorum filiorum
nepotibus ſuppletur à muneribus perſonalibus, is
quem patrem tuum eſſe dicis juxta conſtituta excu-
ſatur.

37 Quod tamen intellige ita ut plures nepotes †
tantum loco unius patris mortui habeantur ad
numerum faciendum, ut tenet Angel. in §. In-
ſtitut. de excuſat. Tutor. per textum in leg. ne-
potes, ubi Joannes de Platea, Immola conſ. 77.
col. 2. Roland. à Valle dict. conſ. 52. num. 7.
Theſaurus tamen ubi ſuprà unumquemque loco
unius filii haberi ubi proximè ait num. 6. & mo-
vetur æquitate cum militet eadem ratio educa-
tionis, & quod ut filii, ſic & nepotes ſunt in
poteſtate Avi, & ita per Senatum deciſum fuiſſe
teſtatur in cauſa Ternenglii 1565. & anno 1589.
15. Julii.

38 Et procedit hæc immunitas † ſive exemptio
etiamſi pater, vel ejus filii ſint divites; & per
Ripam in dicta leg. ex facto ff. de vulgari, Ro-
land. à Valle dict. conſ. 52. Quod tamen non ad-
mittas ſi communitas vel populus eſſet nimium
pauper, & ex illis, ex gloſſa in dict. §. demonſtratur,
& ita temperavit ſenatus apud Theſaurum ubi
ſuprà num. 9.

39 Et in filiis legitimatis † ſive per conſequens
matrimonium, ſive Reſcripto Principis; quoniam
utroque caſu habentur pro filiis verè legitimis, &
ad explendum numerum idoneis, ut in terminis
tradit Ferdinandus Paez, ubi ſuprà n. 55. & ſequen-
ti Ruin. conſ. 124. lib. 4.

Idem intelligas etiam ſi liberi iſti poſtea de-
40 cedant † cum tamen tempore liberationis vi-
vant; quia ſufficit ſemel conditionem extitiſſe,
ut latè affirmat Jaſo in leg. ſciendum, §. fin.
numer. 3. & ſeq. ff. qui ſatiſd. cog. & facit text.
in leg. videamus ff. de eo quod metus cauſa ibi:
ſufficit enim ſemel perveniſſe, ad proximum hæ-
redem, & perpetua actio eſſe cœpit, & in leg. ſi
quis hæredem Cod. de inſtit. & ſubſtit. ubi ſufficit
conditionem extitiſſe, licèt implementum non
duraverit; conducunt verba textus in leg. 2. ff.
de leg. præſtand. ibi: & placet ſufficere in ea ne-
ceſſitudine tunc eſſe antequam dies legati cedat, &
quod adducunt Bart. Paul. Angel. & Jaſ. in leg.
fin. Cod. de indicta viduitate tollend. & leg. in ſub-
ſtit. ff. de vulgar. & Jaſo in dicta leg. ſi quis hære-
dem, ubi affirmat quod ſi teſtator legat alicui fi-
liæ cum vidua fuerit, ſi filia fuit effecta vidua,
& poſtea nubat non admittit legatum, quia ſatis
eſt quod fieret vidua, quod ſecus eſſet ſi legatum
relictum eſſet donec & quouſque vidua fuerit, quia
tunc nubendo perderet legatum, ut per Jaſonem
ubi proximè.

Deinde quia ubicumque certo † & limitato 41
tempore requiritur quod adſit cauſa, ſufficit quod
cauſa ipſa adſit illo tempore quamvis poſtea ceſ-
ſet; Bald. in leg. generaliter col. 4. verſ. ſed dico,
Cod. de Epiſc. & cleric. per textum in leg. quacum-
que §. fin. ff. de Public. quæ ſequitur Anania conſ.
ult. col. fin. Dec. in authent. præterea, col. ult.
Cod. unde vir. & in cap. cum ceſſante col. 1. in fin.
de appellat. & conſ. 24. col. 1. Joannes Anſich.
in rubric. ff. ſoluto matrimon. n. 4. ſed in terminis
iſtis lex requiritur quod tempore immunitatis pa-
ter habeat liberos. Ergo ſufficit licèt aliqui ex his
poſtea moriantur.

Rurſus pro hac ſententia non parum arridere
videtur † textus in leg. 2. §. remittit verſ. opor- 42
tet ff. de excuſat. tutor. ibi: oportet autem li-
beros vivos eſſe quando tutores patres dantur,
qui enim antea deceſſerunt his non connumeran-
tur, nec rurſus nocent qui poſtea moriuntur, &
in leg. qui libertinis §. amiſſi, ff. de oper. libert.
amiſſi (inquit Juriſconſult. Paulus) antea liberi
ad eas operas quæ poſtea imponuntur proſunt, ut
Julianus ait, ſed etſi uno amiſſo obligat ſi deinde al-
ter naſcatur, multo magis Pomponius ait amiſſum
hunc jungi ut liberetur; & in leg. ſciendum §. ſi fun-
dum ff. qui ſatiſd. cog. ubi ille qui tempore ju-
dicii poſſidet immobilia, relevatur ab onere ſatiſ-
dandi, & quamvis poſtea deſierit poſſidere, non
tamen tenetur quaſi ceſſante cauſa cautionem præ-
ſtare; quia ſatis judicatur quod tempore judicii
poſſederit immobilia, per quæ fundamenta in hoc
dubio hanc opinionem omninò ſequendam affir-
mant Joannes Andreas in cap. decet de regul. jur.
in 6. ubi refert in publica diſputatione ita deter-
minatum fuiſſe per DD. præſtantiſſimos Bart.
(qui ad Joan. Andream ſe remittit) in leg. 2.
§. fin. ff. de excuſat. tutorum, quæ ſequitur
Bald. in addit. ad ipſum Joann. Andream, Ful-
goſius conſ. 52. col. 1. Imola conſ. 77. col. fin.
Alberic. in rubrica de muneribus, & honor. Dec.
in dicta authent. præterea in fine, & in leg. fin.
ff. ſi certum petatur, & in cap. cum ceſſante col. 2.
in princ. de appellat. Joannes de Platea in leg. ne-
potes col. 1. Cod. de his qui num. liber. Laud. in tra-
ctatu de fiſco conſ. 198. ubi ait hoc notandum
eſſe quia obtinuit in cauſa illorum de ceſſatione,
in civitate Laudenſi cum illuſtriſſimo Duce, &
eam ibi communem ſequuntur Socinus, & Jaſo in
dicta leg. ſciendum §. ſi fundum, Ripa in dicta leg.
ex facto num. 13. & 17. Alciat. in tract. de præ-
ſumpt. regul. 1. præſum. 36. num. 2. Roland. à
Valle conſ. 52. à numero 39. cum pluribus ſequen-
tibus Pancirolus conſ. 2. num. 50. & pro hac opi-
nione ſæpius judicatum affirmat Theſaurus ubi
ſuprà n. 8.

Cui opinioni utpote veriori, & favorabiliori li-
benter adhæreo, etſi plura contra eam poſſunt ju-
ris obſtacula objici, quæ profecto non obſtant, &
qua potero brevitate facillimè diluam.

Et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et primò immorari nos nequaquam poterit
43 quod ceſſante cauſa liberorum † ob quam immu-
nitas iſta conceditur, ceſſare etiam debet ipſa
immunitas, ut *in cap. cum ceſſante, & in leg.
adigere, §. quamvis, ff. de jure patronatus*, ut
ſimiliter privilegium conceſſum filiis propter pa-
rentes, mortuis parentibus non durat, ut docet
Bart. *in leg.* 1. *Cod. de Epiſc. & Cleric.* Manſ. *in
leg.* 1. *num.* 28. *Cod. de raptu Virginum*, & pri-
44 vilegium † propter paupertatem conceſſum ex-
pirat auctis facultatibus, *leg. cur. §. deficientium,
ff. de muneribus, & honor.* Nicolaus de Nea-
pol. *inter lecturas*, Bart. *in leg. non tantum §. eos,
ff. de excuſatione tutorum*, & facit textus *in leg.
fin. Cod. qui bona cedere poſſunt*, ubi privilegium
ceſſionis bonorum ceſſat ſuperveniente pinguio-
re fortuna, *& in leg. Titia Seio §. ceſſuras ff. de
leg.* 2. ubi beneficium propter minorem æta-
tem inductum ſuperveniente ætate perfecta fini-
tur.

45 Nam reſpondetur quod regula † ante ſignata,
& ex dictis juribus deducta quod ceſſante cauſa
privilegii debet ceſſare privilegium ſeu immuni-
tas, procedit ubi unica tantum eſſet privilegii
cauſa, ſecus autem ubi plures ſunt ad quas Lex,
ſeu Princeps reſpexit, tunc enim quamvis una
vel altera ceſſet cum remaneat altera, ſemper
privilegium permanebit, ut notat Barbat. *in cap.*
Raynaldus *col.* 9. *verſic. revera de teſtamentis per
textum* juncta gloſſa, *in §. affinitatis Inſtituta de
nuptiis, ut in leg. ſi non lex Ælia ſententia, ff. de
hæred. inſtituend.* & *in leg. liberorum §. notatur, ff.
de his qui notantur infamia*, unde cum in cauſa
de qua eſt noſtra diſputatio immunitas conceſſa
fuerit ob educationem liberorum, & onus alen-
di eos, ſed etiam favorem Reipublicæ cui pater
tot liberos procreaverit, ut *ſuprà diximus*, ut pro-
bat Alciatus *in dicta præſumptione* 36. licet liberi
moriantur quod favor Reipublicæ ſemper duret,
& attendatur.

Cui reſponſioni ſi replices, quod cum im-
munitas hæc conceſſa fuerit ob liberorum edu-
cationem, & favorem Reipublicæ ſimul, & ſic
ob duas cauſas finales etiam hoc caſu ceſſante
una licèt altera permaneat, non tamen debet per-
manere immunitas, ut *in cap. quoniam frequenter
§. porrò juncto §. ſin autem ut lite non conteſta-
ta*, Abbas *in dict. cap. cum ceſſante*, & ibi De-
cius *num.* 4. Barbat. ubi *ſuprà*: etiam hoc non ob-
ſtabit; quia iterum reſpondetur verius eſſe quod
46 favor † Reip. fuit cauſa principalis, & immedia-
ta, educatio verò liberorum remota vel impulſi-
va, quod utique ſuadetur ex eo quod pater ſi di-
tiſſimus ſit & filii habeant unde ſe alant, quo caſu
pater non tenetur alere filium, *leg. ſi quis autem li-
beris §. inde reſcripſit, ff. de liber. agnoſcendis*,
adhuc ei competeret talis immunitas, ut probat
text. *in dicta leg. ſi quis decurio in ſui generalita-
te*, & *ſuprà* diximus, ceſſante verò cauſa impul-
ſiva ubi remanet finalis, ſemper diſpoſitio durat,
*leg.* 1. *§. ſexum ff. de poſtulando* Tiraquel *in tract.
de ceſſante cauſa limitat.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Gal-
ganet. *de condit. & demonſt.* 2. *part. cap.* 4. *quæſt.*
9. *num.* 2. Mantica *de tacitis, & ambiguis lib.* 3.
*tit.* 12. Nicolaus Revenerius *deciſ.* 7. *num.* 12. *&
duabus ſequentibus*, Everardus *in loco à ceſſante
ratione legis num.* 4. *ceſſante conſ.* 25. & plura
alia in propoſito notatu digna pro cauſa finali,
& impulſiva D. Joannes del Caſtillo *lib.* 5. *con-
trov. juris tom.* 6. *cap.* 172. *per tot.* maximè *num.*
32. *&* 36.

47 Quinimo ubicumque reſtant reliquiæ † ali-
quæ privilegii conceſſi, licèt ceſſet cauſa finalis
privilegii, quandoque non ceſſat privilegium prop-
ter reliquias, quæ remanent, *leg. fin. ff. de decu-
rionibus, leg. etiam* ubi Manſilius *ff. de quæſtioni-
bus*, Dinus *in dict. cap. de et*, Joannes Hanni-
bal, ubi *ſuprà n.* 42. In noſtro autem caſu ſem-
per remanent reliquiæ, & ſic privilegium ceſſare
non debet, & ita reſpondet Ripa *in dicta leg. ex
facto n.* 16. & Anania *dict. conſ. ult. verſiculo &
licet*, Rollandus à Valle *dict. conſ.* 52. *à n.* 50. *cum
ſequentibus.*

Nec etiam obſtabit ſi ſecundo loco contra re-
ſolutionem ſuprà dictam, objicias quod ſi cauſa
† & effectus habent tractum ſucceſſivum quo- 48
modocumque ceſſet cauſa ceſſabit etiam effe-
ctus ex Bald. *in leg. generaliter Cod. de Epiſcop.
& Clericis, & ibi: de excuſat. à munere propter
abſentiam Reipub. ff. de excuſatione tutorum*, Ale-
xander *in leg. ſicut dotem §. ſi maritus ff. ſoluto ma-
trimonio*, Decius *conſ.* 24. *in fine*, & id videmus
in privilegiis † conceſſis agricolis quia tantum 49
pro eo tempore habebant locum in quo, & agri-
colæ fuerint, & animalia aratoria habuerint, nec
ſufficit habuiſſe, ut *in authentica agricultores
Cod. quæ res pignori oblig. poſſ.* ibi: *dum viles in-
ſident dum agros colunt leg. ſemper. §. negotia-
tores: quamdiu quis in illis ſe exerceat*, & *in
§. fin.* ubi Bart. *ff. de jure immunitatis* Collant.
*in pragmatica de los Labradores lib.* 1. *cap.* 2.
*nu.* 5. quod quis autem excuſetur ab officiis tra-
ctum utique ſucceſſivum habet, non autem mo-
mentaneum, ut patet ad oculum, & in terminis
ita ſentit, & pungit Alex. *in dict. §. ſi maritus,
& in dicta leg. ſciendum §. poſſeſſor. §. qui ſatis
de cognitio.* Nicolaus Areletanus in additionibus
ad Alciatum *dict. regul.* 1. *præſumptione* 36. Er-
go videbatur dicendum mortuis aliquibus filiis, &
ſic numero neceſſario jam deſtructo ceſſare immu-
nitatem.

Quia reſpondetur quòd argumentum proce-
dit † quando cauſa requiritur ſimpliciter, non 50
tamen quando incerto tempore, quia tunc ſatis
eſt quod illo tempore ſubſit cauſa, ut per Bald.
& alios citatos, *ſuprà*, & procedit quando cauſa
requiritur tam ad inducendum, quam ad conſer-
vandum jus immunitatis, vel privilegii; ſecus
verò ſi requiratur tantummodo ad producendum
ineſſe. In propoſito autem numerus liberorum
videtur tantum requiſitus ad acquiſitionem privi-
legii, non ad converſationem, pro quo facit pul-
chre textus *in leg.* 2. *§. qui munera, ff. de vacat.
muneribus*, ubi dicitur quod numerus liberorum
ſuperveniens non eximit ab oneribus ſuſceptis.
Ergo nec numerus deficiens eximit ab immuni-
tate jam acquiſita, ut idem operetur propoſitum
in propoſito quod oppoſitum in oppoſito, *leg.
fin. §. ſi filius. §. de leg.* 3. Ripa ubi *ſuprà. nu.* 17.
Rolandus à Valle *num.* 56. qui affirmat quod
in ea cauſa numerus liberorum non habet tractum
ſucceſſivum, quia ſimpliciter non videtur con-
ceſſum privilegium contemplatione filiorum, ut
eos alat pater, ſed principaliter in favorem pa-
tris, & Reipub. cui pater liberos procreavit, ut
per Alciatum *dicta præſumptione* 36. & alios *ſuprà*
relatos.

Rurſus ad numerum liberorum explendum,
& affirmandum ſufficit quod aliquis liberorum † 51
mortuus fuerit in bello pro Republica aut Prin-
cipe, ut quis exemptionem cum aliis vivis nan-
ciſcatur; Albericus *in rubrica de muner. & hono-
ribus num.* 88. Illi enim qui pro Repub. ceci-
derunt in perpetuum per gloriam vivere intel-
ligun-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

liguntur *leg. Bello amiſſi, ff. de excuſatione tutor.*

52 Non tamen proderunt liberi adhuc † in utero exiſtentes, ut per Joann. de Platea *in dicta leg. nepotes*, Angelus *in §. 1. Inſtit. de excuſatione.* Petrus Antibol. *de muneribus, & honor. in §. 2. de diviſione munerum, num.* 26. Albericus *in rubric. de muner. & honor. num.* 8. Nam iſto caſu exiſtens in utero non habetur pro nato ad commodum ipſius, *leg. qui in utero. ff. de ſtatu hominum.* Roland. à Valle *dict. conſ. 56. n. 6.* nec etiam adoptivi *leg. 2. §. adoptivi, ff. de excuſat. munerum.* quod quomodo procedat tradit Roland. ubi *ſuprà. num.* 5.

Poſtquam verò de excuſatione ob numerum liberorum diximus, ut ad noſtrum thema reverta-
53 mus, excuſantur etiam infirmi † ad textum *in leg. 2. §. quæ ita, ff. de vacation. muner.* Avendan. *de exequendis mand. dict. cap. 19. ſub num. 17. verſ. tertius caſus*, Azevedo *in leg. 6. tit. 5. lib. 3. novæ Recop.* & facit text. *in §. item propter adverſam valetudinem inſtit. de excuſationibus tutorum*, & *in dicta leg. 2. tit. 17. part. 6.* ibi : *la ſettima es del enfermo de tal enfermedad que nunca pudieſſe guarecer*, Maſtrillus ubi *ſuprà n. 92. cum ſeq.* Unde Manlius Torquatus Conſul declaratus excuſata oculorum valetudine centuriam illam, quæ ſuffragium tulerat revocari juſſit, proximum, ac periculoſiſſimum ſeſe exemplum dixit introductum ſi oculis alienis Rempublicam adminiſtrandam ſuſpiret, hortatus eſt alium magis idoneum eligerent; cum verò cuncti inſtarent, *alium* (inquit) *quærite, Quirites, ad quem honorem hunc transferatis, nam ſi me gerere eum cogetis, nec ego mores veſtros, nec vos Imperium meum perpeti poteritis.* Itaque ſuffragio denuo inito conſules electi alii fuerunt, juſtam enim cauſam arbitrati ſunt, ut teſtatur Livius *lib. 6.* Plinius de viris illuſtribus *cap. 28.* & Valerius Maximus *lib. 6. cap. 4.* & privilegiis infirmorum agit Gomerius *in regula Cancellar. de infirmis reſignantibus quæſt. 9. per totam.*

Infirmitas autem (quæ ab honorum munere
54 † excuſationem poſſit præſtare) qualis debeat eſſe judicis arbitrio relinquenda eſt, ut tradit Bald. *in authent. ſed ſi quis ab aliquo, num. 13. Cod. de teſtibus* Lucas de Penna *in leg. unica Cod. de mend. validis lib. 1.* Socin. Senior *conſ. 444. col. 4. lib. 2.* & Marſilius *in leg. quæſtionis modum numero 19. ff. de quæſtionibus*, Judex ergo quem infirmum, & valetudinarium eum arbitrabitur qui modo corporis habitu, & affectu ſæpè malè valet, & frequenter ægrotat; Socin. *in cap. quoniam frequenter de inſti. col. 4. verſ. tertio declaratur*, & cum intrinſeco morbo aliquo ex honorum exceſſu cauſato laborat, & eum qui ita ex morbo debilitatus, aut impeditus eſt, ut onere, vel officio de quo agitur incumbere non valeat, *leg. 1. §. ſed ſciendum ff. de ædilitio edicto.* Dum morbum in toto corpore intelligit, ut febris, in parte, ut cæcitas, vel debilitas, & ejus verba retulit Aulus Gellius *lib. 4. noct. Attic. cap. 2.* Menoch. *lib. 2. de arbitrariis caſ. 60.* unde debilitatus excuſatur à muneribus quæ corpore implenda ſunt, *leg. 2. §. corporis debilitas ff. de vacat. muner.* & à munere judicandi, *cap. ſi pro debilitate de officio delegati*, cum ibi notatis, Azevedo *in dicta leg. 2. qui*
55 *ait*: aut vera tamen, & propria infirmitas † eſt illa quæ ex humorum exceſſu cauſatur, ex quibus ſuccedit febris, ut tradunt moderni Avenionenſes *in tract. de peſte*, & propriè de illo infirmo qui in lecto jacet, & febri corripitur debent intelligi argumenta eorum quæ dicit Bart. *in leg. §. hoc interdictum per textum ibi, ff. de fonte*, Rebuff. *in concord. Franciæ rubr. de Collatione, §. 1. verbo impedimento in princ. pag. 3.* & Felinus *in repertorio ſuo verbo infirmitas eſt ſufficiens cauſa. fol. 60.* (& ſic inquit textus noſter *continuamente*) nam ſi continuo gravis & infirmitas, eſt apellatione infirmitatis, & gravis, eſt intelligendum ſecundum Gometium *in Reg. Cancell. de infirmis reſignantibus quæſt. 28.* & ita in ſimili declarat Oroſcius *in leg. 1. n. 11. ff. de officio ejus cui mandatum eſt juriſd.* & facit textus, & ibi tradit Bart. & DD. *in leg. quæſitum ff. de re judicata.*

Quomodo autem probetur infirmitas † tradit 56
Henriq. Rota *in tract. de ſynodo Epiſcop. 2. part. num. 59.*

Excuſantur etiam ab his officiis, & muneribus perſonalibus originarii † alibi habitates ſi vocan-
tur ad officium in loco originis, ſi tamen alii ſint 57
idonei, aliàs ſecus, & ſibi imputent, quòd alibi ſe tranſtulerunt Petrus de Valdis *in tractat. de collectis numero 33.* refert, & ſequitur Montanus *de adminiſtratione univerſitatis pragmat. 2. numero 336.*

Et alibi officium habentes † ad textum *in leg.* 58
*ff. de vacat. muner. gloſſa in leg. 2. Cod. quemadmodum civilia munera lib. 10.* ſpecialiter *in tit. de cenſibus §. nunc dicendum, & §. ſi ut proponas Cod. quando provocare non eſt neceſſe*, Antibolus *de muneribus part. 3. num. 6. cum ſeqq.* Cavedo *deciſ. Luſitana 84. num. 21. part. 1.* ubi quod nemo ad duplex officium poteſt eligi ſeu ad duo officia ſimul, nec appareat ad quod prius fuit electus optio erit electoris non electi probat gloſſa *in dicta leg. 1. Cod. quemadmodum civilia muner.* & quod tutela non excuſat à muneribus civilibus, *leg. tutelam Cod. de excuſationibus munerum.* nec decuriones ſemel electum poſſunt excuſare *leg. 1. Cod. de decretis decurion. lib. 10.* & alia pleraque ſummè utilia in propoſito tradit ibi Cavedo.

Excuſantur etiam † Conductores principales 59
gabellarum ſeu redituum Regalium, & univerſitatis ad textum *in leg. unica quibus muner. excuſ. qui poſt impletam militiam lib. 10.* non verò hi qui ab eis conducunt; Cavedo *dicta deciſione 84. n. 26. cum ſeqq.* quem ſequitur Maſtrillus *dict. cap. 30. n. 105.*

Rurſus excuſantur qui majores † magiſtratus 60
adminiſtraverint, vel honorabilia officia exercuerint, ſi ad minora fuerint vocati, & electi, *leg. majores Cod. quemadmodum civil. muner. dict. lib. 10.* ubi Odofred. & Joannes de Platea, Carolus de Tapia *in leg. fin. ff. de conſtitution. Principum, 2. part. cap. 9. numer. 94.* & pluribus in oppidis Caſtellæ ita obſervari vidi, & jam conſuetudine obtentum quod vulgariter dicitur, *que no puedan decaer*, Cavedo, & Maſtrillus *dictis locis.*

Sed & pauperes ſi minus † idonei ſint, 61
& injuncto muneri ſufficere non poſſint, excuſari debent *ad textum in leg. honor. §. de honoribus, ff. de muner. & honor.* Antibolus de *dict. 3. part. ſub n. 46.* Montanus *de adminiſtrat. univerſitat. pragmat. 2. num. 332.* Cavedo ubi *ſuprà numero 29.* Maſtrillus *numero 104.* & aliqua in propoſito circa paupertatem, *alibi* diximus.

Excuſantur denique † nobiles ſi ad vile offi- 62
cium, & indecorum eligentur, *leg. munerum §. judicandi quoque. ff. de muner. & honor. leg. final.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*final.* & ibi Bart. *Cod. de ſuſceptis lib.* 10. & *in leg.* 1. *Cod. de dignit. lib.* 12. Bobadill. *dicto cap.* 1. Cavedo ubi *proximè n.* 26. Marcus Anton. Surg. *de Neapol. illuſtribus cap.* 23. *n.* 16.

63 Et quæ ſint officia indecorabilia † & quæ nobilia diximus, *in cap.* 1. *remiſſivè*, & ex conſuetudine Regionis, provinciæ verificatur Bart. *in leg.* 1. *Cod. de dignit. lib.* 11. *num.* 10. Cavalcan. *deciſ.* 41. *n.* 23. Garcia *de nobilitate gloſſa* 7. *num.* 12. Domin. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis cap.* 28. *num.* 5. ubi ait nobilem ab officio œconomiæ Eccleſiæ, vel alterius piæ confraternitatis excuſare ſe non poſſe, tale enim officium honorificum reputatur quia ſervire Deo regnare eſt; unde David 2. *Regum cap.* 6. *ad finem* ait: *vivit Dominus, quia ludam ante Dominum, vilior fiam at glorioſior apparebo*, & ibi alia jura allegat.

64 Cujus excuſationis intuitu, & occaſione † non poſſum reticere, & ſilentio prætermittere litem, quæ in hac curia hoc anno fuit ventilata ſuper delatione cujuſdam tutelæ à qua excuſare nominatus intendebat; quia ſe nobilem dicebat, vulgo *fidalgum*, pupillum autem cujus tutela deferebatur plebeium eſſe, quæ communiter vocamus noſtro idiomate *Pechero*; & ſic tale officium non convenire nobilitati ſuæ, & ſanè quæſtio prædictæ litis ſatis dubia & præſtantiſſimis Auditoribus, & Advocatis cauſam agentibus viſa fuit; & ad ſecundam Aulam remiſſa, undique ab ipſis utrinque adducebatur, & quid in lite deciſum fuerit breviter referam.

65 Et contra nominatum qui prætextu † nobilitatis ſuæ excuſationem propoſuit plura utique faciunt, & perpendi poſſunt & primo maximè urgere videtur textus *in leg. Spadonem* 17. *ſi ſcire oportet*, *ff. de excuſatione tutor.* ibi: *ſcire oportet nulli dignitatem tribuere excuſationem. Unde ſi quis ſenator fuerit hic tutor erit, & eorum qui inferioris ordinis eſt quam ſenatorum*, eò maximè quod ille qui accepit vel habet immunitatem civilium, vel publicorum munerum is tutela vel cura non excuſabitur, ut *in dicta leg. ſpadonem §. qui accepit.*

66 Secundò quia excuſatio † à tutela non competit niſi ex cauſis à jure expreſſis de quibus *in tit. de excuſatione tutorum* & *inſtit. eodem*, ut docet textus *in leg.* 1. *tit.* 17. *part.* 6. ibi: *Razones ciertas por que los hombres ſe pueden excuſar que no ſean guardadores de huerſanos*; Mandoles Albenſius *conſ.* 580. *ex n.* 15. Joann. Stephan. *quæſt. Juris*, *cap.* 34. qui agit de procuratoribus curiæ ſe excuſantibus, ſed inter eas non invenitur, nec numeratur talis excuſatio, ut ex inſpectione jurium & cum eis loquentium patet; ergo procedit conſequens.

67 Tertiò ex eo quod jure communi attento † nobilis perſonalia, & realia munera ſubire compellitur, ut de perſonalibus, probat textus *in authent. de defenſoribus civitatum*, *§. audiam verſ. ſi quæ verò*, ubi redditur ratio in fine ibi: *Convenit enim unumquemque nobilium ſemper fruitionem agere civitatum, quam inhabitantem hanc eis conferre habitationis diſpenſationem*, & *in leg.* 3. *§.* 1. (ſi ſolerter inſpiciatur) *ff. de muner. & honor.* nam poſtquam dixit quod milites excuſantur à muneribus perſonalibus (de illis enim loquitur textus ut ait gloſſa) ſubjungit *lex* 1. *Cod. cæteros acie privatos id eſt non militantes, quamvis militum ſint cognati, legibus patriæ ſuæ, & provinciæ obedire debet*, & illum textum notat Salicetus ibi: *contra nobiles*, & in realibus, & patrimonialibus textus *in leg. munerum §. patrimonialium autem verſ. ab hujuſmodi muneribus*; ubi expreſsè notat Bartol. *ff. de muneribus, & honoribus leg. reſcripto, §. ultimo*, ubi, & utrumque voluit Salicetus in ſua *repetitione*, *col. antepenultima*, *ff. eodem.* Albericus *in tract. de muneribus & honoribus* quæ poſſum ſuper *dicto tit. exceſſ.* ſed quæro numquid nobiles excuſantur, *& in leg. qui origine in princip. ff. illo tit.* Petrus Antibolus *de illo tract. exceſſ. ex nota, hoc quæro numquid nobiles*, Bertrand. *conſ.* 123. *ponitur in facto col.* 1. *lib.* 1. Ripa *lib.* 2. *reſponſ.* 21. *Nobiles*, & *lib.* 2. *reſponſ.* 4. *ſupremus Dominus col.* 3. *verſ. videndum ergo reſtat, ut reſponſ.* 26. & alios refert, & ſequitur Tiraquel. *de nobilitate*, *cap.* 20. *n.* 159.

Quartò quia nobiles regulariter prædicta † tu- 68
telæ exemptione & immunitate non gaudent, niſi illi tantum quibus ob magnam eorum generoſitatem, vel ob aliquid ſpeciale privilegium expreſsè fuit indulta talis exemptio, ut *in leg. non tantum §. Illienſibus*, *ff. de excuſationibus tutorum*: *Illienſibus* (inquit Galiotratus); *& propter inquiſitam nobilitatem civitatis, & propter conventionem originis Romanæ jam antiquitus, & ſenatuſconſultis & conſtitutionibus Principum pleniſſima immunitas tributa eſt, ut etiam tutelæ excuſationem habeant; ſcilicet eorum pupillorum Illienſes non ſint*, idque Divus Pius reſcripſit, ubi Bald. & Nicol. de Neapol. *in lectura Bart.* notant per illum quod propter nobilitatem aliquando conceditur immunitas, Tiraquel. ubi *proximè num.* 166. Cujac. *lib.* 10. *obſervat. cap.* 5. unde habemus apud Capitolinum in Gordiano Senatum ſummi muneris loco clariſſimæ Gordiani familiæ tribuiſſe ut ejus poſteri ſi vellent à tutela vacarent.

Vel nobilibus in aliqua nobilitate † ſeu officio 69
conſtitutis, cujus intuitu, & prætextu talis ſolet concedi immunitas facilè, non generaliter aliis nobilibus extra dignitatem, ut *in lege ſenatorum*, & *in leg. nemo §. tutus verbis, & in leg. præcipimus Cod. de dignitat. lib.* 12. *& dicta leg.* 3. *§.* 1. *ff. de muneribus, & honor.* loquitur in militibus actualiter exiſtentibus in caſtris quemadmodum, *leg.* 3. *tit.* 17. *part.* ibi: *Cavalero que eſtubieſſe en corte del Rey o en otro lugar ſeñalado por orden del, o por procumenal de la tierra vien ſe puede excuſar que no tome guarda de huerfano por raçon de aquel ſervicio que, &c.* & *in leg.* 14. *tit.* 16. *eadem part.* ibi: *muntas viviere fuera de ſu caſa ſerviendo al Rey, o a otro ſeñor en ſervicio de Cavalleria*, ſumpto argumento, ad ſenſus, quod validiſſimum eſt in jure, ut *in leg.* 1. *§. hujus rei*, *ff. de officio ejus cui mandata eſt juriſdictio*, ut *in leg. qui teſt. §. mulier. ff. de teſtament.* Nerardus *in Topicis legal. cap.* 4.

Quintò quia tutelæ munus † nec ſordidum 70
nec vile unquam fuit reputatum, & maximam habet poteſtatis, protectionis, & Dominii autoritatem; nam autoribus, & curatoribus ratione adminiſtrationis, quam exercent quædam veluti poteſtas, & dominatio in eos quos gubernant, & res ſuas concedi videtur, prout Divus Paulus expreſſit, *ad Galat.* 4. *quanto tempore* (inquit) *hæres parvulus eſt, nihil differt à ſervo, cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus eſt*, id Cicero 4. *Tuſculan.* ubi de furioſo loquens, qui ita ſit affectus cum Dominium rerum ſuarum vetant duodecim tabulæ, illa nimirum lege quæ his erat verbis concepta *ſi furioſus eſſe incipit agnatorum, gentiliumque*

in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto*, de qua idem Cicero *lib. 2. de inventione*, & plura tradens Balduinus *ad leg. 12. tabul. cap. 28. & 24.* Othomannus, & Revardus, *cap. 13. practic. cap. 27.* Anton. Auguſt. *cap. 11. pag. 229.* & Budeus *in notis ad leg. ff. de ædilitio edict.* Baeza *de decima tutorum part. cap. 2. n. 32.* ubi quod tutor habetur loco Domini, & patris.

71 Et ratione hujus protectionis † curæ Princeps tutor ſeu curator Regni, & Reip. dicitur, & ad eum principaliter ejus clientela ſpectat, ut tradit Seneca, *lib. 1. cap. 4. de Clementia ad Neronem.* & Franciſcus *topic. tractat. de poteſtate Principis ſæcul. §. 5. num. 36.* D. Salgad. *de Regia protect. cap. 2. præludio 2. num. 76. & præludio 5. nu. 204.* D. Joan. de Solorzan. *lib. 2. de jure Indorum, cap. 9. & ex num. 48.* Cur ergo nobilis quiſque tutoris nomen, & officium aſpernabitur.

72 Sextò; quia in oppidis, & urbibus † populoſis frequenter nulla datur, aut ſaltim non tam aperta eſt inter nobiles, & plebeios differentia, ad omnes pariter aſſumptiones, & munera publica vocari, & admitti plurimum quieti, & tranquillitati Reipub. expedit, ut teſtatur Daniel Othon. *de jure publico Imperii Romani part. 19.*

73 Pro contraria verò † ſententia, quæ pro nobili facit ut ſe excuſet à tutela plebeii, adſtipulatur primò textus *in leg. 1. §. libertinis*, Pupillis ingenuos tutores, vel curatores Præſides non dabunt, niſi omnimodo libertinorum penuria ſecundum locum illum ſit.

74 Secundum idem firmatur † ex textu *in leg. cum ex oratione 40. ff. eodem tit.* ibi: *cum ex oratione Divi Martii ingenuus libertino tutor datus excuſari debeat*, & *in leg. 3. Cod. eodem tit. de excuſat. tutor.* ibi: *excuſationis quidem tuæ ſi ingenuus libertino datus eſt certa cauſa eſt.* Ex quibus juribus probatur diſparitatem conditionis pupilli, & tutoris, vel curatoris nominati excuſationem à tutela præſtare, obſervat Franciſcus Duarenus *in comment. juris ad lib. 27. tit. 1. de excuſat. tutorum, cap. de cauſis excuſationum.* ibi: *hæc quæ hic dicuntur ſequuti ſunt qui mores noſtros introduxerunt quibus nobiles ſe excuſare poſſunt ſi dentur tutores plebeiis, quod ſcio receptum eſſe*, ſequitur Borrel. *lib. 3. comment. Jur. cap. 19. littera M.* qui licèt de ingenuis & libertinis locutus fuerit de nobilibus etiam cenſuit, ut ſentit Oſcaldus Eligerus ibi.

75 Tertiò videtur probare † *ex leg. 21. tit. 14. lib. 6. recopil.* hoc modo inducta, quod in ea agatur de revocatione exemptionis aliquibus conceſſæ tributorum, & tutelarum, ut patet: ibi: *Empadronadores, ni correjidores, ni tutores*: videntur ſtatim ſequentia verba: *y queremos que no gozen de ello ſalvo aquellos que los derechos y leyes de nueſtros Reynos excuſen de los tales cargos y officios.* Præſupponit namque legiſlator (licèt aliud agens) nobiles non ſolum eſſe legum diſpoſitione à muneribus, & tributis liberos, ſed etiam ab officiis, quo verbo tutela comprehendetur, *leg. athlete, §. 2. ff. de excuſat. tutor.* & in hanc ſententiam videtur ſe inclinare Otalora *de nobilitate. §. par. principali cap. ult. n. 1.* dum ſæpius repetit nobiles eſſe exemptos ab omnibus muneribus realibus, & perſonalibus.

Quartò; quia validum eſt argumentum de milite cæleſti ad terreſtrem, & ſic Clericus
76 † tanquam eques cæleſtis militiæ & gaudet privilegiis equitis armatæ militiæ, & quoad ea in multis exequantur, *cap. de gradato de pœnis lib. 6.* gloſſa *in leg. milites Cod. de locato, & in leg. miles* ubi Bart. Angel. & DD. *ff. de re judicata*, Everardus latè *in topicis legalibus loco 22.* Sed ſic eſt quod licèt Clericus ſit ſi vult poteſt eſſe tutor, nec ei denegari debet tale officium, invitus tamen & renuens non poteſt, *in auth. præſul. totos, Cod. de Epiſc. & Clericis leg. 45. ad finem, tit. 9. part. 6.* Baeza ubi *ſupra n. 38. in fine*, ergo nec debet compelli nobilis.

Quintò, quia tutela munus † perſonale eſt, ut 77
*in leg. 2. §. 1. ff. de muner. & honor.* ibi: *illud tenendum eſt generaliter perſonale ſi quidem munus eſſe quod cum corporis labore, & ſollicitudine animi, & vigilantia principaliter exiſtit*; cum *ea lege final. ff. eodem, tit.* ibi: *munera perſonalia ſunt quæ animi praviſione, & corporis intentione ſine aliquo generis detrimento pertractantur, veluti tutela, & cura alendi, quem aliquæ curatio, & quæſtura in aliqua civitate inter honores non habetur & ſic valdè oneroſum*, & pluribus exornat, & comprobat Baeza *dict. cap. 32. per totum*, maximè *num. 36. verſ. Laboret adminiſtrare, & num. 182.* ibi: *Ergo jure optimo decima tutori datur, tantum enim laborem æquum eſt præmio penſari.* Laborem appellat tot res, tot caſus, tot pericula, non enim penſatur decima quilibet labor, ſed labor tutoris, qui tantus eſt, ut citius navem adornaveris, quàm eum ad vivum expreſſeris, Dominus Perez de Lara in compendio vitæ hominis, *cap. 27. numer. 3. & 4.* & facit *lex 2. tit. de la guarda de los huerfanos lib. 3. fori*, ibi: *por razon de ſu travajo*, officia autem honoris, & non honoris nobilibus hercle non conveniunt, ut ſæpius à nobis dictum manet.

Sextò conducit in propoſito elegans Conſilium Jacobi Galli 89. ubi ait nobiles † non poſſe 78
compelli ad officia etſi vilia non ſint dum tamen aliquo modo nobilitati, aut opinioni præjudicent. Negari autem non poteſt quod ſi nobilis tutor ſit plebeii, in aliquo turbabitur ejus conditio, cum exactores tributorum ſuam domum intrent, & exeant extracturi pignora, & collectas vel tributa vulgo, *Pechos* pro perſona, & bonis pupilli, & fortaſſis quandoque qui viderint non ſatis perceperint intuitu cujus fiebat aditus in domum tutoris, & ſolutio Collectarum, ſuis filiis, & nepotibus de ſua nobilitate poſt agentibus actus confeſſione in teſtes admiſſi & recepti quid pernicioſiſſimum poterunt dictis ſuis concludere quibus nobilitatis aqua nitida turbetur, & quaſi ex caligine fœtida appareat.

Hæc vobis in hac ancipiti quæſtione pro utraque parte aliis omiſſis ſax ſit; in qua ſi meum licèt interponere Judicium cum puncto juris veriorem primam partem utique reor eſſe grano ſalis tamen temperandam, quod eam non ſemper & praxis admittat; quoties in loco in quo pupilli plebeii tutor nobilis deſignatur, ſed penuria tutorum; hoc enim in caſu loquuntur Guillielmus Bened. *in cap.* Raynutius *verbo & uxorem Adelaſiam num. 405.* qui mendosè allegatur, *numer. 666. de teſtamentis*, Bobadill. *lib. 2. part. 1. cap. 15. n. 42.* Nam Jacobus de Arenis, Nicolaus de Neapolis & Bald. quos ipſe refert, & quorum autoritate nititur ſua opinio in hoc caſu loquuntur, & non indiſtinctè, ut patet ex Bald. *dicto loco n. 2.* ibi: *Nota hic quod propter penuriam perſonarum interdum nobilium ad ignobilium obſequia convertantur.* Baeza *dicto cap. 2. n. 39.* & Doctor ſemper eſt intelligendus † ſecundum jura quæ allegat, & 79
in lite mota, & in iſta curia ſic deciſum fuit in favo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

favorem nobilis qui excuſationem pupilli plebeji intendebat, & uti credo ea ratione moti fuerunt ſapientiſſimi Auditores, cum pupillus, & bona in hac florentiſſima & vicinorum numeroſa inclyta urbe eſſent, ubi non potuit conſiderari penuria tutorum, ſed ex ſimulatione, & nota malitia, Nobili verò Joachin de Izcarei tutelam delatam fuiſſe.

Nec abſque prædicta omni caſu diſparitate conditionis tutoris nominati, & pupilli excuſa-
80 tionem præſtare intelligas te quidquam moveat † textus *in dicta leg.* 1. *§. libertinis*, & *in dicta leg. cum ex oratione* 47. *ff. de excuſatione tutorum*, & *in dicta leg.* 3. *eodem tit.* loquuntur enim in libertino qui reſpectu cujuſlibet ingenui infimæ admodum conditionis eſt, & ex levi cauſa poterant inter virtutem reduci, *leg.* 2. *Cod. de libertinis & eorum liberis*, nec ad convivia invitabantur, Suetonius, *in Auguſto Prætor. pract. diſput. lib.* 1. *cap.* 16. Et ſic induces reputatum, & exiſtimatum fuit ingenuum libertini bona & perſonam adminiſtrare, tamen data penuria, & inopia tutorum nulla erat excuſatio, Anton. Auguſt. *emand. lib. ſingular. ad Modeſtinum in rationibus ad legem libertini*, *ff. de ſtatu hominum ſol.* 232.

81 Nec etiam textus † *in leg.* 21. *tit.* 14. *lib.* 6. quaſi attentè perpendatur in verbis ſuprà ponderatis non ſupponit nobiles eſſe exemptos à tutelis & officiis perſonalibus, ſed loquitur indiſtinctè de eis qui excuſationes habent à jure; nempe ob plures cauſas, & rationes de quibus in iſto capite mentionem ſpecialem facimus. Nec Otalora eſt intelligendus abſolutè ut liberum faciat, & immunem nobilem ab omnibus muneribus realibus, & perſonalibus, ſed ab eis tantum quæ nobilitati prorſus repugnent. In realibus veluti in tributis vulgo *Pechos*, & aliis ſuper indictionibus ad quas tantum tenetur plebs in perſonalibus veluti in officiis prorſus vilibus, & abjectis, & pro talibus à jure, vel communi loci exiſtimatione uſurpatis, & ſuſceptis: nec enim Otaloræ intentio potuit alia, & diverſa eſſe, ſiquidem quoad ſpecialiter agit de excuſatione tutelæ in nobili, non dixit abſolutè nobilitatem excuſationem præſtare, ſed his verbis perſtrictis uſus fuit, imo propter nobilitatem ſolet quandoque à Principe tribui immunitas etiam à tutela ut eſt textus quem omnes dicunt ſingularem, *in leg. non tantum §.* 1. *in princ.* ibi *& propter inclytam nobilitatem*, *ff. de excuſat. tutorum.*

Et ad alia fundamenta ex ſupra dictis à nobis animadverſis facilis eſt tibi reſponſio, & ſic ad alias excuſationes officiorum reddes. Mi-
82 nores † etiam viginti annis excuſantur ab officiis & muneribus publicis perſonalibus, *leg.* 2. *§. de minor. ff. de vacat. munerum*, *§. item ſi major*, *Inſtituta de excuſatione*, Gratian. *diſceptat. Jur. cap.* 805. *num.* 14. D. Perez de Lara ubi *ſuprà*, latè Maſtrillus *lib.* 2. *de Magiſtratibus cap.* 5. & facit totus titulus, *Cod. qui ætate*, *& profeſſione ſe excuſant*, ubi de profeſſoribus aliquarum artium. Item excuſantur aliqui artifices, & qui ſint videbis, *in tit. de excuſat. artificis lib.* 2. Cavedo *dict. deciſ.* 84. *n.* 40.

83 Et ſi electus ad aliquod officium moritur † non tranſit onus ſubeundi munera ad hæredem ut *in tit. Cod. ſi poſt creationem quis deceſſit*, *eodem lib.* 6. Cavedo ubi *proximè n.* 41.

84 Excuſantur denique Advocati † ab iſtis officiis oneroſis & muneribus perſonalibus, ut *in leg. medicos Cod. de profeſſoribus*, *& medicis*, *lib.* 10. Nata *conſ.* 65. *numero* 1. Ripa *in tractatu de peſte* *tit. de rem. præſervativis n.* 216. Francus Marcus *deciſ.* 636. *n.* 4. & pluribus comprobat Jacob. Ren. *in tract. de privil. juriſconſultorum*, *part.* 3. *privil.* 69. *n.* 1. Cavedo ubi *ſuprà n.* 43. Fontanella *dict. clauſula* 4. *gloſſa* 10. *n.* 227. & nos jam *alibi* latiùs diximus.

Poſtquam autem de excuſationibus verba diximus, nunc ſolum ſupereſt pro iſtius capitis com-
plemento quomodo, & quo tempore † allegari, 85
& proponi debeant breviter ſubjicere, & praxim eis utendi exponere: & ſanè licèt in tutore, & curatore ſe excuſante coram ipſo judice ordinario qui eum nominavit, debeant cauſæ excuſationis proponi & allegari intra quinquaginta dies à die ſententiæ dationis, ſeu nominationis tutelæ numerandos, dummodo is ſit in loco in quo datur tutor vel curator, vel alibi, intra tamen centum milliaria; ſi verò abſens fuerit intra centum milliaria aſſignatur pro ſingulis viginti milliaribus unus dies, & inſuper triginta in quibus ſuam excuſationem manifeſtet; & judex debet ferre ſententiam approbando, vel reprobando excuſationem, namque antea licet appellare, non verò pro aliis vicibus, & officio illi, ſi poſtea alio tempore fuit nominatus in eo, vel in cæteris officiis quibus conveniet excuſatio, *leg. voluntariè Cod. de excuſat. tutor.* ibi: *voluntariè munera privilegiis non denegant*, *leg.* 2. *Cod. de his qui ſponte publica munera lib.*10. Bartol. *in leg.*1. *ff. de conſtitutionibus Principum in fine.* Alexand. *conſ.* 33. *n.* 8. *vol.* 5. notat Greg. Lopez *in leg.* 42. *tit.* 18. *part.* 3. *verbo ſeſta trienta annos*, ubi ait quod ſi quis haberet vi immunitatis complementum reſpectu muneris, & tamen ſolvat nocet ſibi in ſolutis non in ſolvendis, Andreas Gail. *practicarum obſervat. lib.* 2. *obſervat.*60. *n.*12. qui pulchrè rem proſequitur per varios caſus procedens, ut in eo qui licèt immunitatem habeat paſſus tamen fuit ſe deſcribi in libro ſolutionum, de quo per Felin. *in cap. cum acceſſiſſem n.* 29. *de conſtitutionibus*, Jacob. Menoch. qui materiam rectè explicat *de præſumptio.* 6. *præſumpt.*41. *n.* 7. Puteus *deciſ.* 188. *n.* 3. *lib.* 2.

Cui reſolutioni plura utique reſiſtunt † jura ex 86
diametro, ut *ex textu in leg.* 16. *de his qui ſponte munera public. ſubeunt* ibi: *redire ad excuſationem quam reliquerunt non poſſunt*, & *in leg.*3. *§. fin ff. de jure immunitatis* ibi: *ſi honorem decurionatus agnoverint compellendos publica munera accipere*, & *in leg. ultima in fin. ff. de privilegiis veter.* ibi: *Muneribus fungi coguntur*, & *in leg. Prætores*, *§. ſi poſt cauſam*, *ff. de vacat. munerum*, ibi: *ſemel enim agnoſcendo judicium renuntiat excuſationi*, & *in leg. Campanus*, *ff. de operis libertorum* ibi: *ſed ſi cum poſſet ea recuſare obligari ſe paſſus ſit, non inhibendam operum præſtationem, quia donaſſe videtur*, & *in leg. ſi quis delegat. var.*12. *ff. de donat.* ibi: *ſimilis videtur ei qui donat; quoniam remittere exceptionem videtur.* Ex quo textu colligitur interpretes cum quis fert excuſationem ſibi competere, & non opponi renuntiare videri & *in leg.* 2. *Cod. de tabulariis lib.* 10. ibi: *conditionem habeat quam ipſe elegerit depoſiturus ſui ordinis dignitatem*, & *in leg.* 2. *§. fin. ff. de decurionibus* ibi: *majores annis quinquaginta ad decurionatus honorem invitati vocari conſtitutionibus prohibentur*, *ſed ſi ei rei conſenſerint*, *& ſi majores annis* 70. *ſint*, *munera quidem civilia ſubire non coguntur*, *honores autem gerere debent*, & *in leg.* 3. *Cod. de decurionibus lib.* 10. ibi: *cum decurionatus honorem ſponte ſuſceperis ex albo eximi*, *licèt annoſum te eſſe dicas*, *non potes*, & *in leg.* 2. *Cod. de jure dominii impet.* ibi:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ſi crediter pignus jure dominii à noſtra ſerenitate poſſidere petiit, & per formam reſcripti alio anno uſuras à vobis accepit an beneficio impetrato reſcripſiſſe videatur*, & *in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus*, ibi: *niſi poſtea dicti Canonici contravenerint aliqua videlicet in primicerium eligendo*, & *in cap. pro illorum de præbendis* ibi: *ſponte ſua Canonici ultra numerum Canonicorum receperunt.*

Prædicta tamen omnia jura ſingulariter, &
87 eruditiſſimè ✝ expendit, & intelligit, & cum reſolutione noſtræ ſententiæ conciliat Joannes Garcia *gloſſa 6. num. 29. verſ. ut autem rem comprehendit.* Carolus Tapia *in leg. de conſtitutionibus Principum*, 2. *part. cap. ex num.* 1. *uſque ad* 12. Gregorius Acatius *de privil. lib.* 3. *cap.* 15. *ex n.* 1. *uſque ad* 12. Camillus de Medicis *conſ.* 63. *ex num. uſque ad* 8. Auguſt. Barboſa *ad dicta cap. cum acceſſiſſent, num. 6. cum ſeqq.* ubi latè agit de unico actu contraventionis Fontanella qui Joannem Garciam nec vidit, nec retulit ubi *ſuprà num.* 132. *cum ſeqq.* qui *num.* 136. diſputat breviter, & reſolvit dubium illud, quid è converſo erit dicendum in eo, qui cum poſſet ad aliquod officium, ſeu munus publicum concurrere, & de facto in eum ſors cecidiſſet pro eo gerendo renuntiavit eidem propter aliquod forſan impedimentum naturale quod haberet, vel alias cenſens ſe illud non poſſe exercere, an per hujuſmodi renuntiationem cenſeatur renuntiaſſe muneri; addes ut quandocumque in eum poſtea contingat ſors non debeat nec poſſit admitti, nec reſolvens ita ait huic dubitationi facilem eſſe judici reſponſionem ex eiſdem, quæ in præcedenti latè deduximus, aut enim iſte renuntians renuntiavit ſimpliciter ſorti, quæ ſuper eum cecidit, & tunc hæc contraventio non poteſt privare niſi pro illa vice tantum, aut verò renuntiavit ſolemniter ſortibus etiam futuris & tunc clarus eſt caſus quod ſibi præjudicaverit. Idem caſus fuit diſputatus in Senatu de anno 1605. in cauſa in eo vertenti ad relationem egregii ſenatoris Jacobi Pineda inter Bernardum Pennam Pharmacopolam civem, & Conſules ibi juratos dictæ civitatis: & tandem in favorem dicti Pennæ reſolutum cum declaratione facta 5. ſeptembris dicti anni 1605. *declarando* ſcilicèt non potuiſſe dictum Pennam inhabilitari pro officio conſulis pro quo ſorte extractus fuerat; & ex eo quod tam in Conſilio generali dictæ civitatis quàm publicè dixiſſet & declaraſſet ſe nolle eſſe conſulem dictæ civitatis, nec præeſſe muneri nec officio conſulis & Jurati, quia erat ſurditate impeditus.

---

## CAPUT XIII.

### Officia Reipublicæ durante tempore pro quo nominario ſeu electio facta eſt, an revocari poſſint, & quid ſi ad beneplacitum vel nutum fuerint conceſſa.

*SUMMARIUM.*

1 *Revocari regulariter non poſſunt officiales ab officiis Reipublicæ durante tempore per quod nominati ſunt, niſi adſit cauſa & admonitio præcedens facta fuerit*, & num. 2.

3 *Revocationis officialis cauſa quænam juſta dicatur.*

4 *Revocari an poſſint officiales creati ad beneplacitum à Rege vel à Domino ſeu Barone quibus eſt facultas creandi.*

5 *Beneplacitum nulli ſubjacet legi.*

6 *Uſus communis loquendi multum operatur in creatione officialium.*

7 *Intellectus extraneus quiſnam dicatur.*

8 *Revocare conceſſionem in officiis quibuſcumque perpetuis ex cauſa & cum illius cognitione licitum eſt.*

9 *Beneplacitum morte concedentis expirat.*

10 *Precarius velut poſſeſſor eſt ille qui officium ad beneplacitum habet.*

11 *Capellanus ad nutum, non juvatur Regulis de annali & triennali poſſeſſore.*

12 *Patronus ſucceſſor non tenetur ſtare nominationi ſeu conceſſioni à prædeceſſore factæ.*

13 *Capellanus ad nutum poterit revocari per nominantem vel ſucceſſorem aut hæredem in patronatu, etiam malitia ceſſante.*

14 *Tabellionatus officium ſerviendi per ſubſtitutum facultatem habens poteſt eum ſemel poſitum, revocare ad libitum aliumque nominare, etiamſi prius præſentatus fuerit in Conſilio Regio, ibique approbatus poſſeſſionem ceperit.* Ex Azevedo in leg. 4. tit. 25. lib. 4. Recopil. num. 6. & 7.

15 *Mandatum cum pacto de non revocando revocari poteſt & precarium cum detrimento Adverſarii, etiamſi cauſa non adeſſet, dum tamen electus abſit, maximumque incommodum ex revocatione non proveniat.*

16 *Conceſſa à Principe officia ſine temporis præfinitione cenſentur perpetua.*

17 *Concedens officium quamdiu ſuæ voluntati placeret, ex quo ſemel placuit amplius ſine cauſa ei diſplicere non poterit.*

18 *Conceſſum Beneficium à principe debet eſſe manſuræ.*

19 *Mutatio officialium frequenter vergit in detrimentum publicum.*

20 *Mutatio rara Officialium boni Principis ſpecimen præbet.*

21 *Conceſſa officia à Principe ſumma cum difficultate auferenda eſſe pluribus Regni legibus cavetur.*

22 *Tabellionis officium debet eſſe perpetuum.*

23 *Beneplacitum tacitè non revocatur.*

24 *Beneplacitum non expirat morte Principis concedentis juriſdictionem, quando verſatur publicus favor & utilitas.*

25 *Pænitentiarii officium non expirat mortuo Papa.*

26 *Inquiſitorum minorum durant officia defuncto generali Inquiſitore.*

27 *Expenditur in propoſito textus* in leg. 2. tit. 1. part. 2.

28 *Tabellio ſemel ad aliquod officium electus non poteſt ſine cauſa removeri.*

29 *Notarius electus per Archiepiſcopum pro vita ipſius Notarii, non poteſt per ſucceſſorem in Archiepiſcopatu removeri.*

30 *Vicarius Epiſcopi non poteſt ſine cauſa removeri.*

31 *Beneplacitum ſeu voluntas, etſi omnem libertatem contineat, non eam tamen habere vel accipere debet quæ honeſtati publicæ & decentiæ opponitur, & quæ abſque alicujus injuria vel detrimento exerceri non poteſt.*

32 *Vox* liberè *quomodo ſit intelligenda & ita non amplietur ut aliquid fiat alterius detrimento*, & n. 33.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

34 *Vox* placeat *qua ratione intelligi debeat.*

35 *Uſus communis loquendi debet ſemper reduci ad diſpoſitionem juris.*

36 *Voces illæ*, durante mera & libera voluntate ſeu beneplacito, *quid operentur in creatione officialium ad beneplacitum.*

37 *Revocationem voluntatis inter & ceſſationem ejuſdem ponitur diſcrimen.*

38 *Concedens juriſdictionem donec eam revocaverit, morte ejuſdem non cenſetur revocata.*

39 *Intelligitur textus* in leg. cum precario, §. fin. & in leg. quæſitum, §. quod à filio, ff. de precario.

40 *Conceſſiones & gratiæ factæ ad Beneplacitum ſedis Apoſtolicæ vel Romani Pontificis, an per mortem ipſius concedentis extinguantur & revocentur traditur*, remiſſivè.

41 *Capellaniarum ſeu Beneficiorum ad nutum & officiorum ſæcularium ad beneplacitum differentia traditur*, remiſſivè.

42 *Azevedi doctrina*, in leg. 4. titul. 25. lib. 4. Recopill. num. 6. & 7. *intelligitur.*

43 *Precarii mandati ex natura procedit, quod illud ad libitum revocari poſſit.*

1 REipublicæ Officiales durante † tempore per quod fuerunt nominati non poſſunt regulariter removeri ab officiis, ut *in authent. de defenſoribus Civitatum, §. jusjurandum*, ubi gloſſa verbo *removendus*, docet Avendan. *in capite prætorum 1. parte cap. 3. verſ. undecimo deducitur*, Bobadill. *lib. 1. politic. cap. 16. num.* 195. & facit textus *in leg. Magiſtratus de injuria*; Bartol. *in leg. ſi finita §. cum furioſe, ff. de tutelis*, Afflictis *in conſtitut. ſtatuimus num. 45. in princip. & num.* 48. Baiard. ad Clarum *quæſt. 73. num.* 48. & idem Clarus *quæſt. 16. n.* 5. Pariſius de Puteo *de Syndicatu verb. accuſatus, num.* 10. & pro quo tempore regulariter concedi ſolent officia jam *ſuo loco* diximus.

2 Quod tamen intellige niſi adſit † cauſa & præcedente monitione; Avend. *dicta part. 1. cap. 5. num. 3. & cap. verſ. negligentia autem*, Gramm. *voto 28. n.* 28. Pariſius de Puteo *tract. de Syndicatu tit. de exceſſibus Baronum*, Covar. *pract. cap. 9. n.* 4. Azeved. *in leg. 45. num. 4. tit. 4. lib. 3. Recopil.* Andreas Gail. *lib. pract. reſolut. obſervat. 17. per totum*, ubi teſtatur *de practica Cameræ Imperialis*; Menoch. *lib. de arbitrar. q.* 55. Minſinger. *ſingul. obſervat. centuria 5. obſervat.* 8. Ludovic. Peguera *deciſ. crimin. veſt. Catalon. Conſilii cap.* 36. Cancer. *var. reſolut. 2. part. cap. 2. n.* 167. Maſtrillus *de Magiſtrat. cap. 23. n.* 59.

3 Juſta autem remotionis cauſa erit † veluti ſi officialis negligens in ſuo officio fuerit, ut *in leg. carcer. ff. de cuſtod. reorum leg. ult. ff. ubi pupillus educari debeat, leg. ſi quos Cod. de offic. præfecti prætorio*, Romanus *conſil. 467. in fine*; vel ſi eſt inſufficiens in exercitio illius officii, *leg. ut gradatim, §. reprobari, ff. de muneribus & honoribus*, latè Alciatus *de præſum. reg. 3. præſum. 19. n. 4. & 5.* ubi plura refert exempla; nam tunc juſtiſſimè quis privatur officio in quo deliquit, ut *in cap. 2. & in cap. cum ad monaſterium de ſtat. monach.* vel ſi officiales amoverentur ex cauſa publicæ utilitatis quæ privatis ſemper anteferri debet; Roman. *dict. conſil. 467. ex leg. quod ſemel, ff. de decretis ab ordine faciend.* Menoch. ubi *ſuprà n. 7. & 8.* Maſtrill. ubi *ſuprà num. 60. & deciſ. 188. num. 14. part. 2.* Capicius *de Baronibus pag. 5. num.* 37. Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſa 10. n. 144. p.* 1.

Controverti tamen frequenter ſolet utrum quod
ſuprà diximus procedat in officialibus † creatis ſeu 4
nominatis à Rege noſtro ſive Domino aut Barone
(cui facultas eſt creandi) ad beneplacitum ſuum
ſive pro tempore ſuæ voluntatis, aut ad nutum. Et
ſanè quod talis nominatio ad beneplacitum facta
vel pro tempore voluntatis poſſit cum cauſa & ſine
ea revocari ſequentibus adſtruitur fundamentis.

Primò quia † beneplacitum nulli ſubjacet legi, 5
ut *in leg. fideicommiſſa, §. ſi fideicommiſſam, verſ. quamquam*, juncta gloſſa *verb. volueris, ff. de legat.* Menoch. *lib. 1. de arbitrar. quæſt. 7. num. 2. & conſ. 133. num. 10. lib.* 2. ubi de verbo *placuerit*, & liberam quandam ſignificare voluntatem neceſſitatis; & *lib. 10. de arbitr. quæſt. 8. n. 7. & conſ. 87. n. 17. lib. 1. & conſ. 134. num. 8. lib.* 2.

Secundò quia communis † uſus loquendi mul- 6
tum profecto operatur & attendendum eſt *leg.
labeo ff. de ſupellectil. legat. leg. librorum, §. quod
tamen, ff. de leg.* 3. nam omnis intellectus extra-
neus † dicitur qui auribus vulgi non convenit; 7
Alexand. *conſ. 284. num. 4. lib.* 6. Dec. *conſ. 285. n. 2. 6. & 7.* Felin. *in cap. cum M. num. 7. de conſtit.* Everard. *in locis legalibus loco ab opinione vulgi*, Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. 3. tom.* & *de tacitis & ambiguis lib. 2. tit.* 8. Mieres *de Majorat. 1. part. q. 65. num.* 10. in quo plura cumulat D. Joannes de Caſtillo *lib. 5. controver. jur. 2. part. tom. 6. cap. 154. per totum*, ubi quod præfertur etiam proprietati verborum. Sed concedere aliquid alicui ad beneplacitum quis in communi uſu loquendi & opinione vulgi non fatebitur & intelliget idem eſſe ac ſi conceſſiſſet tantum pro tempore quo voluerit, & ſic poſſe revocare profectò nullus. Quod ſi aliquis id opinetur indicet nobis per quæ verba conceſſio limitata & pro libito voluntatis & quando quis velit revocanda vel ſuſtinenda ſignificetur, quo argumento peracutiſſimè in propoſito utitur Fontanella *dicta gloſſa 10. num.* 152.

8 Tertiò quia ſi in officiis quibuſcumque † perpetuis licitum eſt ex cauſa & cum illius cognitione revocare conceſſionem, ut *ſuprà* diximus, nihil viderentur operari illa verba *durante beneplacito* vel *tempore voluntatis*, nec ullum producere effectum ac ſuperflue viderentur appoſita contra regulam textus *in leg. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque juris & in cap. ſi Papa de privilegiis lib.* 6. quod utique admittere non debemus præſertim cum verba illa non ita præſumendum quempiam dicere quod non prius mente cogitaverit, *§. idem tu vero ff. de ſupell. legat.* Menoch. *lib. 1. præſumptione* 22.

9 Quartò quia beneplacitum † morte concedentis expirat, *leg. 4 ff. locati cap. ſi gratioſè de reſcrip. in 6. cap. ſi delegatus, de officio delegati eodem lib.* Bald. *in leg. 1. Cod. de poſtulando & in leg. poſt dotem num. 8. ff. ſolvatur*, Philippus Cornius *conſ. 62. & conſ. 235. lib.* 2. Goſadinus *conſ. 22. n.* 10. Socin. Junior *conſ. 63. num.* 10 *lib.* 2. Ant. Gabriel. *lib. commun. concl. tit. de præbendis concluſ. 1. num.* 10. Jacob. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 69. num.* 5. Capicius *deciſ.* 136. ubi addit Proſper. Pet. Covar. *lib. 3. var. cap. 15. num. 1. & 3.* Carolus Tapia qui latiſſimè & per varios caſus diſtinctè rem proſequitur, *in lege fin. 1. part. cap. 3. ff. de conſtit. princip. ex num.* 6. Quod utique non ex alia ratione procedit, niſi quia per mortem præſumitur inducta tacita revocatio

voluntatis cum per eam finiatur, ut *in dicta leg. locatio* & facit textus *in leg.* 45. *tit.* 5. *part.* 5. ibi: *Por que deſpues que lhome es muerto no le finca querer ni non querer:* ſi ergo per mortem cenſetur beneplacitum revocatum ex eo quod per eam inducitur licita & præſumpta concedentis revocatio, multo magis dici debet illud revocari poſſe per contrariam voluntatem concedentis.

Quintò quia iſte qui habet officium ad bene-
10 placitum † eſt tanquam precarius poſſeſſor, *leg.* 2. *§. deciditur & leg. fin.* Felin. ibi: *numero* 4. & Ca-
11 pellanus ad nutum † non juvabitur regulis de annali & triennali poſſeſſore; Mohedan. *deciſ.* 169. *alias* 340. Flamin. *de reſignatione beneficior. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 84. *cum ſequenti*, *& n.* 96. Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 10. *numero* 30.
12 Et patronus ſucceſſor non tenetur ſtare † nominationi ſeu conceſſioni factæ à prædeceſſore juxta gloſſam, *in c. ultim. nec prælati vices ſuas*, per quam ita tradit *dec. Rotæ Romanæ* 177. *n.* 2. *part.* 3. & poterit revocari dum à fundatore non fuerit nominatus, niſi malè verſatus fuerit,
13 Velaſcus *conſult.* 105. *n.* 19. Et malitia † ceſſante poteſt talis Capellanus ad nutum removeri per nominantem vel ſucceſſorem aut hæredem in patronatu, ut cum Coſma Gumier. *in pragm. ſanction. tit. de Collat. verbo perpetuis n.* 3. *ad finem*, & Navarro *conſ.* 6. incipit: *de Capellania n.* 1. *de præbendis ſine culpa Capellani*, *& cauſæ cognitione*, contendit D. Perez de Lara *de Capellaniis cap.* 6. *num.* 22. ubi mirabiliter tradit quod adſit præſumptio malitiæ in hoc caſu, & ex quibus inducatur vel non, & quod Capellanus ad nutum remotus non poteſt ex remotione facta à patrono vel ſucceſſore conqueri cum non videatur injuriam irrogare, qui utitur jure ſuo, ut *in cap. cum Eccleſia vulterana* 31. *de elect.* & *in gloſſa verb. injuriam*, & *in leg. injuriam* 13. *§.* 1. *ff. de munere*, *leg. nullus*, *ff. de regul. jur.* Et hoc evenire poſſe proſpicere debuit Capellanus, *argumento legis.... §. huic ſubjungit*, *ff. locati.* Et judex debet ex officio ſuo providere ne vis fiat Patrono utenti jure ad tradita per Marcum Antonium Peregrinum, *conſ.* 48. *n.* 4. *vol.* 3. *ad finem.*

Quibus adde Lambertinum, *de jure patronatus lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 2. *per totum novæ quæſtionis principalis*, quem ad hoc refert Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 11 *n.* 4. qui ait Capellanum ad nutum abique legitima cauſa pro libito voluntatis poſſe amoveri ubi plura.

14 Sextò firmatur hæc pars ex his quæ tradit † Azevedo *in leg.* 4. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopill. num.* 6. *&* 7. quæ in propoſito adducit & ſequitur Gutierr. ubi *proximè numero* 22. ait enim Azeved. quod habens facultatem ſerviendi officium tabellionatus per ſubſtitutum poteſt eum ſemel poſitum revocare ad libitum, aliumque nominare, etiamſi prius fuerit præſentatus in Conſilio Regio ibique approbatus, & poſſeſſionem ceperit; nam mandatum conceſſum alicui quocunque tempore revocari poteſt ad voluntatem mandantis, *leg. ſi verò remunerandi*, *§. ſi mandavero*; & ibi Bartol. *ff. mandati*, *leg.* 24. *tit.* 3 *part.* 5. ubi ampliat quod etiam lite conteſtata revocari poſſit cum clauſula, *Salvo honore procuratoris revocati.*

15 Et mandatum cum pacto † de non revocando revocari poteſt & precarium cum detrimento adverſarii etiamſi cauſa non adeſſet, dum tamen delegatus abſit, maximumque incommodum ex revocatione non proveniat; *in leg.* 4. *ff. de precario*, *cap. fin. de precario*; Gregor. *verbo fecho in leg.* 2. *tit.* 2. *part.* 5. Covar. *dict. lib.* 3. *var. cap.* 15. Menoch. *de arbitrar. centur.* 1. *caſu* 23. *ex num.* 10. notat Bartol. *in leg. cum precario*, *ff. eodem*, Covar. 2. *tom. var. cap.* 7. Decius *in leg.* 2. *ff. ſi certum petatur* 2. *lectura*, *num.* 13. Ripa & Sylveſter. *verbo precarium num.* 5. Capitius *deciſ.* 116. *n.* 5. Richard. *in princip. inſtitut. de donationibus n.* 9. & *in §. mortuo*, *n.* 10. *Inſtit. de locat. & vendit.*

Contraria tamen ſententia nempè officia conceſſa ad beneplacitum & ad nutum non poſſe auferri abſque juſta cauſa & ejus cognitione ſequentibus fulcitur fundamentis.

Primò quia omnia officia à principe † conceſ- 16
ſa ſine temporis præfinitione cenſentur perpetua; *leg. juriſperitos*, *ff. de excuſat. tutor.* ibi: *& honor deletus finem certi temporis ac loci non haberet*; *leg. præſides*, *ff. ſi certum petatur* ibi: *Præſides Provinciæ officiales quia perpetui ſunt*, Bartol. *in leg. de pupillo*, *§. ſi quis ipſi prætori*, *ff. de novi oper. nunt. col.* 1. *verſ.* 3. *quæro*, Petrus de Bella Pertica *in leg. quiſquis*, & ibi etiam Cinus & Bald. *col.* 1. *Cod. ſi certum petatur*, Alexand. qui plures refert *in leg. in principalibus propè finem*, *ff. eodem*, ubi communiter habetur validum eſſe argumentum de officiali perpetuo ad officialem ad beneplacitum creatum; Jaſo *in leg. cum quis*, *n.* 20. *Cod. de jur. & fact. ignorantia*, Gregor. Lopez *in leg.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. *verbo acaveren en ſu tiempo*, *ad finem*; ubi ait quod in dubio officiales creati intelliguntur perpetui quando ſimpliciter conceditur eis officium ſine temporis præfinitione, ſive ad beneplacitum concedentis.

Secundò quia concedens † officium quandiu 17
voluntati ſuæ placeret ex quo ſemel ei placuit amplius ei ſine cauſa diſplicere non poterit, ut *in leg. Thais §. ſorore ff. de fideicommiſſ. libert. leg. ſufficit ff. de condit. indebit. gloſſa verb. electionem in Clement. & ſi principalis de reſcript. gloſſa*, *verb. perpetuos in leg. final. de reſcriptis in* 6. & licèt quis in re ſua liberum habeat arbitrium eodem quidem uti nequit ſi actus ab eo geſtus æquitati adverſetur, ut *in leg. ſi fidei commiſſa*, *§. quamquam*, *ff. de leg.* 3. quæ ad hoc citat Bald. *in leg. ſi quis major Cod. de tranſact. collat.* 1. *verbo nota*, & maxima injuria videtur fieri officiali qui ſine cauſa removetur.

Tertiò quia beneficium † conceſſum à Prin- 18
cipe debet eſſe manſurum, ut *in leg. decet de regul. jur. in* 6. *cap. ſi cui nulla* 36. ibi: *hujuſmodi conceſſio quam cum ſpecialem gratiam contineat debet eſſe manſuram non expirat etiam re integra per obitum concedentis de præbendis in* 6. mu-
tatio officiorum † frequenter vergit in publicum 19
detrimentum, ſolent ergo officiales diſpergere bona, & res ſubditorum, ubi ſunt receſſuri ab officiis: præterea novi non ſunt adeo inſtructi, nec mores & tempus ſubditorum agnoſcunt ad textum *in cap. cum monaſteriis*, 19. *quæſt.* 3. & ut plurimum ſunt ſubditis oneroſi, unde Ariſtoteles, 2. *polit. cap.* 1. ait: *ſatius eſſe*, *ſi fieri poſſit*, *ut ſemper idem gererent magiſtratus*, & *cap.* 6. *ut in corpore victus ratio mutata parum prodeſt*, *ita quoque magiſtratuum in Republica mutatio nequaquam idem commodat.* unde gloſſa *in cap. hinc eſt* 16. *quæſt.* 1. *verbo detrimenti*, ſolent enim Abbates electi in Epiſcopos diſpergere res Eccleſiæ ſuæ cum ſe receſſuros ſperant, quia non parcet populis regimen brevi argumento & melius eſt ut omiſſum officium ſub umbra magiſtratus veteris gubernetur, quàm ſi alteri novi incognitæque per-

ſonæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perſonæ gubernandum in diſcrimine committatur, *leg. prætor. §. fin. ff. de vacat. & excuſ. muner. cap.* 1. ibi *quam alteri novo de re nupt.* ita Lucas de Penna *in leg. neminem Cod. de ſuſcept. præp. & arcar. lib.* 1. *num.* 11. quo loco refert exemplum Tiber. Cæſar. cui diſplicebat officialium mutatio ad inſtar leproſi & ulceroſi qui minus odit muſcas jam plenas & ſubſiſtentes quàm ſaturas & de novo accidentes, utpote magis famelicas: *additio ad Rebuff. in dicta leg. neminem in fin.* Simancas *de Republica lib.* 8. *cap.* 36. Gregor. Tholoſ. *lib.* 4. *ex Joſepho lib.* 8. *antiquit. Judaicar.* Nicephoro *lib.* 1. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *ſuoſque procuratores Imperator idem vix aut numquam mutabat; in hoc enim ſe dicebat parcere plebi, nam Procuratores ſcientes admodum ſe habere poteſtatem quidquid poſſunt rapiunt*, & idem refert Suetonius *lib.* 2. *de* 12. *Cæſaribus*, & Julius Capitolinus de Antonino Pio, *ſucceſſorem viventi bono judici nulli dedit niſi optato præfecto urbis & petenti.* Unde inter conditiones &
20 mores ✝ boni Principis eſſe ſuos officiales frequenter non mutare Guillelmus Benedict. *in cap.* Raynutius ubi duas habens filias *numero* 41. *de tit. & ſub numero* 43. ubi quod ita alliciuntur veteres officiales videntes ſe in ſuo ſtatu confirmatos ad melius ſerviendum & fidelitatem ſervandam Principi cujus beneficio potiuntur, & ipſum plus diligendum, & ad duriora pro ipſo patiendum & odia fortè concepta deponendum, & commutandum in ardorem ferventis amoris, & dilectionis; & quod ex his rationibus per Ludovicum ſecundum Franciæ Regem fuit facta pragmatica ſanctio, quod officia omnia in Regno illo perpetua forent, de qua per Aufredum, *tit. de exceſſibus officialium cap.* 9. *§. præterea*, refert hæc, & plura alia ſcriptu digna Maſtrill. *de magiſtrat. dict. lib.* 1. *cap.* 23. *ex n.* 27. *cum ſeqq.* ubi per maxima contendit fundamenta officia perpetua eſſe debere, licèt annalia, & temporalia regulariter in Regno eſſe agnoſcat & nos diximus *in cap.* ut & maximas rationes quare temporalia & annalia ſint, & debeant eſſe, & geſſimus, quæ licèt dictis in hoc fundamento opponantur, tamen facta officiorum diſtinctione poterit controverſiam ad concordiam reducere. In aliquibus enim officiis pro ſua qualitate, & aliqua ſpeciali ratione expedit eſſe annalia veluti juriſdictionalia ut ſi omnes bene meritos Reipublicæ tangant, & ſemper jubendo, & imperando officiales non ſuperbiant, & injurioſè procedant contra ſubditos, & in aliquibus veluti ſuperioribus ad quæ ſemper ſpectatiſſimi viri evehuntur experimento cognoſcitur utilius eſſe fore perpetua, nec ſine magna cauſa amoveri debere, uti hanc diſtinctionem agnoſcit Melchior Jun. *Politic. quæſt. part.* 1. *quæſt.* 26. *in fin.* Simancas *dicto lib.* 8. *de Republ. cap.* 35. *& cap.* 36.

21 Quartò quia plures ✝ ſunt leges Regni quibus ſumma cum difficultate officia à Rege conceſſa aufferenda eſſe cavetur, ut *in leg.* 7. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop.* ibi: *ſi acaviere & in leg.* 11. *cum duabus ſeqq. tit.* 2. *lib.* 7. *ordinam.* & *in leg.* 24. *eodem tit. & lib. & in leg.* 10. *in fine tit.* 3. *lib.* 7. *ordinam.* quibus probatur ante obitum officialium eorum officia eis non eſſe auferenda, nec literas expectativas officiorum alicui eſſe concedendas. *lib.* 13. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil.* ibi: *es nueſtra merced*, uſque ad *officio vaque.*

Procedit etiam ſi literæ expectativæ generaliter concedantur, nullo viventis expreſſo officio, *per*
22 *leg.* 3. *tit.* 3. *lib.* 7. *recopil.* & in officio tabellionis ✝

quod debeat eſſe perpetuum eſt text. ſingular. *in leg.* 1. *tit.* 20. *lib.* 2. *Recopil.* ibi: *por que no ſe* uſque ad *per toda ſu vida*, quas omnes leges in propoſito refert & ponderat ſingulariter præter omnes Burgos de Paz *conſ.* 21. *in principio*, & de jure commun. eſt text. *in authent. de referendariis*, §. 1. ibi: non ut quæ ſunt auferamus eis conceſſa, nec enim hoc eſt Imperialis majeſtatis proprium; Boerius *deciſ.* 159. *num.* 18.

Quintò quia beneplacitum ✝ nec tacitè revo- 23
catur, nec morte concedentis extinguitur; Bartol. *in leg. more majorum n.* 8. *ff. de jur. omn. judic.* latè Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. quæſt.* 69. *num.* 13. Maſcard. *de probat. concluſ.* 88. *n.* 9. Caroccius *deciſ. ſeu caſu* 18. *n.* 6. qui ſecurè obſervavit quod quamvis voluntas morte finiatur, per eam tamen non inducitur revocatio, *leg. mandatum Cod. mandati §. item ſi adhuc Inſtitut. eodem*: aliud eſt enim voluntatem ceſſare, & aliud voluntatem revocare, & rectè expendit Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 15. *n.* 5. Maſcard. *dicta concluſ.* 188. *n.* 10. Alex. Raudenſ. *reſponſ.* 34. *n.* 72. *lib.* 6. & *de analog. cap.* 40. *n.* 61. quod utique colligunt, *ex cap. ſi delegatus de officio delegat. in* 6. quatenus habet quod ſi quis cauſam alicui delegaverit & non eam duxerit revocandam, non cenſetur revocata commiſſis per mortem delegantis, de quo textu, & ejus intellectu vero videndi ſunt Menoch. & Covarr. ubi *ſuprà.*

Præterea quando verſatur ✝ publicus favor, 24
& utilitas nunquam expirat beneplacitum morte Principis concedentis ſuam juriſdictionem; Bald. *in leg. meminiſſe propè finem de officio proconſulis & legat.* Franch. *in dict. cap. ſi delegatus*, Vantius *in tractatu de nobilitate, tit. de nullitate ex defectu juriſdictionis de leg. n.* 104. Menoch. *dict. q.* 69. *num.* 8. Maſcard. ubi *ſuprà num.* 6. Barboſ. *in leg. qui tale num.* 84. *ff. ſolut. matrim.* Brunor Afole *quæſt. leg.* 28. *per totam*, ubi diſputat an bannum ad beneplacitum Bannientis morte expiret, & cenſeatur revocatum, latè Carol. Tapia *in dicta leg. fin. cap* 3. Capicius *deciſ.* 136. *per totam*, Fontanel. ubi *ſuprà dicta gloſſa* 10. *à num.* 148. Cavedo *deciſ.* 20. *n.* 4. *part.* 2. Fabius de Anna *conſ.* 14. & facit text. *in leg.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *novæ Recopil.* quam ad hoc refert & allegat Gregor. *in leg.* 20. *tit.* 13. *part.* 2. *verbo de los officios*, Gutierrez *dicta quæſt.* 11. *lib.* 3. *pract. ex n.* 9.

Unde officium Pœnitentiarii non expirare ✝ 25
mortuo Papa, tradit gloſſa *in Clementina Roman. §. eo tamen de elect.* Auguſt. Beroius *deciſ.* 1. Avend. *dict.* 1. *part. de exequend. part.* 3. *n.* 3. Franc. Marc. *dec.* 1278. *n.* 4.

Et quod Inquiſitore generali mortuo ✝ duret 26
officium Inquiſitorum minorum tradit Simancas *de Catholic. inſtit. cap.* 34. *num.* 15. nec inſtitutores deputati à Rege ad negotiationes ſuas vel ad actus univerſales morte Regis ceſſant, ex Gregor. Lopez. ubi proximè qui allegat textum *in leg. ſi quis mancipiis §. ſi impubes ſecundum communem intellectum, ff. de inſtit. act.* & *in Proregibus Regnorum, & Provinciarum*, Cavedo, & Fontanel. *in locis jam citatis.* Utrum verò officia conceſſa à poſſeſſore majoratus morte ipſius expirent, & poſſint auferri à ſucceſſore, diſputat, & per concluſiones reſolvit Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 25. *per totum.*

Sextò, & ultimo pro hac opinione ✝ eſt textus ex- 27
preſſus, *in leg.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. ibi: *La primera poniendo a cada uno en ſu lugar qual le conviene por ſu linaje, o por ſu vondad, o por ſu ſervicio e otroſi mantener le en el, no faciendo por que le debieſſe perder*, ubi Gregor. in verbo *mantenerle* ait, & facit iſta lex quòd



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

officiarii Regis licèt gratis, & ad beneplacitum
creantur à Rege non debent deſtitui ſine cauſa:
28 unde tabellio † ſemel electus ad aliquod officium
non poteſt abſque cauſa removeri, Bald. *in leg.* 2.
*Cod. quomodo, & quando judex*, Decius *in cap. quo-*
29 *niam contra n.* 9. *de probation.* Et notarius † electus
per Archiepiſcopum pro vita ipſius notarii non po-
teſt per ſucceſſorem in Archiepiſcopatu removeri;
Matthæus de Afflictis *deciſione* 101. & Franciſc.
Marcus *deciſ.* 780. *&* 785. *quæſt.* 1. Rebuff. *in tractat.*
30 *de nominat. quæſt. fin. n.* 23. Nec Vicarius † Epiſco-
pi ſine cauſa removeri poteſt, Gutier. *de juram. Con-
firmatorio*, 1. *part. cap.* 59. *n.* 19. & plura in propoſito
tradit Mieres *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 10. *ex n.* 30.
*cum pluribus ſequent.* Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 1 *de ac-
tionibus, & obligat. n.* 99. *& ſeq. & cap.* 12. *de officio ju-
dicis Tabellionat. n.* 190. *cum ſeqq.* Cevallos *pract.
qu. comm. contra commun. q.* 425. *tota*, diffusè & per
varios num eros à nemine ex ſuprà citatis allegatis;
Hieron. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 1. *per
tot.* ubi plura de conceſſionibus ad beneplacitum
Pontificis concedentis ſeu Sedis Apoſtolicæ con-
gerit, quæ pro exacta noſtræ quæſtionis diſpoſitio-
ne ſunt notanda, Molina *de juſtitia, & jure, tom.* 2.
*diſp.* 289. *& lib.* 6. *diſp.* 20.

Qua ſententia & opinione prout æquiori, &
receptiori retenta non obſtabunt adverſaria fun-
damenta pro prima opinione adducta.

Non primum; quia etſi beneplacitum, & volun-
31 tas † omnem libertatem contineant, non tamen eam
habere, vel accipere debet quæ honeſtati publicæ
& decentiæ opponitur, & quæ abſque alicujus in-
juria vel aliquali detrimento exerceri non poteſt,
veluti dicimus de libero arbitrio alicui commiſſo;
non enim ejus prætextu quid iniquum aut injurio-
ſum poſſe facere eum cui conceditur, notiſſimi ju-
ris eſt, ſed debet ſe cum æquitate naturali confor-
mare, nec ab ea recedere, Bald. *in leg. ſi pater Cod. de
teſtam. militis.* Decius *in cap. dilecti n.* 5. *de judiciis*
Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 13. *n.* 56. & facit
text. *in leg.* 30. *tit.* 1. *part.* 6. ibi: *antes tenemos por
vien que aian libre poder para facerlo e como quier
que ellos mandaren e eſtablecieren facer de ſus co-
ſas con razon y con derecho: leg. ſi libertus ita
juraverit, ff. de oper. libert. leg. unde, ff. pro ſocio*
ibi: *Unde ſi Nervæ tributum ita pravum eſt, ut ma-
nifeſta ejus iniquitas appareat, corrigi poteſt per ju-
dicium bonæ fidei.* Cum ergo auferre officium etiam
ad beneplacitum conceſſum ſine cauſa aliqua ha-
benti, dedecori & ignominiæ quodammodo ſit,
ut *in leg. Magiſtratus, ff. de injuriis leg. litigatori-
bus*, cum ibi notatis, *ff. de receptis arbitris*, cum
turpius ejiciatur quàm non admittatur hoſpes *cap.
& ſi Chriſtus de jurejurando*, & diximus ſuprà *in* 2.
*fundamento noſtræ* (quam amplectimur) *opinionis*,
nihil mirum quod hæc beneplaciti voluntas non
adeo lib.ra ſit, quin ad certas rationes & æqua-
litatis metas reducatur.

32 Quemadmodum dicimus de verbo *liberè* † quod
quamvis ſit amplum, & abſolutum, Menoch. *lib.*
1. *de arbitrar. quæſt.* 7. *num.* 34. & *de adipiſcend.
poſſeſſ. num.* 53. quod tribus modis dicatur, quod
liberum tradit, reſolvit poſt alios Zanebus, *in
leg. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. nu-
mero* 55.

— Tamen hæc dictio *liberè* non eſt ita amplian-
33 da † quod aliquid fiat cum alterius detrimento, &
jure non ſervato, *cap. à nobis in principio de
ſententia excommunicat.* Decius *in leg. unic. nu-
mero* 3. *Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt*,
Socin. *conſil.* 62. *viſis, conventione* 164. & ubi libe-
rè non excludit exceptionem quæ venit ex na-
tura actus, ut per Alex. *conſ.* 80. *numero* 12.
*lib.* 1. *& conſ.* 14. *numero* 3. *lib.* 2. & re-
ſtringi debet ſecundum ſubjectam materiam, ut
notat idem Alex. *conſ.* 58. *prima facie, nu-
mero* 22.

Et de verbo *placeat* † quod debeat intelligi de 34
arbitrio boni viri tradit Abb. *in cap. cæterum no-
tabili* 2. *de foro competenti, & conſ.* 110. *num.*
1. *lib.* 2. Pariſius *conſ.* 71. *num.* 17. *lib.* 3. Ripa
*in leg. ex facto §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.*
Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 1. *ex numero*
129. *& quæſt.* 10. *numero* 158. & conducunt,
quæ tradit latè Anton. Peregrin. *de fideicom-
miſ. art.* 40. *num.* 47. quod operari ſoleant verba
illa quod quis poſſit alienare ad ſuum beneplaci-
tum bona fideicommiſſi, ubi plura huic reſponſio-
ni ſatis convenientia invenies.

Nec obſtat ſecundum quod ex communi in-
telligentia & uſu loquendi formabamus; quia reſ-
pondetur quod talis communis † uſus loquendi 35
debet ſemper reduci ad diſpoſitionem juris com-
munis; nec attenditur quando verba vulgi, etſi
communis loquendi uſus, repugnant verbis *leg.
quia §. utuntur homines*, in loco communi uſus lo-
quendi, ut ſcripſit Mandolus de Alva *conſ.* 8. *num.*
57. De Caſtillo *dicto lib.* 5. *cap.* 153. *tom.* 6. *num.*
10. Cum ergo ex diſpoſitione juris officia ad be-
neplacitum ſeu nutum conceſſa auferri non de-
beant ſine cauſa & ſub illa tacita qualitate & con-
ditione legali videantur concedi, ut *ſuprà* diximus;
conſequens eſt nihil in contrarium poſſe com-
munem loquendi uſum operari, nec ſignificare.

Nec oberit tertium; quia licèt talia officia ad
beneplacitum ſeu voluntatem ſine cauſa moveri non
poſſint, adhuc verba illa, durante mera & libe-
ra voluntate ſeu beneplacito, non extant † ſuper- 36
flua, quia ut docent Guillelmus Benedict. ubi *ſu-
prà numero* 87. Fontanel. *dicta gloſſa* 10. *n.* 148.
operantur quandam in nominato & proviſo per-
petuam monitionem & ſtimulum ad benè & fide-
liter ſe habendum in exercitio officii. Et ut ego
exiſtimo quod non erit neceſſaria ita gravis &
fortis cauſa ad auferenda hæc officia conceſſa ad
beneplacitum, ſicut in aliis, ut doctè ſentit D.
Perez de Lara *dict. lib.* 2. *cap.* 6. *& n.* 22.

Nec etiam reſiſtit quidquam fundamentum
quartum, nempè beneplacitum morte extingui ex
juribus, & DD. ibi adductis probat elegans text.
*in cap. unic. §. fin.* ibi *ſublato Epiſcopo de medio
cum conſilium nequeat tunc peti ab eo*, nec ſede
vacante aliquid novetur *lib.* 6. & ſic tacitè vide-
ri revocari.

Quia primam argumenti hujus partem liben-
ter fatemur, ſecundam verò (in qua tota ejus
vis conſiſtit) negamus, & aliud eſt voluntatem † 37
ceſſare, aliud revocare eam ut diximus, *in* 5.
*fundamento ſuprà num.* Ruin. *conſ.* 115. *num.*
7. *vol.* 1. Caſtracanus *de ſocietate officiorum Curiæ*,
*cap.* 55. *num.* 14. revocatio voluntatis ſeu be-
neplaciti eſt actus contrarius, ceſſatio verò vo-
luntatis non eſt actus contrarius, ſed extinctio
primi actus, & ille cujus voluntas ceſſat, dicitur
non velle, & nolle dicitur ille qui revocationem fa-
cit; Decius *in leg.* 3. *n. fin. ff. de regul. jur.* Hieron.
Gonzal. *ubi ſupr. num.* 60. *cum ſeqq.* ubi *n.* 62. af-
firmat quod ſi Judex ſua ſententia ita jacuit, *pone
te ad confinia donec te revocavero*; hoc caſu per
mortem non finitur delegatio cum per mortem non
fiat revocatio, & ſit neceſſaria revocatio: Alex. *in
leg. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, n.* 11. Jaſon. *n.* 14.
Soci-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Socinus Senior *conſ.* 78. *ſuper prædicta col.* 1. *verſ.* 5. *& ultim. num.* 3. Decius *in cap. ex literis in fine de conſtitut. & con.* 108. *num.* 4. Felinus *in dict. cap. ex literis num.* 10. *verſ. & majus dubium*, licet contrarium tenuerit hoc caſu Bartol. *in dict. §. ſi ita ſtipulatus num.* 10. quem ſequi videtur contra Bartol. firmat Covar. *d. cap.* 15. *ſub n.* 3. *verſ. hinc etiam conſtat.*

38 Et pari ratione qui concedit † juriſdictionem donec eam revocaverit, morte ejus non cenſetur revocata *d. cap. ſi delegatus de officio delegati in* 6. Bartol. *in dicta leg. more num.* 7. Alex. *num.* 12. Jaſon. *n.* 15. Decius *num.* 19. *ff. de juriſd. omnium judic.* Menoch. *dict. q.* 69. *n.* 29.

39 Et ex hoc infertur intellectus † ad textum *in leg. cum precario §. fin. & in leg. quæſitum, §. quod à filio, ff. de precario*, ideoque precarius morte non finitur; quia firmum, & validum fuit donec fuerit revocatum, & mutata voluntas, ut *in leg.* 2. *§. eſtque*, ibi: *ut revocare cum mutavero voluntatem, ff. eodem*, Covar. *ubi prox. num.* 3. *in fine*, Menoch. *q.* 69. *num.* 21. Maſcard. *concl.* 188. *n.* 22. *& n.* 31.

Cum igitur beneplacitum neceſſariò debeat revocari, & cum cauſa, ut diximus, & iſta revocatio non inducatur per mortem nihil ad rem facit: quod per eam ceſſet voluntas, & ſic argumentum non procedit, nam & hæc diſſimilia ſunt, ut aliàs ait textus.

40 Et quid in conceſſionibus & gratiis † factis ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ vel Romani Pontificis concedentis, & de diſcrimine utriuſque caſus, an beneplacitum extinguatur vel duret, & de revocatione plurium officiorum per mortem Pontificis, Archiepiſcopi, Epiſcopi vel Prælati concedentis diſputat per varios numeros Gonzalez *dict. gloſſ.* 12. *fere per totum*, quæ pro complemento materiæ videre poteris, tædetque ab eo tradita tranſcribere, cum ibi videri ſatis doctè collocata poterunt.

Nec obſtat quintum; quia in officiis ad beneplacitum conceſſis verius exiſtimavit cum Bald. *in leg. ab ea parte, ff. de probationibus*, Nicolaus Boerius *deciſ.* 150. *num.* 5. Mieres *de majorat. ſup. dict.* 4. *part. quæſt.* 10. *num.* 30. non procedere argumentum, nam tales officiales uſquequo revocentur, verè poſſident.

41 In beneficiis verò aut capellaniis † ad nutum diverſa ratio in propoſito conſideratur, quam in officiis de quibus agimus ut agnoſcit Gutier. *dict. q.* 11. *num.* 25. *verſ. obſtant modo*, ibi: *in quibus officiis* uſque ad *num.* 26. *ibi:* ut per Sylvanum *conſ.* 66. *num.* 21. *in* 2. *part. ad pedem literæ*, & hanc diverſitatem, & differentiam inter officia ſecularia ad beneplacitum conceſſa, & beneficia ad nutum amplectitur Boerius *dict. deciſ.* 149. *nu.* 11.

42 Nec etiam obſtat ultimum de doctrina † Azeved. *in leg.* 4. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil. num.* 6. *&* 7. nam loquitur in diverſo caſu nempè ſubſtituti nominati ab eo cui facultas erat inſerviendi officium per ſubſtitutum, in quo ſubſtitutus nomina proprietarii utique exercet, & poſſidet, ex ſua verò perſona nihil juris habet, ut *in leg. male agitur; Cod. de præſcript.* 30. & ſic ab eo argui non poteſt ad verum officialem (licet ad beneplacitum nominantis) conſtitutum.

Et quod in eo argumento adducitur de man-
43 dato & precario, procedit † ex natura ipſius mandati, & precarii quod ad libitum revocari poteſt præſertim in mandatore integro, ut *in §. recte cum ibi notatis inſtitut. mandati.* Beneplacitum verò in officiis non niſi ex cauſa, ut ſatis *ſupra* firmatum manet.

---

## CAPUT XIV.

## De Præcedentiis officialium Reipublicæ.

### *SUMMARIUM.*

1 *Ordinum ac graduum diſtinctio in omnibus ſervanda eſt.*

2 *Ordo in Cælorum & ſyderum compagine ac ſtructura præter influxus & aſpectus varios mirabilis enitet.*

3 *Sedes propria & naturalis cuique elementorum gradatim diſtributa eſt.*

4 *Excellentia & quædam ſuperioritas in certis animalibus brutis terreſtribus obſervatur.*

5 *Dignitas & excellentia Phœnici & Aquilæ inter aves tribuitur.*

6 *Homo tanquam omnium creaturarum nobiliſſima dicitur microcoſmus.*

7 *Caput in membrorum ordine & diſtinctione cæteris omnibus dominatur.*

8 *Ordinem & graduum ſeparationem inter homines haberi legibus & conſtitutionibus politicis cautum extat.*

9 *Præcedere & præire Magiſtratus & officiales Reipublicæ debent cæteros omnes in proceſſionibus & aliis cœtibus.*

10 *Sedes honorabiliores quænam cenſeantur.*

11 *Dignitatis majoris differentia à minori unde petatur.*

12 *Præcedere debent officiales ſtatus nobilium officialibus plebeiorum.*

13 *Nobiliores officiales adverſus locum ipſis debitum uſurpantes, vel in poſſeſſione turbantes actione injuriarum agere poſſunt.*

14 *Dexterum latus Altaris in quo Evangelium cantatur in Eccleſiis oppidorum Hiſpaniæ, ſolet occupari per officiales ſtatus nobilis, ſiniſtro relicto plebeiis.*

15 *Dextera manus nobilior ſemper & præſtantior ſedes reputatur quàm altera.*

16 *Sedes ad patris dexteram pro majori honore & æſtimatione Primogenito conſtituenda eſt.*

17 *Conſuetudini circa præcedentias & judicum dignitates præcipuè deferendum eſt.*

18 *Ad Conſuetudinem inducendam in materia præcedentiarum ſufficit tempus decem annorum* ex doctrina Aretini.

19 *Conſuetudinis introductioni in præcedentiis quot actus ſint neceſſarii traditur*, remiſſivè.

20 *Præcedentiæ ad poſſeſſionem acquirendam ſufficit quidem unicus actus, non verò ad conſuetudinem formandam*, contra doctrinam Salgado.

21 *Præcedentiæ omnes vel in ſeſſionibus aut in aliis rebus non poterunt dici actus meræ facultatis.*

22 *Prætor quilibet & ejus locum tenens, vel Judex ordinarius qui in oppido quantumvis parvo nomine Regis utramque juriſdictionem habet, citra conſuetudinem debet priorem locum occupare, & cuilibet Judici delegato de commiſſione in actibus publicis anteferri.*

23 *Judex majorem juriſdictionem habens præferendus eſt minorem & limitatam ſeu temporalem*

lem habenti, ex doctrina Bobadillæ.

24 Judex quilibet ordinarius habet univerſalem cauſarum cognitionem, & delegatus, illius tantum cauſæ expeditionem quæ ſibi commiſſa fuit.

25 Præcedentia non ſemper ex majori juriſdictione cauſatur, ſed ex repræſentatione alicujus magni & ſupremi ſuperioris, veluti Pontificis, & Regis.

26 Judices vulgo de la Hermandad, debent poſt Prætorem immediatum locum occupare & incedere deinde Decuriones, poſtea Procuratores, Syndici univerſitatis & cæteri officiales prout conſuetudo in quolibet loco uſurpaverit.

27 Judex appellationis vulgo Alcalde Mayor nominatus à Dominis oppidorum debet præcedere cæteros Judices ordinarios.

28 Præcedentiam major dignitas juriſdictionis tribuit.

29 Præcedere quis duorum Judicum debeat, quorum alter in oppido cognitionem cauſarum criminalium privativè habet, alter verò civilium tantùm.

30 Præcedentia oritur inter Judices ex magnitudine cauſarum in occupatione & exercitio officii.

31 Præcedere debet ille ex duobus officialibus ejuſdem muneris & ſtatus, qui eſt antiquior in officio (cum ſcilicet duplicia inveniuntur officia.)

32 Epiſcopus vel Canonicus qui prius creatus fuit, is etiam prius inter Epiſcopos vel Canonicos ſedere debet.

33 Præferuntur cæteris Monachis, illi qui priùs inſtituti fuerint.

34 Præfertur juniori Doctor antiquior.

35 Præcedere cæteros ex pluribus officialibus qui ſimul ad dignitatem admittuntur, ille debet qui anteà Advocati officium exercebat.

36 Præcedere debet ſenior ex duobus officialibus uno tempore & unica electione creati in eodem munere, niſi interveniat aliqua ſpecialis cauſa prærogativæ & præcedentiæ.

37 Ætate major præſumitur maturitate ſenſus præſtantior.

38 Præcedentiam habere & poſſeſſionem prius capere debet ille ex auditoribus Regiis & majoribus Magiſtratibus à Rege ſimul nominatis, non qui ætate major eſt, ſed qui aliàs officium nominatione Regis exercuerit.

39 Pintianam Regiam Curiam vulgo, Corte y Chancilleria, exactè deſcribit Autor, recenſendo ſcilicet, ordinem, diſtributionem, præcedentias, honores, &c. officialium, miniſtrorum & omnium denique membrorum ex quibus totum hoc celeberrimum corpus conflatur.

40 Pintianæ ejuſdem Curiæ Hiſpano ſermone affertur initium & origo.

41 Præcedentia inter officiales Reipublicæ in ſeſſionibus & aliis in Eccleſiis & proceſſionibus Eccleſiaſticis quoties lites excitat, quis Judex earum ſit competens, an ſæcularis vel Eccleſiaſticus.

42 Spiritualis res ubi cum profana miſcetur dignior & potior eſt Eccleſiaſtica.

43 Sedem vel honorem ratione loci nemo in Eccleſia poteſt ſibi acquirere ſine licentia Epiſcopi.

44 Sepulturæ de jure dum in Eccleſia contenditur inter Laicos, cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectat.

45 Ordo ſervandus in Eccleſia quoad audiendas res ſpirituales & aſſiſtentiam ſacrorum, actus eſt ſpiritualis.

46 Diſſidia ob præcedentias circa res ſpirituales orta, etiam inter ſæculares componere ad Eccleſiaſticos privativè pertinet.

47 Præcedentiarum in Eccleſiis lites quoad jus proprietatis ſentit Autor ad Eccleſiaſticum judicem privativè ſpectare, non autem cum de poſſeſſorio & facto agitur.

48 Præcedentiarum in proceſſionibus controverſiæ extrajudicialiter & abſque ſtrepitu per ordinarium Eccleſiaſticum, appellatione remota, ſedandæ ſunt.

49 Præferri qui debeant inter Clericos & Religioſos ordines, & quomodo in proceſſionibus & Rogativis incedant traditur remiſſivè.

50 Præcedentia eadem in alloquendo, & ſcribendo prius, ac in ſeſſionibus ſervatur.

51 Aſſurgere officialibus quilibet tenetur privatus & reverentiam & urbanitatem præſtare.

52 Præferri quis poterit alteri & poſtponi ratione diverſorum officiorum.

53 Prærogativas ſuas magnificare eaſque jure naturali tueri conceſſum eſt, abſque tamen aliquo ambitionis ſeu ſuperbiæ vitio, ſed ſervandi ordinis cauſa.

IN omnibus ordinum, ac graduum † diſtinctionem ſervari debere, & divinus opifex rerum Creator noſter in operibus ſuis nobis notum fecit ad contemplandum reliquit, & poſt hominum ſanctiones quaſi divino imperante numine in qualibet re politica ſuadent, ſi enim Cæleſtium creaturarum, aut ſpirituum Hierarchias contemplemur, quis in eis mirum ordinem, locum, ſedem, virtutes, & poteſtates decretas, qualitates diſtinctas non intuetur, ut ex Divo Dionyſio *in ſua Hierarchia*, & Divo Thoma, & aliis tradit Chaſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi 3. part. conſider.* 6. ibi: ſexta conſideratio Seraphin tanquam excellentes ſint in primo loco, *y deſde eſtas palabras tranſlada aſta eſtas*, & ſic Lucas de Penna *in leg. ordinem Cod. de conſulibus*, *& non ſparg. lib.* 12. & primus ordo Eccleſiæ triumphantis eſt Seraphin. 1

Sin autem Cælorum, & Planetarum † compaginem, & viſibilem attendimus ſtructuram in eis præter conſtellationes, & varios influxus & aſpectus, talis enitet ordo, ut muſicæ, & ſonantis harmoniæ accordatiſſimam vocem habere videantur; qua de re conſule Joannem Laziardum, *in epitome univerſ. cap.* 4. Ariſtot. *lib. de cælo & mundo*, Cælium *lib.* 1. *antiquarum lectionum cap.* 13. Chaſſaneum *in gloria mundi cap.* 12. *part.* 5. *& conſider.* 8. ubi ſigillatim de quolibet cælo, & ejus menſura & gradibus agit Joannes de Sacroboſco, *in ſua Sphæra*, & P. Ludovic. de Miranda ſuum expoſitorem, *cap.* 5. *&* 6. Lineſium de Recamara, *in ſuis mathemat. cap.* 10. *&* 11. 2

Quod ſi elementorum diſtributionem † inſpicias nobiliori & præſtantiori gradum eſſe inſitam ſedem, & natalem collocationem invenies, ut docet Divus Damaſcenus, *lib.* 2. *cap.* 6. & ejus autoritate Chaſſaneus ubi *ſuprà part.* 12. *conſid.* 12. *verſ. Joannes Damaſcenus:* In hæc verba, hîc cognoſcitur, & cognoſci poteſt, *y traſlada aſta* reliquaque natura dignitate excellens eſt. 3

Si ad animalia irrationabilia † terreſtria aſpicias quam peculiaris excellentia, & ſuperioritas in aliquibus reſpectu aliorum inveniatur omnes agnoſcunt, 4

cunt, ut tradit Plinius *lib.* 28. *naturalis hiſtoriæ cap.* 11. variis in locis Bartol. *in leg.* 1. *Cod. de dignitat. lib.* 12. *col.* 7. ubi ait in eis generoſitatem & nobilitatem inveniri, Bonus de Cartuli *in tract. nobilit.* 2. *part.* Chaſſaneus ubi *ſuprà* 7. *part. conſider.* 3. *&* *dict.* 12. *part. conſider.* 12. ibi: *& reperiuntur animalia, quæ utuntur ordine, & inter terreſtria Elephantes, inter aves Ciconiæ, Grues, & Apes, ut de ſingulis infrà dicam*; quod plurimum ſervit ad propoſitum de ordine ſervando.

5 Et in avibus † dignitas, & excellentia cernitur, ut in phœnice de quo Plinius, *lib.* 10. *naturalis hiſtoriæ cap.* 2. Ubicius, Additionator, Hieronymus de Guerta, Divus Iſidorus *lib.* 2. *Etymologiarum*, & in Aquila quæ omnium avium Regina cæteras abſque dubio antecedit teſte eodem Plinio *dicto lib.* 10. *cap.* 3. ibi: *ex his avibus novimus aquilæ maximus honos, maxima & vis*, & hæc ſola ut aliqui ſentiunt fulmine non tangitur, & ideo Jovi fuit dicata qui prius eam nigro depictam colore excuſſo deauratam in ſignum majeſtatis, & victoriæ tulit, ut tradit Ferdinand. Mexia, *in ſuo nobilitario lib.* 3. *cap.* 1. *reſpect.* 2. *& cap.* 10. *&* 11. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dierum genialium cap.* 2. à quo Imperatores Romani poſt acceperunt, ut latè per Chaſſaneum ubi *ſuprà part.* 1. *conſ.* 38. *in* 17. *concl. verſ. ſic erit dicendum*, & quia Imperium diviſum fuit in duas partes, & Orientis, & Occidentis, duplici aquila in armis, aut inſignibus, aut Clypeis utebantur, ſicut nunc utuntur Imperatores, notat Guardiola de nobilitate, *cap.* 13. Bargas *de nobilitate diſcurſu* 16. *num.* 4.

6 Et in homine qui cum ſit digniſſima † omnium creaturarum, ut *in leg. juſtiſſimè, ff. de ædilit. edicto gloſſa in §. partes Inſtitut. de rerum diviſ.* & Mundus inferior & Microcoſmos dicitur in quolibet ſubjecto & individuo pleniori, & perfectiori methodo.

7 Hunc membrorum ordinem ac admirabilem † diſtinctionem experimur & miramur cum caput omnibus dominari membris, & cætera tanquam inferiora ei ſubminiſtrare & inſervire videamus: Paulus, *in leg. cum diverſis* 44. *ff. de Religioſ. & ſump. fun.* ubi quod ille locus dicitur Religioſus ubi caput humatur, & ideo Lucas de Penna *in leg. nemini Cod. de conſulibus & non ſpargendis lib.* 12. ait quod Princeps Reipublicæ quæ pro quodam corpore ponitur obtinet vicem & officium capitis; & indecens eſt membra perfectiora eſſe capite, *cap. miramur.* 60. *diſtinct.* Felin. *in cap. cum non liceat de præſcrip. in princ.* Bald. *in c.* 1. *§. ad hoc in* 4. *collat. de pace jurament. firmand.* ubi quod excellentia hominis tribuitur capiti in quo eſt fons rationis, & intellectus Ariſtotel. *lib.* 3. *de anima.* Lactantius Firmianus *de opificio Dei cap.* 12. ubi ait caput eſſe principium corporis humani, & ideo dicitur, *in cap. libri ſcriptum eſt de me*, ut eſt in principio libri, & Marius Varro, Robertus Stephanus *in Theſauro* caput dicitur quod inde initium capiant ſenſus; proſequuntur omnes politici tam antiqui, quam moderni, ut refert, & optimè expendit Andreas de ſancta Maria, *in ſua politica Chriſtiana cap.* 4. qua de re ut tam mirabilis Creatorem laudare, ac ore & mente ejus infinitam ſapientiam prædicare, ac ſine intermiſſione benedicere non ceſſes, perlegere poteris quæ perexactiſſimè tradit Coelius Rhodiginus, *l.* 1. *antiq. lectionum c.* 12. ubi ſigillatim de omnibus quæ ſunt in homine tam in mente, intellectu, memoria, quàm in corpore agit Chaſſaneus 2. *par.* ubi *ſuprà conſid.* 2. *&* 12. *part. conſider.* 46. Venerabilis pater Ludovicus de Granada *in Catechiſmo ex cap.* 23. uſque *ad* 32.

Quare legibus & politicis † conſtitutionibus merito in omnibus caſibus hunc ordinem & graduum ſeparationem haberi providè cautum extat; & ſic in horum delatione in præcedentiis, & aliis prærogativis, & *in cap. illud* 8. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *& in cap. percipimus* 39. *diſtinctione toto tit. Cod. ut dignitatum ordo ſervetur, lib.* 12. plura tradit Gerardus, *ſingular.* 33. Boërius *de Autoritate magni Conſilii*, & in miniſtrorum, & Magiſtratuum ſeu officialium diſtinctione reſpectu aliorum quam inter ſe reſpectu dignitatum, & officiorum ex *n.* 33. ibi: *& pro illius evidenti demonſtratione præmio, y deſde eſtas palabras*, uſque *ultra ſpiritum.* Menoch. *conſ.* 126. *lib.* 2. *num.* 1. ubi ita prorumpit. *Jam enim eos legiſſe exiſtimo*, uſque ad verbum *conantur.* Cevall. *de ordine per viam violent.* 2. *part. q.* 124. *in princ.* 8

Ex quo ordine & graduum diſtinctione illud
oritur quod cum Magiſtratuum, & aliorum † offi- 9
cialium Reipublicæ autoritas magna ſit & dignitas, & juriſdictionem à Rege & nomine ejus habeant & exerceant, ut *in leg.* 2. *ff. de albo ſcribendo, cap. per tuas, & majorit. & obedient.* ubi gloſſa, debent in Eccleſiis & proceſſionibus & aliis cœtibus cæteros omnes præire, & præcedere, ut *in leg.* 1. *& in dicta leg.* 2. *ff. de albo ſcrip. & in §. aliam Inſtitut. de bonor. poſſeſſor.* ubi qui ampliorem majoremque dignitatem obtinet præfertur, *leg.* 1. *Cod. de Conſulibus lib.* 12. Menoch. *conſ.* 257. *num.* 3. *& num.* 9. latè Chaſſaneus ubi *ſup.* 3. *part. conſider.* 24. Grammaticus *deciſ.* 64. *num.* 20. Quintus Curtius *de Alexand.* ait & Chaſſaneus 11. *part. conſider.* 6. ad expectanda certamina priores in Theatro ſedes aſſignari, Coronatorque ſedere juſſit; & Ovidius de judicio ſupra armis Achillis.

*Conſedere duces & vulgi ſtante corona,*
Et *lib.* 1. ibi:
*Marmoreo ſuperi ſedere receſſu,*
*Celſior ipſe loco.*

Itaque priores ſedes occupare debent, & ſem-
per honorabiliores † ſunt quæ magis alteri con- 10
junctæ, vel circa parietem, ubi fuerit caput ſeſ-
ſionis, aut cubiculi; Chaſſaneus ubi *ſuprà part.*
1. *conſid.* 14. *&* 15. & major dignitas conſide-
ratur † vel ob prærogativam ordinis, ſeu eam 11
concedentis, vel ratione temporis, vel quod unus jure proprio eam obtineat, alter jure alieno quod ad longum proſequitur, & ſigillatim explicat exemplis quæ illuſtrat Menoch. ubi *proximè ex num.* 10 uſque ad *num.* 11.

Et hinc provenit officiales ſtatus † nobilium 12
præcedere debere officialibus plebeiorum in ſeſſionibus, in locis, in ſuſcipienda Pace in alloquendo, in ſcribendo, in ſuffragio præſtando, & aliis ut tradit Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 53. Chaſſaneus *in dict. Catalog.* 3. *part. conſider.* 6. Paritius *conſ.* 149. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Garcia *de nobilitate gloſſa* 18. *num.* 44. *& gloſſa* 35. *nu.* 59. Bargas *de nobilitat. diſcord.* 10. *num.* 6. docet gloſſa *in ſumma* 97. *diſtinct. & in dict. §. aliam, & in leg. ex agentibus verbo conſenſibus, Cod. de Princip. agent. in rebus, lib.* 12. & gloſſa *verbo ſedendi, in leg. quoties, Cod. ubi ſenatores præclariſſimi*, & facit text. *in leg.* 23. *tit.* 21. *part.* 2. ibi: *anſi deben ſer honrrados en muchas maneras de gieſa, &c. y enlebar las varas del Palio del ſanctiſſimo Sacramento el Jueves ſancto, y el del Cor-*

*pus*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*pus Chriſti*, ut tradit Boërius de Franch. *deciſ.* 153. *n.* 4. *part.* 2. Cevallos *tom.* 4. *pract. q.* 897. *n.* 236.

13 Et poſſunt adverſus locum ſibi debitum † uſurpantes vel in poſſeſſione turbantes actione injuriarum agere, quod adeò mirabiliter comprobat, & exornat Lara Cordubenſis *in leg. ſi quis à liberis*, *ex num.* 23. quod ejus dicta oculis tuis ſubjicere non pigebit, ita ergo ait hinc ſcripſit Faber id eſt *de eſte*, *num.* 23. *tranſlada à la letra aſta el.* 33. ibi Boërius *in add. ad Gerardi ſingular.* 43. & videndi ſunt de hac re ultra *ſup. relatos*, Stephan. Gratian. *diſcept. cap.* 11. *ex n.* 22. D. Salgado *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 48. & 49. ubi refert Tiberii Deciani *conſil.* 21. *tot. volum.* 1. D. Perez de Lara *de anniverſariis* 166. *cap.* 24. *n.* 18. & *infra in fine hujus capitis*, alios referam.

Regulariter verò in oppidis noſtræ Hiſpaniæ
14 in † Eccleſiis manus dextera reſpectu altaris Sacerdotis ad populum reſpicientis, & latus ubi Evangelia dicuntur, & cantantur occupari per officiales ſtatus nobilis, & poſſunt qui primam ſedem ſecundum officii dignitatem occupant cæteri nobiles qui non ſunt officiales, & in eodem latere ſedere debent. Siniſtra manu, aut latere altero relicto officialibus & cæteris plebejis, & plures ita (ſemota conſuetudine aut præſcriptione) in hoc Regio conventu dicitur.

15 Et ſemper manus dextera † nobilior, & præſtantior ſedes eſt altera ex Bald. *in leg. decernimus in* 3. *notabili, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Gloſſa *in cap. quam periculoſi* 7. *q.* 1. & facit text. *in cap. ſolitæ de majorit. & obedient. verſ. hæc ac ſi prudenter*, ibi: *non faceret*, *aut permitteret Patriarcham Neapolitanum magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ juxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere*, & facit illud Evangelii *unum à dexteris*, *& alterum à ſiniſtris*, & illud Pſalm. 109. quod reperitur *Matth.* 22. *Marci* 12. *ad Hebræos* 10. *& Matth.* 26. ibi: *à modo videbitis filium hominis ſedentem ad dextram virtutis Dei*, *& Actorum*, ibi: *Ecce video cœlos apertos & filium hominis à dextris virtutis Dei*, *& Geneſis* 48. *quemadmodum Joſeph conatus manum dexteram Patris Iſraël quam ſuper caput Ephraim Junioris poſuerat transferre ſuper caput Manaſſe*, & illud *Sapientis: Læva ejus ſub capite meo*, *&c. dextra ejus*, *&c.* Unde Bart. *in tract. de inſigniis & armis in* 4. *col.* ait quod dextera pars eſt principium motus; quod latius perſequitur Jacobus de Bonaidi *in Gloſſis ſuis ad Joannem de terra Rubea in leg. ſua de vinea Eccleſiæ*, *art.* 2. *primi tract. in* 4. *concluſ. verbo à dextris*, Chaſſaneus *in Gloria mundi* 1. *parte conſider.* 11. *& conſider.* 38. *concluſ.* 88. Conrad. *in templo judic. tom.* 2. *cap.* 5. §. 4. *in princ. num.* 11. Cacheranus *deciſ. Pedemontan.* 30. *n.* 1. *&* 16. Azevedo *in addit. ad Cur. piſan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. Bobadill. *lib.* 2. *pol. cap.* 17. *nu.* 12.

16 Unde pro majori onere & exiſtimatione † Primogenito cuilibet ſedes ad dexteram Patris ſui eſt conſtituenda, ut ait Joannes *in ſcholia primatus*, Abbas *in cap. luit de voto*, extollit Barb. *conſ.* 18. *nu.* 6. *lib.* 2. Bald. *in leg. liberti quæſt. num.* 18. *de oper. libert.* Tiraq. *de primog. in præfatione*, *n.* 13. qui plures ibi refert. Seſſe *deciſ. Regni Aragon. n.* 1. *&* 2.

Sed circa præcedentias, & judicum dignitatem
17 præcipuè deferendum eſt † conſuetudini, quæ utique normam in his caſibus præſtat, & omnem tollit ambiguitatem, ut *in cap. ſtatuimus de major. & obedient.* Innocent. *in cap.* 1. *verſ. item in his eodem tit. cap. cum olim de conſuetud.* ubi notat Bald. *& in cap. cauſam num.* 6. *de probat.* Menoch. *dict. conſ.* 126. *num.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 51. *num.* 49. *eis ſequentib.* Decius *in cap. cum acceſſiſſent*, *col.* 1. *ante fin. verſ. & hæc comprobat. de conſtit.* Rota *deciſ.* 4. *de dictione in nobis*, Seraphin. *deciſ.* 4. 335. *& deciſ.* 663. Alonſus Ruyus *in collect. p.* 4. *col.* 1069. Franchis *deciſ.* 258. *num.* 2. *& deciſ.* 388. *num.* 4. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 55. *verſ. ſed in hoc*, Garcia *de nobilit.* allegatus à Perez de Lara *dict. lib.* 1. *de anniverſ. cap.* 24. *num.* 19. Gratian. *diſcept.* 298. *à n.* 8. Maſtrill. *lib.* 4. *de magiſtrat. cap.* 14. *numero* 1. Salgad. *ubi ſup. dict. cap.* 9. *num.* 18. Valenz. Velazq. *conſ.* 34. *numer.* 132. uſque ad 183. & latè ac copioſè D. Caſtillo, quæ poſt hæc ſcripta vidi *tom.* 2. *de tertiis*, *cap.* 41. *num.* 64.

Ad hanc verò conſuetudinem † in materia præ- 18
cedentiarum inducendam ſufficit tempus 10. annorum ex Aretino *conſ.* 22. *num.* 11. Grammat. *deciſ.* 64. *num.* 34. Maſcar. *dict. conſ.* 26. *num.* 34. Fabio de Anna *conſ.* 40. *vol.* 1. *num.* 5. Riccio *in prax. in titulo præcedent. diſput.* 678. *num.* 3. & ſi reſiſtit jus ſufficiet tempus 40. annorum ex Felino *in cap. auditis*, *numer.* 22. *de præſcriptione.* & Andrea Siculo *conſ.* 3. *num.* 2. Purpurato *in leg.* 2. *num.* 200. *ff. de officio ejus*, Marſil. *conſ.* 26. *num.* 14. Fabio de Anna *conſ.* 10. *ex num.* 3. Gratian. *diſcept.* 492. *ex numero* 9. Maſtrill. *deciſ.* 130. *nu.* 17.

Quot verò actus neceſſarii ſunt pro hujus † 19
conſuetudinis introductione diſputare contendens Salgado ubi *ſupr. ex num.* 20. demum *num.* 21. *cum ſeqq.* unico actu talem conſuetudinem perfici reſolvit his verbis, quod verum eſt *y deſde eſte*, *num.* 21. *traſlada haſta el* 26. ibi, *loco citato.*

Sed Doctiſſimi viri ſalva pace, licèt quoad ac-
quirendam poſſeſſionem † præcedentiæ vel con- 20
ſtituendam, unicum actum ſufficere fatear ex doctrina Bartol. *in leg.* 1. §. *hoc interdicto*, *ff. de itinere actuque privato*, *cap. querelam de electione*, *cap. conſultationibus de jure patronatus*, & ibi communiter notatur ex his quæ eruditè & ſatis utiliter (prout moris eſt) tradit ipſe Salgado *n.* 19. *&* 20. tamen conſuetudinem niſi ex bino actu formali nequaquam fatebor, cum id apertè comprobet Juſtinian. *in leg.* 3. *verſic. his ergo*, *C. de Epiſc. cap. aud.* ibi, *ut remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant* junctis verbis ſequentibus, ibi: *qui impunitatem veteris admiſit non emendationem potius quàm conſuetudinem*, & facit textus *in cap. ex parte de conſuet. & in leg.* 5. *tit.* 2. *part.* 1. ibi: *ſi en eſte tiempo fueren dados*, & ultra relatos ab eo Burſ. *conſ.* 343. Fabius de Anna *conſ.* 40. *num.* 8. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 126. *num.* 6. Gonzalez *in regul. Cancellar. gloſſa* 45. §. 2. *ex num.* 29. procedit inter perſonas inter quas fuit cauſatus actus poſſeſſionis *verſic. inter diverſas*, Franch. *deciſ.* 17. *num.* 12. *& deciſ.* 253. *num.* 10. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *&* 5. *num.* 36.

Sed & ante dictis illud obiter, & non inutili-
ter annectas velim, quod præcedentiæ † omnes 21
vel in ſeſſionibus, aut aliis rebus (cum in eis poſſit introduci conſuetudo, & cauſari præſcriptio, & ex jure magiſtratibus, officialibus, aut nobilibus debito eis competant, & proveniant) non potuerunt dici actus meræ facultatis, quia iſti ſemper conſiſtunt in facto illius contra quem præſcriptio intenditur, ut in exemplis, traditis per

Bar-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bartol. *in leg.* 1. *num.* 40. *Cod. de conſtit.* & ex
pluribus relatis à Gabriel. *tit. de præſcript. con-
cluſ.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *ex num.* 2. Fon-
tanel. qui plures refert *tom.* 1. *de pact. nupt. clauſ.*
4. *gloſſ.* 19.

Unde ad hanc conſuetudinem, vel præſcrip-
tionem cauſandam ceſſat quæſtio illa, an debeat
eſſe prohibitio, aut negatio, ut in actibus me-
ræ facultatis de qua latè per gloſſam & commu-
niter DD. *in leg. qui luminibus*, *ff. de ſervit. ur-
ban.* Balbum *de præſcript.* 4. *cap.* 5. *part. quæſt.*
5. *&* 6. Aimon. *verſ.* 111. *num.* 22. Covar. *in
regul. poſſeſſor*, 2. *part.* §. 4. *num.* 6. Roland. à
Valle *conſ.* 22. *volum.* 2. *num.* 32. Joan. Garcia
*de nobil. gloſſ.* 35. *n.* 57.

22 Citra conſuetudinem verò quilibet prætor, †
& ſuum locum tenens, vel judex ordinarius qui
in oppido quantumvis parvo nomine regis juriſ-
dictionem utramque habet, priorem locum oc-
cupare debet, & cuilibet judici delegato de com-
miſſione debet in actibus publicis anteferri, no-
tat Bobadil. *lib.* 2. *politicor. c.* 21. *n.* 61. ubi ta-
men ſentit judicem ordinarium alicujus oppidi
non debere præcedere judicem adlegatum Con-
ſilii magni, & inde legationem ejus rem maximi
eſſe momenti præſertim ſi judex ordinarius ſit ali-
cujus parvi oppidi ex Carolo Ruino *conſ.* 155.
*numer.* 3. *lib.* 4. Ceſalo *conſ.* 615. *numero* 17.
*lib.* 5.

Quibus ultra animadverſa à Bobadilla adde
23 quod & ſic is qui majorem † juriſdictionem ha-
bet ſit præferendus minorem limitatam, ſeu tem-
poralem habenti, ut tradit Joan. Andr. *in cap.
penult. de offic. & poteſt. judic. deleg. lib.* 6. Boë-
rius *in tractat. de ordine graduum utriuſque fori*,
*numero* 21. Gandiſalvus *in tractat. de legato, part.*
24 1. *quæſt.* 9. & quilibet ordinarius Judex † habet
univerſalem cauſarum cognitionem, ut *in leg.* 1.
*ff. de juriſd. omn. jud.* & delegatus illius tantum
cauſæ expeditionem, quæ ſibi commiſſa fuit.

Non tamen ſemper ex majori juriſdictione cau-
25 ſatur † præcedentia, ſed ex repræſentatione ali-
cujus magni, & ſupremi Superioris, velut Pon-
tificis, & Regis, utpotè in legato ipſorum, tradit
Steph. Grat. *tom.* 1. *cap.* 111. *num.* 70. quod ita
ſentit, & ſingulariter reſpondit Menoch. *dict.
conſ.* 152. *numer.* 59. his verbis: *huic argumen-
tationi reſpondit*, *in dicto conſ.* 55. *lib.* 2. & 1.
dixit, *traſlada todo el numer.* 59. *y todo el li-
bro.*

Poſt Prætorem judicem ordinarium, ſeu lo-
cum tenentem inſequuntur incedere, immediatum
26 locum occupare debent † judices *de la Herman-
dad*, quilibet reſpectivè in ſuo ſtatu, latere,
aut manu; deinde Decuriones, poſt Procurato-
res Syndici univerſitatis, & cæteri officiales prout
conſuetudo & mos in quolibet loco uſurpaverit,
vel officiorum conceſſiones perpetuò, aut ad tem-
pus cuilibet à principe cum certis præeminentiis,
& prærogativis fuerint factæ; ipſe enim ut foris
juriſdictionis, & mundi Dominus, poterit pro
libito in hac ſicut in aliis ejuſdem generis rebùs
diſponere, in ſuo loco dicemus, & in pluribus
officiis his temporibus venditis, vidimus & ex-
perti ſumus, & in illa Carrionenſi ubi ego na-
tus fui Petro Cierro, & in Montanis unde ego
originem duco, ortum habenti Alguaceli offi-
cium ipſius villæ, & ejûs diſtrictus, & territo-
rii fuit certo pretio venditum, ea prærogativa,
& qualitate conceſſa ut poſt Prætores, & Signi-
ferum vulgo, *Alferez mayor*, cæteros omnes in
ſeſſionibus & in publicis univerſitatibus cœtibus
vulgo, *ayuntamientos de villa* cæteros omnes præ-
cedere.

Ex quo illud certiſſimum eſt quod Judex † ap- 27
pellationis vulgo, *Alcalde mayor*, qui nominatus
eſt à Dominis oppidorum præcedere debet cæ-
teros judices ordinarios, an major illius ſit & ple-
niorem cauſarum cognitionem ac dignitatem ſu-
periorem obtineat ut in ſimili arguit Menoch.
*dict. conſ.* 126. *n.* 15.

Quia major dignitas † juriſdictionis tribuit præ- 28
cedentiam; Abb. *conſ.* 21. *lib.* 1. Bald. *in leg.
quilibet*, *Cod. de decur.* Menchac. *controv. illuſtr.
in præfat. num.* 127. Chaſſaneus ubi *ſuprà dicta
conſider.* 12. *n.* 56. Gratian. *dicto cap.* 111. *nu.*
76. Boërius *deciſ.* 286. *n.* 8. Ricc. *collect.* 1446.
Maſtrill. *deciſ.* 120. Seraphin. *deciſ.* 964.

Et inter duos judices † alterum habentem in 29
oppido privativè cauſarum criminalium cognitio-
nem, alterum civilium tantum, quis præferri, &
præcedere debeat, diſputat Chaſſaneus ubi *ſuprà*
2. *part. conſider*, 26. *per totam*: & ſanè ex magni-
tudine † cauſarum oritur præcedentia, & ex oc- 30
cupatione & exercitio officii, Felin. *in rubrica
de mal. & obedent. num.* 4. gloſſa *in cap. ſtatuimus
verbo conſuetudinem eodem tit.* Decius *conſ.* 161.
Rota *deciſ.* 4. *de elect.* Fuſcus *tom. concluſ.* 430.
*num.* 6.

Verùm inter officiales † ejuſdem officii & mu- 31
neris, & ejuſdem ſtatus (ubi duplicia officia in-
veniunt) ſemper antiquior, ſi quis fuerit in offi-
cio, alterum præcedere debet ex Bald. *in cap.
cum olim per textum*, ibi: *de conſuet.* Alexand.
& Jaſo *in leg. cum quid*, *ff. ſi certum petatur*, &
facit text. *in leg.* 1. *Cod. de officio præfecti Præto-
rio*, *leg.* 1. *Cod. de præfect. ſacri cubic.* & *in di-
cta leg.* 1. *Cod. de conſulibus*, *lib.* 10. quibus ca-
vetur quod conſul vel Præfectus primus creatus
præferatur ſecundo creato; & facit text. *in leg.*
2. *Cod. de veter. enucleando*, & qui prius † Epiſ- 32
copus vel canonicus fuit creatus, is etiam prius
inter Canonicos, aut Epiſcopos ſedeat, *cap.* 1.
*de majorit. obedient. cap. Epiſcopus*, 17. *diſtin-
ctione*, Jaſo omnino videndus *in conſ.* 192. *vol.*
2. Rebuff. *in tractat. nonum*, *quæſt.* 21 *in princ.*
Azevedo *conſ.* 12. Sicut inter Monachos † illi 33
præferuntur qui prius fuerint inſtituti, ut *in cap.
quandam de electione in* 6. Ancharranus *conſ.* 210.
& Doctor Antiquior † Juniori præfertur; Chaſſa- 34
neus, *in Catalogo gloriæ mundi*, *part.* 10. *conſi-
der.* 26. Menoch. *dicto conſ.* 127. *num.* 30 & in-
ter officiales plures qui ſimul ad dignitatem ad-
mittuntur præferre & præcedere debet qui an-
tea † advocati officium exercebat ex notatis per 35
Albericum, *in leg. laudabile Cod. de advocat.
diverſ. Judicior.* latè Chaſſaneus ubi *ſuprà part.* 7.
*conſider.* 28. *cum ſeqq.* & *part.* 4. *conſider.* 43.
quos in propoſito refert Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*
4. *cap.* 4. *num.* 37. ſunt enim aptiſſimi advocati
Magiſtratibus exercendis ut jam *alio loco* dixi.

Si verò non interveniat aliqua ſpecialis cauſa
prærogativæ, & præcedentiæ ex officialibus uno
tempore, & unica electione creatis in eodem
munere, tunc officialis † ſenior præcedere debet, 36
alterum, ut *in leg. ſemper*, *ff. de jure immunitat.*
ibi: *ſemper in urbe natura ſenectus ipſa venerabi-
lis fuit; namque majores noſtri pene eundem hono-
rem ſenibus, & magiſtratibus, tribuebant*, & Phi-
loſophus, *politicorum* 79. *natura quidem huma-
no generi dedit hos ſeniores, hos Juniores, quo-
rum quidem primos principari ſecundos ſubjici de-
cet, nec indignari debet junior ſubjectus futurus:
honeſtum enim eſt Juvenibus miniſtrare, & obedi-*

*re*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*re ſenioribus*, & Juvenalis, *ſatyr.* 13.

*Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,*
*Si Juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi*
*Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret*
*Plura domi fraga, & majoris glandis acervos,*
*Tam venerabile erat præcedere quatuor annis.*

Quoniam qui eſt ætate major præſumitur ma-
37 turitate † ſenſus præſtantior, textus *in cap. niſi cum pridem*, §. *alia verſ. cauſa de renuntiatione*, & ſenes primam vocem in Conſilio habere debent, ut habetur *Eccleſiaſtici cap.* 32. ibi: *Loquere major natu decet enim te*, & plura tradit Chaſſaneus *in conſuet. Burg. in proœmio ſuprà illis verbis ordine*, & *in Catalog.* 11. *part. conſider.* 17. *tota*, & noviſſimè, & copiosè de Lara *in compend. vitæ homin. cap. de ſene toto.*

38 Quod tamen non procedit in auditoribus † Regiis, & aliis majoribus Magiſtratibus à Rege una electione, vel ſimul electis, & nominatis; quia eorum præcedere debet, & prius capere poſſeſſionem qui in aliis officium nominatione Regis inſervierit, ut latè per Vincent. de Franch. *deciſ.* 144. ubi hujus quæſtionis vide ea quæ adducit D. Caſtill. *tom.* 7. *de tertiis c.* 41. *numero* 49.

Sed licèt ab inferioribus ad celſiora aſcendam, faciamus pro aliquali memoria, & commenda-
39 tione, hujus magnæ Pintianæ † Curiæ & Regalis Cancellariæ, in qua minor, & imperitior ex omnibus tot ſapientiſſimis advocatis decem & ſeptem ab hinc annis cauſas perago, filiali invehor affectu, & quaſi naturali rapior amore, ut ejus licèt brevi laconiſmo depingam majeſtatem, ordinem & officiorum ſive miniſtratorum diſtributionem, & inter ipſos præcedentias, & honores.

Regia ergo hæc Curia quæ vulgo *Corte y Chancilleria* dicitur ut *in leg.* 4. quæ incipit, *Chanceller. tit. part.* 2. *leg.* 22. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopill.* Simancas *lib.* 7. *de reſp. cap.* 9. Renatus Copinas, *de donat. Franciæ lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 5.

Ex his quæ tradit Covarr. *in pract. cap.* 4. *n. fin.* eſt membrum, & pars magni Conſilii Regis, ut teſtatur Matienzo, *in dialogo Relatorum*, 1. *part cap.* 5. *num.* & quæ temporibus Henrici ſecundi (ut infrà dicam) inventa reperitur, ſexdecim Senatoribus & uno Præſide conſtat. Rurſus habet quatuor criminalium cauſarum Judices qui cognominantur *Alcaldes de Corte* & Virgam in manibus erectam in ſignum meri Imperii portant: quatuor nobilitatis judices coram quibus tantum cauſæ ejus pertractantur, & ab eis ad Auditores Regios appellatur, apud quos per ſententiam duplicem & viſionis, & reviſionis finem accipiunt, & lites conquieſcunt, qui quatuor nobilitatis judices, *Alcaldes de hijos de algo*, appellantur, & ſimul de vectigalium cauſis privativè cognoſcunt. Deinde duos Regios Fiſcos, alterum cauſis criminalibus pro vindicta publica inſervientem, qui ex eo in Aula judicum criminalium cauſarum cum eis ſub ſolio ad manum dexteram, poſterior tamen in ordine aſſidet. Alterum cauſas civiles præcipuè contra nobiles ſe eſſe intendentes vel vectigalibus cæteriſque tributis exemptionem intentantes, aut quoquo modo patrimonialia Regiæ Coronæ uſurpantes peragentem, qui tamen ſub Solio in qualibet Aula ubi lis vertitur ad ſiniſtrum tamen latus cum judicibus nobilitatis, vel cum Senatoribus etiam ſedet: Rurſus, & curia noſtra habet unicum, & privativum cauſarum omnium tam civilium quàm criminalium Cantabrorum, ſeu *Bizcainorum*, Judicem majorem, *de Bizcaya*, vulgo cognominatum. Hi omnes Magiſtratus togati, & eadem veſte talari induti præter eos qui in habitu ordinario Eccleſiaſtico, vel quia Clerici ſunt vel reditus Eccleſiaſticos percipiunt, ita incedere malunt quibus id tacitè permittitur.

Magiſtratibus verò ante ſignati diſtinctas in curia, & Domo Cancellariæ habent & ſortiuntur aulas & receſſus ad audiendas lites, ſexdecim enim Senatores dividuntur in 4. aulas quas *hiſpano* ſermone vocamus *Salas*, 4. in unaquaque: Reverendiſſimus autem Curiæ præſes in qualibet earum pro libito aſſiſtere poteſt quod vel id facit quando in iſta aut illa examinandæ accipiendæ ſunt lites caſuum qui dicuntur curiæ, in quarum viſu, & examine neceſſario ex ordinatione ſpeciali hujus Cancellariæ in inſtantia remiſſionis intereſſe debet vel extra hos caſus quando gravitas litium id expoſcit, & à partibus importunis precibus ab eo expoſcitur.

Et quis ſenatorum præferri debeat, an qui prius poſſeſſionem accepit, an verò qui prius literas nominationis impetravit, & de aliis in propoſito vide Cavedo, *deciſ.* 3. *Luſit. part.* 1. *per tot.*

Ordo autem ſeſſionum ita procedit: quando Illuſtriſſimus Præſes inter quatuor manet in medio binos ſenatores ad utrumque habens latus, & merito ex his quæ tradit Chaſſaneus *in dicto Catalog. gloriæ mundi*, 1. *part. conſider.* 13. quia locus melior honorabilior ſemper reputatur, ut notat Lucas de Penna *in leg. quiſquis, Cod. de Præfect. prætor. lib.* 12. non ut ait Caſſiodorus *lib.* 3. *epiſtolarum*, qui eſt in medio cunctorum ad ſe traheret aſpectum, & facit illud *Lucæ* 2. ibi: *qui ſedens in medio Doctorum*, & vide Boërium *deciſ.* 23. *num.* 6. Azeved. *in Cur. Piſan. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. & ad latus dextrum inſequuntur, & ſedent Senatores antiquiores, ad ſiniſtrum moderniores, ſervata inter eos antiquitatis, & temporis ratione, ut is præſidi proximior reſpectu alterius inveniatur, & ſedeat qui antiquior fuerit, ſin autem contingit, quod in aula inveniantur tres Senatores & Præſes, tunc antiquior Senator immediatus eſt præſidi, & Præſidem ad manum dexteram habet, quod ſi Illuſtriſſimus Præſes in aula non eſt, tunc inter tres Senatores antiquior præeſt, & in medio collocatur, ſin autem ſunt quatuor, etiam antiquior in medio ad manum dexteram ſedet.

Qui utique ordo in cæteris aulis obſervatur, nam judices cauſarum criminalium ſuam de per ſe aulam habent diſtinctam & ſeparatam, & judices nobilitatis. Judex verò Cantabriæ ſolus in ſua aula lites concludit.

In omnibus autem aulis ſint lignei gradus tres qui ſtratum, & locum eminentem, & altiorem ſolo reſiduo aulæ conſtitutum, per tres altitudinis pedes in iſto ſtrati loco conſtituta ſunt in utroque latere lignea ſedilia, in quibus Advocati per ordinem antiquitatis ſuæ reſpectu temporis in quo à Præſide, & Senatoribus in numerum, & collegium advocatorum fuerunt admiſſi, & recepti, ſedent, & antiquior magis adhæret & propinquior eſt ſedi Senatorum qui in frontiſpicio, & vertice, ſeu capite aulæ in hoc Senatu Eminenti habent, & gradum unum altiorem, & ſub ſolio rubeo & goſipino ſerico, quod vulgo vocamus *doſel* ubi Regia inſignia, & arma ſunt ſculpta auditu ri, & judicaturi lites ſuper pugilibus goſipio in Bullis ſedent: & Reverendiſſimus Præſes in ſignum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſignum majeſtatis ante ſe duo pugiles nigri coloris circa pedes ſuos habet.

Advocati autem dum factum litis refertur coopertum caput habent, cum tamen, & alloquuntur ſedentes nudo capite Pileum in manu ſiniſtra habentes dextera actus, & animi voces, & verborum vim, vel altis, vel ſubmiſſis motibus ſignificant, & orationem comitantur, & adjuvant, & qui actor eſt, vel qui ſententiam contrariam in lite fuit ſortitus à qua vel appellatum, vel ſupplicatum ſtetit, prius loquitur ſervata etiam inter plures advocatos unius partis in hoc etiam ( ſicut in ſeſſionibus ) antiquitatis prærogativa.

Relatores ſecus ſtratum, & extra gradus ligneos in planitie ſoli ante ligneam menſam ( ibi acta litium, per legem defenduntur ) in ligneo ſedili etiam facta merita manifeſtantes ſedent cooperto capite dum alloquuntur.

Procuratores verò partim ad utrumque latus in eadem planitie ſoli, & arce in ſedili ligneo adextant, aliquid tamen eloquuturi nudo capite aſſurgunt.

Sollicitatores verò litium penes procuratores omni tempore dum lis refertur, & controvertitur nudo capite extant, & dum ſe offert occaſio, & neceſſitas urget quæ ſunt in facto videnda pungunt, & perlegi per Relatorem expoſcunt.

Sed majeſtuoſa iſta Curia habet inſuper ultra magiſtratus, & advocatos proximè relatos, tam pro ornatu, & decore tanti Senatus, quàm neceſſaria, & faciliori litium expeditione plures alios officiales: habet enim 17. relatores unum *alguacilem* majorem qui enſe accincto cum judicibus criminalium cauſarum ſub ſolio quando cauſæ peraguntur ſedet, & iſte nunc eſt Comes *de Ozomo Dux de Galiſtro* qui per ſubſtitutum ſervit hoc officium, & emptum à Rege noſtro ſuo majoratui, & hæredibus, & ſucceſſoribus in eo, & pro ſua domo cum pluribus prærogativis habet cum facultate Regia nominandi carceris commentarienſem, & alios *Alguaciles* inferiores.

Habet etiam 18. Cameræ Referendarios quos vulgo vocamus *ſcrivanos de Camara* duodecim civilium cauſarum qui inſerviunt terni Senatorum quatuor aulis: tres qui judicum criminalium cauſarum curiæ aſſiſtunt: duos aulæ judicum nobilitatis cauſarum, & alios duos judici majori Cantabriæ vel Bizcainorum inſervientes.

Habet autem 35. procuratores ſollicitatores 20. Tabelliones Regios qui ex eo quoad recipiendas probationes ad omnia inſtituti Cancellariæ mittuntur, receptores vocantur, tam primi quàm ſecundi numeri qui ſunt 52.

Item & alios qui diligentiores in cauſis nobilitatis pro defenſione Patrimonii Regis inſerviunt, quærentes teſtes, & inſtrumenta contra intendentes nobilitatem, & vulgo *diligencieros* appellantur.

Denique & oſtiarios, qui in Aula cum pallio, & enſe cincto cooperto capite ad ſedandas litigantium rixas, & refrenanda intempeſtiva vaniloquia attentè exiſtunt, & tacere jubent, & quando lis incipit recitari, procuratores ſeu ipſos litigantes publica & alta voce in oſtio Aulæ convocant, & vulgò, *Porteros de Camara* vocantur.

Sed poſtquam miniſtros tam ſuperiores quàm inferiores caput nempè, & membra quibus formatur corpus Cancellariæ noſtræ retulimus, non erit abs re nec cuiquam moleſtum, vel injucundum videtur ſi iſtius magni Senatus initium, & originem qua poſſumus brevitate exponamus; quod ut jucundius, & apertius ſignificetur vernaculo, & Hiſpano ſermone referre libuit.

*Oter. de Officialibus.*

*Coſa ſavida es, † que en la Eſpaña ulterior que* 40
*era la mas à portada de Roma, paſſieron los Romanos en el tiempo que la poſſeyeron y predominaron quatro conventos Juridicos, o como nos otros decimos, audienzias y Chancillerias, donde ſe tratavan los pleitos y cauſas de las Ciudades, y toda la comarca: eſtos eſtaban en Sevilla, en Eſiga, en Cordoba, y en Cadiz, yzieron aſſi miſmo ocho colonias, y avia otros lugares que ſe llamavan municipios de Ciudadanos Romanos, los quales fueron portados 22. y competian con las ocho Colonias. a las quales ſe los concedia el derecho y ventaja entre los demas, teniendo deſpues de Roma el primer Lugar, vota en la eleccion de Magiſtrados, parte en los cargos, officios y honrras, porque eran como hijos de Roma, uſando de ſu miſmo derecho, y leyes, y ſe goviernaban por la miſma forma que Roma, ſiendo ymagines y retratos de la grandeza y majeſtad de aquella gran Ciudad. El Emperador Auguſto honrro con mas ventajas eſtos municipios, mandando que todos tubieſſen mejor aſſiento que las colonias en las audienzias o concejos Juridicos, y eſta ventaja ſe conoze, pues los Preneſtinos deſiroſos de honrrar ſu tierra, pidieron al Emperador Tiberio que ſu Colonia la hicieſſe municipio para que gozaſe del privilegio y exempciones de los otros 22. municipios, el Emperador ſe lo concedio agradecido de que en aquella Ciudad ſe avia levantado ſano de una muy peligroſa enfermedad; y la cauſa porque era mas ventaja ſer municipio que colonia, es porque el municipio ſe conſerva en ſus miſmas leyes, y govierna ſin obligacion de guardar otros mandatos, y aſſi dijo Ulpiano,* & propriè, municipes appellantur muneris participes recepti in civitatem, ut nobiſcum munera faciant.

*De la miſma manera nueſtros Reyes omittiendo el gobierno, y Juzgados que tubieron los Godos luego que fueron conquiſtados eſtos Reinos, y liberandolos del poderio de los Moros, mantubieron en Juſticia a ſus vaſallos, y es llano que tenia para ello audienzias, y tribunales, y que ſon antiquiſſimo en Eſpaña, como largamente refiere Greg. Lopez Madera; pero hacer candonos a nueſtro propoſito es coſa certiſſima que el concejo Real tubo origen y ſu firmacion, por el ſeñor Rey D. Fernanda el tercero, que digniſſimamente llaman el ſanto, ſeñalando en eſte concejo Real de Caſtilla 12. oydores Letrados, come conſta de ſu coronica, para que le ayudaſſen a governar ſus Reynos, y eſtos fueron tan grandes varones que de ſus manos tenemos las leyes de las partidas en las quales ay leyes que haçen mencion de los concejeros del Rey y ordenan que los tengan, y deſpues los renovo el ſeñor Rey Don Alonſo el XI. en cuyo tiempo ſe acavaron las leyes de las partidas y ſalieron a luz en ſu nombre.*

*Deſpues el ſeñor Rey Don Enrique el II. eſtableçio un nuebo Juzgado, llamandole Chancilleria, non obſtante que las audienzias que los ſeñores Reyes ſus anteceſſores tenian ſe llamavan Chancillerias, y eran de dos Alcaldes, y juzgaban pleytos civiles y criminales.*

*Eſta inſtitucion de la Chancilleria ſe heço por el ſeñor Rey Don Enrique el II. en unas cortes que tubo en la Ciudad de Tiro en 6. de Noviembre, en la era de 1409. que es año del ſeñor de 1371. y puſo ſiete oydores, y manda que la audiencia ſea en ſu palacio, o en caſa del Chanciller mayor ( que era como aora el ſeñor Preſidente ) y que tengan y hagan tres dias de la ſemana audiencia, que ſon lunes, martes, y viernes, y deſtos ſiete oydores los tres fueron prelados Eccleſiaſticos quatro ſeglares, y ſeñala ſu ſalario, y nombra ocho Alcaldes,*

dos de Caſtilla, dos de Leon, uno del Reyno de Toledo, y dos de las Eſtramaduras, y uno de la Andalucia; y dos Alcaldes del raſtro, y un Alcalde de hijoſdalgo, y otro de las Alcadas, ſeñalando aſi miſmo el ſalario que ardelleban, y deſporque ninguno de los dichos Juezes no ſea abogado ni de parecer en pleyto alguno ſo pena de la ſu merced y del officio.

El ſeñor Rey Don Juan el ſegundo en unas cortes que tubo en la villa de Vribieſcazel año de 1387. mando que la Chancilleria no eſtubieſſe en la corte ſino que reſidieſſe, 6. meſes de los puertos azia vallad y nombralos lugares donde ha de ſtar, y de los puertos alla otros 6. y en un ordenamento que hecho en Segobia, eſtando alli la Chancilleria, nombro dos Alcaldes de los hijos de algo, ya en eſte tiempo ſeballa aver Juez mayor de Bizcaya que ſe llamava Alonſo Garcia Chirino, tambien ſe hallava haver Preſidente con eſte nombre y titulo; porque en el año 28. del Reyno del ſeñor Don Juan el II. como ſe ve en el capit. 58. de ſu coronica, mando que Don Gutierrez Gonçez de Toledo Obiſpo de Palencia viniesſe a la Chancilleria a ſer Preſidente, no por 6. meſes como lo eran los Prelados antes del, ſino por un año, y que llevaſſe de ſalario 100. maravedis, y eſto de no durar mas que por un año las plaças, ſe obſerva y guarda oydia, y aſi al principio de cada uno ſe envia nueba zedula al acuzerdo en que ſe proroga el ſervicio de la plaza.

El ſeñor Rey Don Enrique el IV. puſo de aſſiento la chancilleria en eſta Ciudad de Valladolid, y acordo que de aque no ſe mudaſſe por un Privilegio que diò eſta Ciudad en que dice eſtas palabras: Otro ſi me ſuplicaſteis, y me pediſtes por merced, pues io avia aora nueve años ordenado que la Chancilleria eſtubieſſe perpetuamente en Valladolid, os hizieſſe merced de confirmar el privilegio &c. aſi lo hizò y confirmò en 6. dias del mes de Agoſto de 1462.

Aunque por una cedula que eſta en el Caviſdo de eſta Ciudad de Granada, como conſta de ſu hiſtoria, la ſeñora Reyna Dona Juana enbio à los V. y quatro de aquella Ciudad, parece que los ſeñores Reyes Catolicos Don Fernando y Doña Yſabel ordenaron eſtubieſſe en Valladolid por eſtas palabras, bien ſaveis como el Rey mi padre y la Reyna mi Madre por algunas coſas cumplideras a ſu ſervicio, y eſpecialmente porque en los pleytos hubieſſe mejor y mas buen expedicion, huvieron ordenado hubieſſe dos Audiencias, y quella una reſidieſe en Valladolid, y la otra mandaron que por entonces reſidieſſe en ciudad Real, haſta en tanto que por ellos fueſſe prohibido otra coſa.

Pero no obſtante eſta Cedula tengo por mas cierto que el que puſo de aſſiento la Chancilleria en Valladolid fue el ſeñor Rey Don Enrique el IV. como que da dicho y todos los ſeñores Reyes deſde Don Enrique el II. que la inſtituyo, la fueron ampliando de mas Juezes haſta que la acavaron de poner en ſu perfeccion y forma como aora eſta, los ſeñores Reyes Catolicos Don Fernando y Doña Yſavel en las cortes qui tubieron en Toledo y en Medina del Campo en el año de 1489.

El ſeñor Rey Don Fernando fue tan zeloſo de la autoridad y poderio de eſte gran ſenado, que ſiendo Preſidente Don Alonſo de Valdivieſco Obiſpo que fue de Leon el año de 1490. por undes cuido que tubieron de aver otorgado la appellacion para Roma ſobre un negozio que ſe avia traido haſta Real Chancilleria les privo a el y a los oydores de las Plazas, ſiendo el Dotor Martin de Avila, el Licenciado de Chancilleria, el Dotor Cano, y el Dotor Olmedilla, en cuyos lugares ſucedieron por preſidente el Dotor Juan Arias de Villa Obiſpo de Obiedo, que deſpues fue de Segobia, y por oydores el Licenciado Villena, el Dotor de Palacios, y el Licenciado Villa Mariel, el Licenciado Palacios Rubios, el Don de Villo Vela, el Licenciado Aſtudillo.

La caſa donde eſta la Chancilleria fue de Alonſo Perez de Vivero Contador del ſeñor Rey Don Juan el ſegundo, vendiolas ſu nieto Don Alonſo Perez de Vivero, como pareze por una cedula de la ſeñora Reyna Doña Juana, en que por ella da licencia ſe venda, y que lo que dieren por ella ſe ſubrogue en el Maiorazgo que fueron dos quentos de maravedis, eſta la Cedula inſerta en la venta.

Sobre la puerta principal de eſta caſſa y Real Chancilleria eſtan tres piedras, en la que eſta pueſta en medio eſtan las armas Reales, y en las de los lados dos letreros en latin, el uno tiene eſtas palabras, Potentiſſimi, ac Catholici Principes Ferdinandus, & Eliſabeth, Hiſpaniarum & utriuſque Siciliæ, Reges, Regina, hanc ſacram Ædem miniſterio Juſtitiæ dedicarunt; el otro letrero.

*Jura, ſidem ac pœnam reddit ſua munera cunctis,*
*Hoc legi templum paceque ſacra domus.*

Los miſmos ſeñores Reyes Catholicos yendo en Romania a Santiago de Galicia por el año de 1486. inſtituyeron la Audiencia de Galicia, ſiendo ſuprimero aſiento en la Ciudad de Santiago, que deſpues ſe paſſo a la Coruña donde al preſente eſta, y tambien el año de 505. puſieron en la Ciudad de Granada Chancilleria, traſladando la que eſtava en Ciudad Real donde avia eſtado onze años, y el primer Preſidente que fue de la dicha Chancilleria de Granada fue el ſeñor Don Alonſo Carillo Obiſpo de Cartaria, que deſpues lo fue de Avilas.

Sed ut ad propoſitum (à quo intuitu præcedentiarum, & ordinis Magiſtratuum tam ſuperiorum quam cæterorum officialium noſtræ Pintianæ curiæ diſgreſſi fuimus) reditum faciamus, frequenter controverti ſolet, & dubitare vidi quoties in caſibus † præcedentiarum inter officiales Reipubli- 41
cæ in ſeſſionibus & aliis in Eccleſiis, & proceſſionibus Eccleſiaſticis lis excitatur quis judex ſit competens, an ſæcularis, an Eccleſiaſticus: & ſanè hujus rei cognitionem ad Judicem Eccleſiaſticum pertinere ſuadetur ex eo quòd Judex ſæcularis non ſolum eſt incapax cognitionum rerum ſpiritualium, *cap. decernimus de judiciis cum ſimilibus*, Verum etiam, & an ex horum quæ cum rebus ſpiritualibus immixtionem, & individualitatem continent, ut *in cap. ſacris de ſepulturis*, ubi notat gloſſa cum Religioſis adhærent Religioſa ſunt *in leg. quæ religioſis*, cum ibi *notatis*, *ff. de rei vindic.* & quod aliqua res ex duabus mixtis componitur ſemper dignior mixta unione prævalet, & attenditur *cap.3. de conſecrat. Eccleſ. vel altaris*, *cap. per tuas de arbitriis*, latè Lambertin. *de jure patron. quæſt.1. art.7. & 10.* Covar. *in practicis 36. n. 5.* Farinac. *de Inquiſitione q.8. n. 151. & fragmentor. criminal. puncto 2. n.260. fol. 261. & 262.* ubi per concluſiones, & regulas procedit, & latiſſimè exornat & adducit text. *in leg. generaliter*, *ff. de fidejuſſor.* D. Caſtillo *lib.8. controv. cap. 134. n. 18. cum ſeqq. tom.6.*

Et ſemper ubi res ſpirituales † cum profanis miſ- 42
centur dignior, & potior eſt Eccleſiaſtica, ut *in cap. quod in dubiis de conſecrat. Eccleſiaſt. vel altar.* & ex his quæ notat Anton. de Butrio, & Dominicus *in cap. ſi judex laicus de ſentencia excommunic. in 6.* & DD. *ſuprà* relati.

Deinde, quia ex his provenit quod in Eccleſia † 43
ratione loci nullus poteſt acquirere ſibi ſedem vel honorem ſine Epiſcopi licentia, aut Ordinarii tolerantia, ſeu permiſſione ex Abbat. poſt Hoſtienſ. & Joann. Andreas *in cap. penult. n. 5. de ſepulturis*, Lambertinus *de jure patron. lib. 1. part. 1. quæſt. 11.*

art.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*art.* 15. Molina *l.* 1. *de Hiſp. prim. cap.* 24. *n.* 34.
Gratian. *diſc.*100. *n.*19. & facit textus *in cap. illud,*
*cap. cum ſæculum de jure patronat.* & *in cap. bene*
*quidem* 96. *diſt.*
44 Et ſic dum de jure ſepulturæ † in Eccleſia con-
tenditur inter laicos cognitio ad judicem Eccleſia-
ſticum privativè ſpectat, notat Cardinal. & Abbas
*in cap.* 4. *de judiciis*, *n. penult.* Felinus *n. fin.* De-
cius *n.* 6. *quæſt.*9. *art.* 10. Medicis *de ſepult.* 1. *part.*
*quæſt.* 16. *nu.* 44. & facit textus *in leg.* 36. *tit.* 6.
*part.* 1. ibi, *es entierro de ſepulturas.*
45 Præterea quilibet ordo † ſervandus in Eccleſia
quoad audiendas res ſpirituales, & adſiſtentiam ſa-
crorum, actus ſpiritualis eſt, ut teſtatur Navar. *conſ.*
46 3. *de foro compet.* & componere diſſidia ob † præ-
cedentias circa res ſpirituales orta etiam inter ſæcu-
lares ad Eccleſiaſticos privativè pertinet *ex Concil.*
*Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 3. ibi: *Controver-*
*ſias omnes de præcedentia quæ perſæpè cum ſcanda-*
*lo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæcu-*
*lares, quàm Regulares, tum in proceſſionibus publi-*
*cis, tum in his quæ fuerint in tumulandis defuncto-*
*rum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis ſi-*
*milibus Epiſcopus remota appellatione, & non obſtan-*
*tibus quibuſcumque componat*; cujus textus deciſio
inter ſæculares etiam perſonas de præcedentia con-
certantes procedit ex Garcia *deciſ.* 232. *n.* 3. Ce-
vallos *de cognit. per viam violentiæ*, *quæſt.* 124. *n.*
2. & 4. Lara *lib.* 1. *de anniverſariis cap.* 24. *n.* 29.
Cancer. *tom.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 115. qui refert ſic
deciſum fuiſſe in Senatu Cataloniæ, Repol. *var.*
*reſolut.* §. 1. *n.* 158. Salgad. 2. *part. de protect. reg.*
*cap.* 9. *n.* 3.
Quæ utique ſententia in hoc regio conventu ob-
tinuit in cauſa Domini Petri de Velaſco cum con-
ſilio ex vicinis de Vola in valle, ſeu diſtrictu *de*
*Tranſmiera* inter quos cum lis agitaretur ſuper ſeſ-
ſionibus, & aliis præcedentiis in Collegiis, poſt
longam diſceptationem in foro ſæculari tandem fuit
à ſenatoribus cauſa remiſſa ad Eccleſiaſticum.
Verùm ſupra dictam aſſertionem quotieſcumque
47 † de jure proprietatis litigatur amplectar, non uti-
que cum de mero poſſeſſorio & facto harum præ-
cedentiarum ac ſeſſionum in Eccleſiis, vel proceſ-
ſionibus agatur, tunc enim judicem ſæcularem com-
petentem eſſe, & cauſam prævenire poſſe reor,
cum judex ſæcularis rei ſpiritualis poſſeſſoriæ in-
capax non ſit *ex doctrina* Bartol. *in leg. Titia*, *n.*
6. *ff. ſolut. matrim.* ubi Barboſ. *n.* 29. *Capitius*, *de-*
*ciſ.* 7. *n.* 2. Cravet. *conſ.* 253. *n.* 2. *verſ.* 157. *n.* 1.
Afflictis *deciſ.* 219. Roland. à Valle *conſ.* 22. *nu.*
24. *vol.* 2. Covar. *in pract. cap.* 35. *n.* 1. Grammat.
*deciſ.* 78. Mieres *de majorat.* 3. *part. quæſt.* 11. *n.*
11. *quæſt.* 15. *n.* 19. & 20. Garcia *de nobilit. gloſſ.*
1. *n.*27. & *gloſſ.* 9. *n.* 46. Gutier. *in canonicis*, *quæſt.*
34. *n.* 16. Theſaur. *deciſ.*82. & 117. & 131. Palla-
do 3. *part. diſt.* 9. §. 2. *n.* 2. latè Cevall. ubi *ſupr.*
*gloſſ.* 6. *n.* 133. & *quæſt.* 4. & *quæſt.* 65. *per tot.* &
in terminis præcedentiarum, ita diſtinguit Don Pe-
rez de Lara *dicto lib.* 1. *de anniverſ. & caper. cap.*
24. *n.* 29. *in fin.* & ita pluries in hac Regia Curia
obtinui, & quoties inter ſtatus ſuper præcedentiis
in Eccleſiis, & aliis locis contenditur, ſimul cum
aliis juribus, nempè officiis, bonorum univerſita-
tis fruitione, & aliis nunquam vidi quoad præce-
dentiam in Eccleſia quocumque modo agatur, ſive
petitorio, ſive poſſeſſorio judicio, cauſam judici
Eccleſiaſtico remitti. Sed unuſquiſque eam quam,
& juſtitiæ rei, & conſcientiæ propriæ ſecuriorem
viderit ſententiam amplectatur. Verùm controver-
48 ſiæ † præcedentiarum in proceſſionibus extraju-
dicialiter abſque ſtrepitu & foro per judicem, &
ordinarium Eccleſiaſticum, appellatione remota,
ſedandæ ſunt ex *dict. cap.* 13. *ſeſſion.* 25. *Con-*
*cil. Trident.* & *ex Bulla* Gregor. Papæ XIII.
*quæſt.* 82. & habetur in *bullario fol.* 1323. & in-
ter clericos & † ordines religioſos qui præferri 49
debeant, & quomodo in proceſſionibus & roga-
tivis incedant, diſputa ut docet latiſſimè Salga-
do, & ita eruditè & in pluribus hanc rem tan-
gentibus calamum interponere meritò abſtineam,
eo tantum relato contentus ad quem quando ca-
ſus occurret & ad certos quos ibi refert præſertim
*n.* 53. ſecurè recurrere poteris.
Veruntamen pro complemento adverte quòd
ea omnia quæ circa præcedentiam in ſeſſionibus
locum habent, procedent † ut in alloquendo & 50
ſubſcribendo prius, *leg.* 2. *Cod. de præfect. prat.*
*l.* 12. ibi: *Sed igitur prior ſedes ætate provectis*
*locus conſpectior decernendi loquendique facultas*
*antiquior cui eſt ſplendidior adepti magiſtratus ve-*
*tuſtior*, *c. concilia*, §. *huic in fin.* 17. *diſt.* ibi: *an-*
*te Ravenatenſem Epiſcopum Mediolanenſem ſub-*
*ſcripſiſſe*, *c. benè quidem*, 96. *diſtinct.* Gama *dict.* 1.
*Luſitana.* Et quilibet privatus † officialibus aſſur- 51
gere debet reverentiam, ac urbanitatem præſtare,
*ex Caſſan. & Doctoribus*, *ſuprà relatis.*
Et quod unus ratione diverſorum officiorum
† poterit quandoque alteri præferri, & poſtponi 52
ex Menoch. *conſ.* 92. *num.* 2. & *num.* 26. & 46.
uſque ad 76. *lib.* 10. Stephan. Gratian. *dict. cap.*
111. *num.* 13. & *cap.* 298. *num.* 102. Valenz. Ve-
laz. *in diſcurſu præcedentiæ ex num.* 28. & *conſ.*
9. & facit text. *in leg. tutorem*, *ff. de his quibus*
*ut indig.* ibi: *diſcreta ſunt jura quamvis plura in*
*eandem perſonam concurrant aliud tutoris, aliud*
*legatarii*, D. Solorz. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *c.* 20.
*ex num.* 7.
Et tandem quod ſuas magnificare prærogativas
eaſque † Jure naturali tueri omnibus conceſſum 53
eſt ad textum, *in leg. obſervare*, *ff. de officio pro-*
*conſul.* & ſuprà diximus. Id tamen abſque aliquo
ambitionis ſeu ſuperbiæ vitio, ſed obſervandi or-
dinis cauſa, ut *in cap. fin.* 89. *diſtinctione*, Menoch.
*conſ.* 126. *num.* 1. Tiraquel. *de primogen. in præ-*
*fat. num.* 13. Bobadill. *lib.* 3. *politicorum*, *cap.* 2.
*n.* 2. Maſtrillus *dicto lib.* 4. *de Magiſtris*, *cap.* 4. *in*
*principio.*

## CAPUT XV.

## Officia Reipublicæ an procurari, & ambiri poſſint.

### *SUMMARIUM.*

1 *Petere & ambire officia ſolebant Romani.*
2 *Peti poſſunt officia à Rege etiam intercedente pre-*
*tio.* ex Doctrina Bald.
3 *Ambitio officiorum tandem Romæ pernicioſa vi-*
*ſa fuit.*
4 *Ambitio quid ſit.*
5 *Ambitio officiorum mala & damnabilis quænam*
*dicatur.*
6 *Ambitio bona & laudabilis quænam repute-*
*tur.*
7 *Electio omnis quæ ſordibus aut precibus im-*
*probis facta fuerit jure Regio Hiſpaniæ dam-*
*natur.*

OFficia, & Magiſtratus Romæ † peti ſolebant, 1
ut *in leg. Barbarius Philippus*, *ff. de Officio*

*Prætor*, ibi: *Demum Præturam petunt*, & qui à
ſummo Principe ea petebat, non lege Julia de
ambitu reus fuit unquam exiſtimatus, ut *in leg.
unica*, *ff. ad leg. Jul. de ambitu*, quinimò etiam
2 pretio † intercedente, à Principe peti poſſe, Ma-
giſtratus & officia Juriſdictionalia dixit Bald. *in
dicta leg. Barbarius*, *num. 6. verſ. veniamus*,
Cujus ſententiæ aquieſcit Benedict. *in reſp. cap.
Rainunt. verbo duas habens filias*, *num. 52.* &
latè Caſſaneus *in Catalog. glor. 1. part. conſ.* 60.
Licèt id congruum videatur, ut pungit Salice-
tus, *in leg. 1. num. 1. Cod. ad leg. Jul. de ambit.*
ne quodam modo dicatur juſtitiæ venditionem to-
lerare, ut innuit Juſtinianus, ut *judices ſint à
quoque*, *§. 1.* & eos autem docet Soto, *de ju-
ſtitia*, *& jure*, *lib. 3. quæſt. 6. art. 4. in reſponſione
2. argumenti*, latiſſimè Navarr. *in manuali*, *cap.
25. num. 7.*
3 Verum officiorum ambitio † etiam Romæ per-
nicioſa poſtea viſa fuit, *leg. Calphurnia damnata*,
ut tradit Dionyſ. *lib. 37.* Cicero *in oratione pro
Murena*, Decian. 2. *tom. crim. lib.* 8. *cap.* 21. *nu.*
8. refert Bobadill. 2. *politic. cap. 3. numer.* 68. &
meritò, nam Alexand. Severus dicere ſolebat
teſte Lampridio in ejus vita: *invitum non ambien-
tem eſſe ad Rempublicam aſſumendum*, & ut ha-
betur *in leg. contra publicam*, *Cod. de re milit. lib.
12. juncta gloſſa*, *honoris augmentum non ambitio-
nem*, ſed labor ad unumquemque convenit de-
venire, gloſſa *verbo petere in leg. eos*, *ff. de de-
curion. & verbo precibus in leg.* ſic quemquam ad
gerendum Imperium idoneum non eſſe, niſi qui
victus, & coactus hoc munus ſuſcepit Doct. Joan.
Licerienſ. *de primogeniis*, *lib.* 2. *q.* 14. Joan. Lu-
pus *de Reg. gubern. lib. 1. c. 12. §. 13.* Guil. Be-
nedict. ubi *ſupr. n.* 61. Decian. *dict. lib.* 8. *cap.* 21.
*per totum*, Bonifac. *in peregrinat. verbo honores
verſ. 3. n.* 8. Gregor. Lopez *in leg. 3. verbo obiſpo
tit. 17. p. 1.* & facit text. *in leg. 13. tit. 2. lib. 7. or-
din.* ibi: *deben ſer buſcados y llamados para ello*,
Bobadil. ubi *ſupr. n.* 67. latiſſimè Martin. *in dialo-
go Relat. 4. p. cap. 9.* Nam ex ambitione plurima ma-
4 la oriuntur, quæ † eſt immoderatus appetitus ho-
noris, ut autor eſt D. Thom. 2. 2. *q.* 131. *art.* 1. fa-
cit textus *in cap. miramur in fin.* 61. *diſt.* unde Luc.
de Peña *in dict. leg. contra publicam in verb. ambi-
tione*, ait quod ambitio eſt *ſubtile malum*, *virus*, *pe-
ſtis occulta*, *doli artifex*, *mater hypocriſis*, *uber pa-
rens vitiorum*, *&c.* Plat. *lib. 31. de Republicæ ambi-
tione: nihil reipublicæ pernicioſius quippè quæ ſedi-
tiones pariat*, & Cicer. *in Orat. contra Rubrum n.*
89. Unde ambitioſus depingitur ab Innocen. *in lib.
de miſer. hum. condit.* quæ refert Peña *in leg. om-
nes omnino in fin. Cod. de decur. lib.* 10. in hunc
modum, *honores* (inquit) *ambitioſus affectat eſt-
que ſemper providus ſemper attentus*, *ne quid dicat*,
*vel faciat quod hominibus valeat diſplicere*, *&c.*
quæ perſequitur Budeus *in part. dict. tit. propoſito*,
*lib. 3. pag.* 292.
Quod quidem intelligas velim in his qui hono-
5 res Magiſtratus & officia † ambiunt, & immedia-
tè, vel malis mediis appetunt, licet ſe eſſe dig-
nos exiſtiment, eleganter Menoch. *de arbitrar.
lib. 2. cent. 5. cap.* 401. ibi: *ambitio*, *&c.* uſque ad
*verſ. necem ſibi.*
Quod ſi quis magiſtratus, vel officium non hoc
6 modo, ſed decenter † appetat; quia ſe dignum
reputat inſpectis bonis naturæ, & gratiis ſibi à
Domino collatis ſcientiæ videlicet, prudentiæ,
juſtitiæ, patientiæ, & ſimilium quamvis eis indi-
gnum reputet, humiliter ſuos conſiderans defectus,
ſed divino ſemper nixus ſuffragio æqui, & juxta
viri diſpoſitionem adminiſtratorem proponat, ut
ſic ad virtutum perfectionem pervenire poſſit, iſtius
ambitionis ſpecies nequaquam improbatur, quini-
mo quodam modo virtutem eſſe affirmat D. Thomas
2. 2. *q.* 129. *art. 1. & 2.* Oldrad. *in dict. leg. Barba-
rius*, *ff. de officio prætor.* Salicet. *in leg. unica*, *Cod.
ad leg. Jul. de ambit.* Caſaneus *in dict. Catal. conſil.*
60. dum dicunt permiſſum eſſe magiſtratum appe-
tere ſolum moribus, & virtutibus, & facit il-
lud *Eccleſiaſt. cap.* 7. ibi: *noli quærere fieri ju-
dex*, *niſi virtute valeas irrumpere iniquitates*, ele-
ganter Matienzo ubi *ſupr. cap.* 13. qui tali caſu,
& prædictis circumſtantiis non appetere magiſtra-
tus & honores, & officia puſillanimitati tribuit,
& *num.* 6. ita inquit *non tanquam*, *&c.* uſque ad
*utrum contendit.* Docet Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.
1. cap.* 30.
Unde jure noſtro Regio † omnis electio, quæ 7
pretio accedente, ſordibus, aut precibus impro-
bis facta fuerit, meritò damnatur *in leg. 22. tit. 2.
lib. 7. ordin* ubi Didacus Perez adducit, *Reg. Ca-
thol. q. 65. in ord.* ibi: *Como dichos*, uſque ad ver-
bum, *en reelegimiento*, *&c.* & *in leg. 8. eodem tit.
& libro*, ibi: *por manera que no intervenga*, *ni reſ-
pecto de precio*, *ni ſoborno*, *ni ruego de otras perſo-
nas*, *&c.* ubi Azevedo omninò videndus, *per om-
nia ſcholia*, quæ in propoſito maximè condu-
cunt.

---

## CAPUT XVI.

## De Officialium Reipublicæ Salariis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Præmium ut correſpondeat labori juſtum eſt*, *& rationi conſonum.*
2 *Salaria officialibus Reipublicæ aſſignari debent quæ correſpondeant labori.*
3 *Salaria quis primum publicis officialibus*, *& magiſtratibus expenſis fiſci perſolvenda conſtituerit.*
4 *Salaria prætoribus & judicibus ordinariis perſolvi debent ex bonis populorum.*
5 *Avendani opinio improbatur*, *qua dicit nobiles & exemptos debere contribuere collectæ*, *quæ imponitur ad ſolutionem ſalariorum officialium.*
6 *Salaria competentia debent judicibus delegatis perſolvi ab ipſis partibus ad quarum petitionem miſſi ſunt.*
7 *Salaria competentia quænam dicantus.*
8 *Salarii ad quantitatem*, *ſi non fuerit certa conſuetudo quid agendum ſit.*
9 *Salaria debent aſſignari ſecundum perſonarum*, *temporis & officiorum qualitatem.*
10 *Salaria ſolvenda ſunt initio anni.*
11 *Et an hæc procedat in judicibus & officialibus qui à Dominis & Baronibus nominati ſunt*, *traditur* remiſſivè.
12 *Salaria conſtituere quando poſſit univerſitas.*
13 *Salaria debentur officialibus pro tempore quo ſerviunt*, *at non ultra.*
14 *Salarium an debeatur quando ob infirmitatem vel abſentiam ex juſta cauſa*, *licentia obtenta vel non obtenta*, *quis officio perſonaliter non inſervit*, remiſſivè.
15 *Salarium debetur mortuo officiali ante annum completum & ad hæredes ſuos tranſmittitur.*

16 *Sala-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

16 *Salarium duplex poterit lucrari officialis qui habet duo officia compatibilia.*

17 *Salarium debetur officiali finito anno vel tempore officii quouſque veniat ſucceſſor.*

JUſtum, & æquum eſt, & omni rationi conſo-
1 num, quod labori correſpondeat † præmium,
ut ait Gregor. *in cap. charitatem in fine* 12. *q.* 20.
ibi: *Juſtum nam eſt, ut ille conſequatur ſtipendium
qui pro tempore ſuum commodare reperitur obſe-
quium*, & facit illud *ſapient.* 10. mercedem ſuam
quiſque accipere ſecundum ſuum laborem; ab-
horret enim lex ſine præmio homines laborioſis of-
ficiis præfici, & teſte Catone cum labor eſt in dam-
na mortalis exercet egeſtas, nec in officium ſuum
ejuſque damnum, ſuum eſſe debet, *cap. cum non*
2 *deceat de electione, lib.* 6. quapropter ſalaria †
officialibus Reipublicæ aſſignari debent, quæ cor-
reſpondeant labori, ut docet *gloſſa in leg. argen-
tarium, ff. de edendo*, Felician. *in cap.* 1. *de ſi-
monia*, Avend. *de exeq. cap.* 2. *num.* 13. *verſ. &
contra*, latè Ludovic. Gom. *in regul. Cancellar. in
utriuſque ſignaturæ compendio, pag.* 318. Perez qui
loquitur *in doct. Cathedram regente in leg.* 1. *tit.*
1. *lib.* 1. *ordin. gloſſ. ult. verſ. eſt etiam ſubtilis quæ-
ſtio*, Matienço *in dialogo relat.* 3. *part. cap.* 32. *n.*
9. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 21. *in princ.*
præſertim cum judices eſculenta, & poculenta,
aliaque id genus à litigatoribus aut aliis accipere
non poſſint ſub maximis, & variis pœnis, ut no-
tat Penna *in leg. in ſacris col. fin. verſ. quarto quæ-
ro Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. gloſſa *in §. leg.
Julia Inſtit. de publ. judic.* Angel. *in authent. juſ-
jurandum quod præſtatur ab his*: Matth. de Afflict.
*cap.* 42. *quæſt. de officio capitanei*, Imola *in cap.
cum ab omnibus de vita, & hon. de* Alex. *conſ.* 206.
*vol.* 2. & de jure Reg. hoc ſine dubium procedit,
ut *in cap.* 2. *prætor.* ibi: *Y no recivira la diva, ni
acetara promeſſa, ni donacion ellos, ni ſu muger,
ni hijos de ninguna perſona por ſu ni otro directa-
mente, ni indirectamente, durante el tiempo de ſu
officio de cuya mano a ſu mano aya de venir a el, y
a ſu provecho, ni ricivan mas de ſu ſalario, y de-
rechos que juſtamente devieren de haber ſegun la
tabla de ſu auditorio* ubi Avil. Avend. *ſuprà dict.
c.* 2. *n.* 30. & 40. latè Simanc. *de Inſtitutione, cap.*
34. *n.* 21. & facit lex 1. & 8. *tit.* 1. *lib.* 2. *ordin.*
Matienço *ſuprà & c.* 83. ubi non ſolum agit de pœ-
nis judicum accipientium munera, verum & de
his qui judices aut officiales pecunia & donis cor-
rumpere tentant.

3 Sed qui primum ſalaria † officialibus publicis
& magiſtratibus conſtituit expenſis fiſci perſolven-
dis, fuit Imperator Auguſtus Octavianus ex Mœ-
cenatis conſilio, ut ex Dion. Caſſiodor. *lib.* 52. &
Petr. Greg. *ſyntagm.* 2. *part. lib.* 27. *cap.* 2. *num.*
7. tradit Bobad. *lib.* 5. *politic. cap.* 4. *num.* 9. *litte-
ra F.*

4 Itaque prætoribus, & Judicibus ordinariis †
Salaria ſolent perſolvi ex bonis populorum, ita in
hoc Regno obtinuit, ut *in leg.* 7. *tit.* 16. *lib.* 2. *or-
din. & in leg.* 5. *tit.* 5. *lib.* 3. Recop. ibi: *Se paguen
de los propios*, Avend. 2. *part. prætor. cap.* 1. *nu.*
3. Covarr. *pract. cap.* 4. *nu.* 5. *poſt medium*, Flo-
res de Mener. 1. *quæſt.* 8. *num.* 13. Azeved. *in
dict. leg.* 5. *num.* 1. Bobad. ubi *prox.* latè Maſtrill.
ubi *ſuprà ex num.* 17. ubi aiunt quod ſi bona Con-
cilii aut populi deficiant debet Collecta imponi
inter vicinos pro quantitate juſta Salarii perſolven-
da, quod etiam affirmavit Oroſc. *in leg.* 6. *in fin.
ff. de officio Aſſeſſoris, nu.* 9. & 10. Menoch. *conſ.*
147. *n.* 8. *vol.* 2.

† Et licet Avend. in ea ſit opinione quod in hac 5
collecta etiam debent contribuere nobiles & exemp-
ti, tamen ejus opinio meritò improbatur per
Greg. Lopez *in leg.* 2. *tit.* 4. *part.* 3. *gloſſ.* 2. *in
fin.* Aviles *in cap.* 34. *Prætorum gloſſa fin. num.* 2.
*& in cap.* 3. *gloſſa Juriſdictione*, 36. *verſ. quia
juriſdictio*, Bobad. *ſuprà dict. n.* 9. Flores *num.*
14. Azeved. *in dicta leg.* 5. *num.* 1. pro quibus fa-
cit text. *in dicta leg.* 5. ibi *que paguen eſto los que
ſuelen pagar en todas las coſas que ſon para empleo
del concejo.*

Sed in judicibus delegatis ad partium petitio-
nem miſſis vel conſtitutis, contrarium procedit,
nam partes quæ eos petierunt, tenentur eis com-
petentia Salaria † miniſtrare, ut cum Segur. An- 6
gel. Silvan. Garcia, Avend. & aliis tradit Flores
ubi *ſuprà n.* 12.

Salaria autem † hæc debent eſſe competentia, 7
& dicuntur competentia, quæ à Principe, lege,
vel ſtatuto, aut conſuetudine ſunt aſſignata juxta
notata, *in leg.* 1. *Cod. de præbend. ſalar. lib.* 10. &
*in authent. ut judex ſingul. quoque ſuffragia*, obſer-
vat Bobad. *dict. cap.* 21. *n.* 9. *ubi n.* 11. advertit,
quod ſi officialis plus accipit, mortaliter peccat,
& ad reſtitutionem tenetur ex D. Thom. 2. 2. *cap.*
53. *art.* 1. Navarr. *de reſtitutione, lib.* 3. *cap.* 20.
B. Molina *de juſtitia, & jur. diſput.* 3. Menoch.
*de arbitrariis caſu* 714. *n.* 80. Greg. Lopez *in leg.*
7. *tit.* 9. *part.* 2. *gloſſa* 4. & *leg. penult. tit.* 19. *part.*
3. *gloſſa* 1.

Et ad quantitatem ſalarii ſi conſuetudo † cer- 8
ta non fuerit, debent conſiderari tres ultimæ, &
continuæ præſtationes, aut ſolutiones ultimæ, &
immediatæ quæ per multum tempus continuatæ
ſteterint, ut probat Aviles *in cap.* 1. *prætorum,
verbo ſalario à num.* 7. Flores ubi *ſuprà num.* 16.
circa quod conſule Maſtrill. ubi *ſuprà ex numero*
59.

Sed hæc Salaria debent aſſignari † ſecundum 9
perſonarum, temporis, & officiorum qualitatem ex
Menoch. ubi *ſuprà caſu* 223. *à nu.* 9. Pimio *caſu*
103. *vol.* 2. ubi quod Salaria, aucto labore, auge-
re non debent; Franc. Marc. *deciſ.* 449. & ſolvi
debent † in principio anni; gloſſa & Bart. *in leg.* 10
*Divus, ff. de var. & extraordin. cognit.* Caſtrenſ.
& Alex. *in leg. diem functo, ff. de officio Aſſeſſoris*,
ubi Cagnol. *num.* 133. Carroc. *de locat. quæſt.* 3.
*quæſt.* 13. *principalis, n.* 10. Tuſcus *littera S. conſ.*
10. *n.* 1. Cum tamen omnes in hoc conſuetudine
ſtandum affirment.

Et an hoc procedat † in judicibus, & officia- 11
libus à Dominis populorum, & Baronibus no-
minatis diſputat Flores omninò videndus, *n.* 38. &
Maſtrillus *n.* 30.

Et quando poſſit univerſitas conſtituere † Sala- 12
ria vide latiſſimè Joan. Paul. Mont. *de admini-
ſtratione rerum univerſitatis, in pragmat.* 1. *de ſa-
lariis*, ubi multa notat Salic. *de fiſc. dubit.* 8.
*ſub numer.* 18. Mexia *in pract. tax. concl.* 1. *nu-
mer.* 54.

Quæ quidem Salaria officialibus debentur pro
tempore † quo ſerviunt & non ultra juxta nota- 13
ta, *in dict. leg. diem*, ubi Bart. & *in leg. ſcio, ff.
de annu. legat.* Add. ad Capic. *deciſ.* 125. *verſ.
ſed adverte*, quod limitat variis modis Maſtrill.
ubi *ſuprà ex n.* 36. & quando ob infirmitatem † 14
vel abſentiam ex juſta cauſa licentia obtenta, vel
non obtenta, qui officio perſonaliter non inſervit
vel ob aliquod impedimentum, an debeatur Sa-
larium diſputat ibi, Maſtrill. *ex n.* 42. Flores *n.* 28.
*verſ.* 7. *concluſio.*

Sed & officiali mortuo † ante annum comple- 15

tum debetur Salarium, & ad hæredes ſuos tranſmittitur, ut notat Bart. *in dict. leg. diem functo & in leg. ſupra Divus, ff. de officio Aſſeſſoris*, latè Jaſo *in dict. leg. diem*, ubi planè examinat materiam, Capic. *dict. deciſione* 125. *nu.* 2. Ceſal. *conſ.* 7. & 71. Surd. *conſ.* 42. *num.* 3. Carr. ubi *ſuprà num.* 194. ubi ampliat, & limitat Gregor. Lopez *in leg.* 1. *tit.* 8. *part.* 5. Aviles *dicto cap.* 1. *nu.* 18. Flores ubi *ſup. à nu.* 22. Morla *in empor. part.* 2. *titul.* 2. *quæſt.* 28. *n.* 229. Azeved. *in leg.* 9. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop.*

16 Quod ſi officialis habuerit duo † officia compatibilia duplex ſalarium utique poterit lucrari, ut tradit gloſſa, *in dict. leg. matriculam, Cod. de agentibus in rebus, lib.* 12. Menoch. *de arbitr. dicto caſu*, 223. Covar. *var. cap.* 13. *num.* 6. Seſſe *deciſ.* 194. *num.* 5. *cap.* 2. ubi etiam notat an ſi officialis delinqueret pro tempore præterito ei debeatur Salarium, quod latè Maſtrill. *ſuprà à numer.* 72.

17 Et finito anno, vel tempore † officii quouſque veniat ſucceſſor, debetur officiali Salarium; nam ſemper officialis antiquus debet inſervire, ut *in leg. unic. ff. de officio Prefati Auguſt. leg. meminiſſe, ff. de officio Proconſul.* ibi: *oportebit uſque ad adventum ſucceſſoris omnia debere Proconſulem agere, cum ſit unicus Proconſulatus, & utilitas Provinciæ exigat eſſe aliquem per quem negotia ſua provincialia explicent.* Authentica adminiſtrat. §. fin. ibi: *Non tamen poſſibile, nec portabile eſt ſine judice relinquere Provinciam*, Lopez *in leg.* 3. *tit.* 18. *part.* 2. *gloſſ.* 3. Avend. *de exequend. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. Flores *ſuprà n.* 37. Maſtrill. *ſuprà ex num.* 84. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *ex numer.* 7. Bobad. *lib.* 1. *pol. cap.* 1. *ex num.* 23. & Maſtrill. *ſuprà uſque ad fin.* Et alias reſolutiones huic argumento ſatis eruditè adducit & *in cap.* 22. latè agitur de ſportulis officialium, quæ quoties caſus occurrerit videbis.

---

## CAPUT XVII.

### Officia Reipublicæ quomodo extinguantur & amittantur.

*SUMMARIUM.*

1 *Conſumptione vel renuntiatione omnia Reipublicæ officia amittuntur.*

2 *Conſumptio officiorum Regno Hiſpaniæ utiliſſima ſemper viſa fuit.*

3 *Conſumptio officiorum ſæpe ſolet expoſci in Curiis à Procuratoribus Regni, & per Regem concedi.*

4 *Renuntiatio officiorum quid ſit.*

5 *Renuntiatio officiorum non debet fieri niſi in manibus Regis vel ſuperioris concedentis.*

6 *Defenſori civitatis non licet illam deſerere ſine licentia, & ſub certa forma.*

7 *Imperator non poteſt abdicare Imperium niſi in manibus ejus à quo habuit.*

8 *Renuntiatione officii nondum accepta in manibus Regis vel Superioris, poteſt officialis continuare adminiſtrationem officii tanquam non vacantis.*

9 *Renuntiationes officiorum quomodo debeant fieri traditur* remiſſivè.

10 *Renuntiatione facta officiorum ſine juriſdictione quæ locari ſolent, an reſolvatur locatio.*

11 *Renuntiatio officii non ſolum perſonaliter poteſt fieri, ſed etiam per Procuratorem.*

OFficia omnia amittuntur vel conſumptione
† vel renuntiatione. Conſumptio autem of- 1
ficiorum fit quotieſcumque Principi videtur; nam cum Princeps Dominus ſit officiorum, & qui habet poteſtatem & creandi, & jure Regaliæ id ſibi competit, ut *in c.* 1. quæ ſint Reg. feud. in uſibus feudorum in verbo *poteſtas*: ubi ſcribit Caved. *deciſ.* 44. *n.* 2. *part.* 2. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 9. ita poterit ea conſumere, augere, vel minuere, ut notat *ſuprà* relat. & noviſſimè D. Caſtill. *de tert. cap.* 41. *num.* 15. & textus expreſſus, *in leg.* 14. & 15. *tit.* 3. *lib.* 7. *novæ recop.* ubi agitur *de conſumptione officiorum Doct. erudit.* Valenzuel. *conſ.* 93. qui loquitur in comſumptione ejuſdem officii tabellionis Conſilii vulgo *ayuntamiento* cujuſdam magni civitatis, quod allegavi in quadam lite civitatis Toletanæ, cujus ſum Advocatus in hac Curia Regia, quæ vertebatur inter Conſilium civitatis, & Tabellionis numerarios, & in ea ſententiam obtinui, licèt adhuc in gradu reviſionis indeciſa pendet.

Quæ idem officiorum conſumptio res prorſus
ſus † utiliſſima huic Regno ſemper potius viſa 2
fuit; quia officiorum pluralitas & officialium numerus exceſſivus maximè pernicioſum agnoſcitur, & plurima damna ſecum affert; nam præter quam quod multitudo perſonarum circa idem munus exercitium confuſionem parit, *ex gloſſa verbo in paucis in auth. de referendar.* pluribus exceſſibus hoſtium via aperitur, ut rectè agnovit Petr. Greg. *lib.* 4. *ſyntag.* 15. *num.* 36. ibi: *Pluralitas magiſtratuum nihil boni affert Reipublicæ: ſed potius detrimentum & ſæpe turbatur ordo judicandi*, & iterum ibi: *qui rerum adminiſtrationi præſunt, ſunt ex natura pecuniæ cupidi*, & *lib.* 22. *cap.* 5. ibi: *quid non quæſo neceſſarii ſunt tot aulici primarii officiarii, inutiles vel utiles titularii, cur tot ſecretarii, cum duo, aut quatuor ſufficiunt negotiis expediendis, quare tantus numerus adminiſtratorum, & alii ſubminiſtri, & iſtorum famuli, & famulorum famuli, cur tot qui nutriuntur ſanguine populi*; ſuper quod exclamabat Simanc. *de Republ. lib.* 2. *cap.* 12. refert Bobad. 2. *pol. cap.* 1. *num.* 11. Licèt ſuo tempore non aderat tantus officiorum numerus, & ſic tam malæ ſtrages ſicut his temporibus non irrepſerant & tandem ſic ait: *ubi, inquam, fuerunt tot tribunalia ibi minor juſtitia, ubi, inquam, tot Senatores & magiſtratus, ibi minor cura Reipublicæ, ubi plures fuerunt leges, ibi cauſæ deterius terminantur, ubi tot judices, tot advocati, & notarii, & minus accepta cauſa pauperis, pupilli & viduæ, quando tot lites damnoſæ & immortales & plures Reipublicæ fures*: quod ſatis prudenter animadvertit Verdan. *in veriloqu. cap.* 16. Cevall. *in art. Reg. cap.* 26. & aliquid Azevedo *in dicta leg.* 15. *quam legit ſub gloſſa leg.* 14. *tit.* 3. *lib.* 7. *recop.* Maſtrill. *ſuprà lib.* 4. *cap.* 16. *à num.* 2. & eſt elegans textus *in dicta leg.* 15. ibi: *Los daños, e inconvenientes que ſe ſeguirian*, & ibi: *el daño y confuſion que trae tal multitud de los officios.*

Quapropter ſæpè ſæpius hæc officiorum † con- 3
ſumptio ſolet expoſci in curiis à Procuratoribus Regni, & concedi per Regem noſtrum, ut conceſſa fuit proximis præteritis annis, anno 1609. die 21. Auguſti, ut *in leg.* 28. *tit.* 3. *lib.* 4. *novæ Recop.* ibi: *en el ſervicio, &c.*

Sed, & renuntiatione etiam officiales officia amit-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

4 amittunt, cum renuntiatio † ſit propriè vel juris ſpontanea ceſſio, ſeu dimiſſio, ut *in cap.* ſuper hoc de renuntiatione, quæ ad hoc allegat Rebuff. *in leg.* 191. *ff. de uſ.* & *in cap. quam periculorum* 7. *quæſt.* 1. quem in hoc conſiderat Angel. de Clavaſio *in ſum. verbo renuntiatio*, ibidem Rebuff. *in prax. benefic. tit. de reſig. in princ. pag.* 314.

5 Officiorum autem renuntiatio non niſi † in manibus Regis concedentis fieri debet, ut *in leg. penult.* & ibi *gloſſa*, *ff. de officio Præſidis*, notat Carrocius *in regula conceſſa ampliatione* 4. *de regul. jur. in* 6. Menoch. *de recuper. poſſeſſione remed.* 1. *num.* 277. & ratio eſt quia intereſt Superiori ne dimittatur beneficium ſine ejus licentia, ad notata *in cap. ſignificaſti de foro compet.* & *in cap. Clerico*, & *in cap. liceat* 3. *quæſt.* 6. & ut ſcribit Columel. *lib.* 9. *cap.* 10. adeo munitam nec deſerere Rempublicam debet, ſicut non licet defen-
6 ſori † civitatis illam deſerere ſine licentia ſub certa forma, *leg. ult. Cod. de defenſor. civitatum*, ibi: *nulli defenſori licere decernimus, ſi de publica ſollicitudine ſe liberare voluerit, niſi divino afflictus intimaverit ſuæ ſublimitatis judicio* Greg. Lopez *in leg.* 1. *tit.* 2. *part.* 7. *gloſſa* 18. Afflict. *in dict. part.* 1. *verbo poteſtas quæ ſunt Regal.* Cancer. 3. *var. cap.* 14. *num.* 20. Caved. *deciſ.* 23. *part.* 3. Maſtrill. *ſuprà lib.* 1. *cap.* 24. *ex n.* 11. Ubi ait Romanum Pontificem poſſe in ſuis manibus renuntiare Pontificatum, ſed ex honeſtate ſaltem in conſiſtorio coram Cardinalibus illud faceret, ut tradit Flaminius Paris, *lib.* 2. *de reſig. quæſt.* 5. *per*
7 *totam.* Imperatorem † autem non poſſe à ſe abdicare Imperium, niſi in manibus ejus à quo habuit, ut obſervat Signorol. *conſ.* 26. Caſtal. *de Imper. q.* 103. *num.* 11. & *quæſt.* 110. *caſu* 279. Sed pauci ſunt Imperatores qui tali animi generoſitate uſi fuerunt, licet aliquos refert Maſtrill. *ſuprà ex num.* 1. *cum ſeqq.* Sed reticere non poſſum, nec ſilentio præterire inſigni timore Dei, virtute animi, maxima pietate & clementia præditum, noſtræ fidei ſummum cultorem, hæreticorum & hoſtium noſtræ religionis unicum flagellum & exitium Potentiſſimum noſtrum Imperatorem Carolum V. invictiſſimi Philippi IV. noſtri Regis, atavum, qui ſponte, & ſumma liberalitate Imperium renuntiavit, & Regna iſta prudentiſſimo filio ſuo Philippo II. gubernanda & præſidenda dimiſit, & in monaſterium ſancti Juſti ordinis Divi Hieronymi feliciter Deo in ſolitudine vivere receſſit, ubi monialis vitæ in exercitio, non tamen ſumpto. habitu, quouſque ab hac vita migravit exemplo ſanctiſſimo peregit.

8 Unde officialem nondum accepta † renuntiatione in manibus Regis, vel Superioris poſſe continuare adminiſtrationem officii tanquam non vacantis tradit Rebuff. *in prax.* 3. *part. de ſimon. in reſignatione*, *num.* 29. *per textum in leg. meminiſſe*, *ff. de officio Præſidis*, Imol. *in clement. unic. de renuntiatione*, Franc. Caldeira *conſ.* 8. *à num.* 7. ubi addit quod etiam acquirit emolumenta officii, *ad textum*, *§. fin. auth. de adminiſtratione*, ibi: *deponit autem*, Cavedo *deciſ.* 23. *n.* 5. ubi etiam id conſtituit quando renuntiatio à Rege non fuerit admiſſa, proſequitur Maſtrill. *diſp.* 24. *num.* 23. ubi *num.* 28. ait quod data renuntiatione in manu Superioris, & per eum acceptata, non poterit amplius officialis adminiſtrare, licèt in eo remaneant privilegia primæ dignitatis ad hoc ut honoretur, Platea, & Rebuff. *in leg.* 1. *Cod. de præpoſit.* Caved. *deciſ.* 212. *num.* 6. *part.* 1.

Sed & renuntiationes officiorum quomodo † 9
debeant fieri extat integer titulus, 4. *lib. novæ Recopil.* cujus leges, quoties caſus occurrit, ſunt inſpiciendæ, & ibi Azeved. *per textum in leg.* 4. ibi deciditur quod renuntians debet vivere 20. dies poſt renuntiationem, ubi *n.* 3. & 4. *cum ſeqq.* diſputat quomodo computatio horum dierum debeat fieri, & *in cur. Piſan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. Gom. Leocent. *dec.* 27. *nu.* 5. & 13. Quod renuntiatio iſta etiam ſi ſit facta alicui idoneo, poteſt reſpici per Principem, de quo latè Matienço *in dial.* 4. *part. cap.* 12. *per totum.*

An autem renuntiatione facta officiorum ſine
juriſdictione † quæ locari ſolent, ut per Pont. 10
*deciſ.* 28. & Cavalcan. *dec.* 25. *part.* 2. & locata erit, an reſolvatur locatio, ita ut admittatur renuntiatio, diſputat Caſtrenſ. *conſ.* 4. *num.* 4. *vol.* 1. Covar. 2. *var. cap.* 15. *in fine.* Vincent. de Anna *allegation.* 92. *vol.* 2.

Tandem renuntiatio iſta non ſolùm fieri poterit
† perſonaliter, verum per procuratorem ſpeciale 11
mandatum ad hoc habentem, ut notat Didac. Perez *in leg.* 22. *n.* 2. *lib.* 7. *ordinament. pag.* 412. *verſ. utrum autem*, Azeved. *in dict. leg.* 4. *n.* 4.

---

## CAPUT XVIII.

### De obligationibus intereſſe, aut pœnis, quibus ſubjacent eligentes ſeu nominantes officiales Reipublicæ, & de officialium fidejuſſoribus.

*SUMMARIUM.*

1 *Electores ſeu nominatores officialium Reipublicæ pro culpa eorundem officialium tenentur ſicut ipſi de damni ſatisfactione ſeu condemnatione contra eos facta.*

2 *Subſtitutus officialis gerit periculo ſubſtituentis.*

3 *Eligens officialem, an eum exhibendo, finito officio liberetur ab obligatione damni reſarciendi.*

4 *Notarius vel Tabellio cui mittitur recipere fidejuſſorem tenetur ad intereſſe parti.*

5 *Notarius quibus in caſibus non teneatur ad intereſſe etiamſi fidejuſſio per illum recepta apparuerit & etiam extiterit minus idonea, traditur*, & num. ſeqq.

10 *Electores ſi plures fuerint alicujus officialis non omnes tenentur in ſolidum ad damnum per ipſum præſtitum.*

11 *Electorum aliqui ſi fuerint quos ex actis electionis conſtet non præſtitiſſe ſuffragia, ii non tenebuntur ad intereſſe.*

12 *Electores pro damnis ab officialibus per eos nominatis, præſtitis, via ordinaria non verò executiva ſunt conveniendi & condemnandi.*

13 *Fidejuſſores tenetur præſtare quilibet Magiſtratus pro adminiſtratione officii ſindicatus, ſive illud ſponte, ſive neceſſariò ſuſceperit.*

14 *Quod procedit etiamſi idoneus ſit facultatibus, & bona ſua obliget.*

15 *Fidejuſſores tenentur ad intereſſe non ad pœnam quam Magiſtratus delinquendo incurrit.*

16 *Magiſtratus nominans famulum vel officialem non tenetur pro delictis privatis extra officium commiſſis.*

17 *Fidejuſſores non tenentur ad intereſſe ex mala nomi-*

*nomination facta per Magiſtratum de ſucceſſore ſuo.*

18 *Fidejuſſores ad damnum non tenentur pro geſtis ab officiali extra tempus ordinarium & conſuetum vacationi officii, etiamſi prorogatio termini per quem fuit electus officialis, ipſi conceſſa fuiſſet.*

19 *Expenditur in propoſito textus*, in leg. Labeonem fin. cum leg. ſeq. ff. de ambitu, & in leg. Lucius, §. Paulus, de adminiſtr. tutor.

20 *Fidejuſſio qualibet per prorogationem regulariter evaneſcit.*

21 *Prorogatio tantum operatur inter contrahentes.*

22 *Fidejuſſio eſt ſtricti juris.*

23 *Prorogatio non fit in his quæ ſunt ſtricti juris, de tempore ad tempus.*

24 *Prorogatio cujuſlibet termini cenſetur facta cum iiſdem pignoribus, cautionibus, pœnis, cautelis, renuntiationibus & clauſulis prout erat in primo termino.*

25 *Prorogatio novum contractum non facit, ſed tantum profert, nec per prorogationem unquam inducitur novatio.*

26 *Creditori licitum eſt ſine licentia fidejuſſoris, debitori terminum deſtinatum ſolutioni prorogare.*

27 *Prorogatus terminus idem eſt cum termino deſtinato.*

28 *Conciliantur opiniones contrariæ ſuper obligatione vel liberatione fidejuſſoria ob Prorogationem, per diſtinctionem* à Mauro *depromptam.*

29 *Afferuntur Doctores affirmantes abſolutè fidejuſſores ad limitatum tempus obligatos, per prorogationem à creditore debitori factam à fidejuſſione obligatione nullatenus eximi.*

30 *Fidejuſſores officialium & ipſi officiales & nominatores eorum quomodo & quo ordine conveniri debeant ob malè geſta*, & num. 31. & 32.

1 ELectores, ſeu nominatores officialium † Reipublicæ, pro culpa, ſeu malè eorum geſſis, ſicut ipſi tenentur de ſatisfactione damni, ſeu condemnationis contra eos factæ obnoxii ſunt, *leg.* 1. *Cod. de pericul. nominatorum*, *lib.* 11. *leg. Imperator.* 11. *ff. ad municipal.* ibi: *quod ſi fortè is qui periculo ſe nominavit: leg. quod gloſſa* 13. *ff. eodem*, ibi: *mox peractis omnibus periculum agnoſcat, qui non idoneum nominavit*, leg. 2. Cod. de ſuſceptione, & arcar. lib. 10. ibi: *juxta inveteratas leges nominatores ſuſceptorum, & eorum qui ad præpoſituram horreorum, & pagorum creantur, obnoxii teneantur ſi minus idonei ſint*, leg. executores, 8. Cod. eodem tit. & lib. ibi: *& animadvertant quemque nominaverint ad diſcrimen ſuum univerſa quæ gererent illi redundare*, ubi notat Bart. & Plat. quod poteſtas civitatis quæ mittit officiales ſuos, & executores per comitatum; quod ſi committunt aliquid illicitum ut furtum, Barateriam vel concuſſionem, tenetur poteſtas pro eis Doct. Penna *in leg. agentes*, *C. de agentibus in rebus*, *lib.* 11. *per totum* ibi: ubi aſſerit quod ille qui nominat aliquem ad munus publicum, ſuo periculo nominat; Innocentius *in cap. ex ratione de ætate & qualitate*; qui tamen alium elegit, videtur teſtimonium, & approbationem facere pro eo, ut *in cap. ſi ſervus*, 54. *diſtinctione*, Paris de Puteo *de ſindicat. verbo fidejuſſor. officialium*, *num.* 8. & 9. ubi quod pater nominans filium ad officium tenetur, Bobad. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 51. *cum ſeqq. & lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 78. Matienzo *in dialog.* 3. *part. cap.* 55. *n.* 3. Azeved. *in leg.* 1. *n.* 15. *& in leg.* 4. *nu.* 8. *cum duobus ſeqq. tit.* 6. *lib.* 5. *recopil.*

Unde officialis † ſubſtitutus gerit periculo ſub- 2
ſtituentis, ut *in leg. nullus qui nexu* 6. *Cod. de decurion. lib.* 10. gloſſa *in leg. ſi quis ex corpore*, *Cod. de mur. leg. lib.* 11. ubi Platea *n.* 16. & hinc provenit quod Magiſtratus, vel Prætor, qui officiales, ſeu miniſtros, ſive Coadjutores nominavit tenetur pro delictis eorum in ſuis officiis patratis ad intereſſe parti perſolvendum, ut *in leg.* 1. *§. ſi ſervi, & in leg.* 21. *§. familiæ*, *ff. de public. & vectigal.*

Et licèt controverti ſoleat an eligens † officia- 3
lem eum exhibendo finito officio liberetur, & aliqui teneant quod ſic, ut communiter notatur, *in dict. §. familiæ* Ludovic. Roman. *conſ.* 11. *in fin.* Puteus *de ſindic. verbo rectores terrarum nu.* 16. tamen contrarium verius in aliquibus caſibus judico, quos acutè perpendit Aviles *cap.* 4. *gloſſa verbo entregar* circa quod vide Greg. Lopez *in leg.* 2. *tit.* 16. *part.* 6. *gloſſa* 5. Paz *in prax.* 1. *tom.* 8. *part. cap. unic. nu.* 18. Azeved. *in leg.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *recop. num.* 15. *& in dicta leg.* 4. *gloſſa verbo ſatisfacere dicto tit. & lib.* Bobad. *dicto lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 79. & hinc etiam provenit quod Notarius
† vel Tabellio cui mittitur recipere fidejuſſorem 4
tenetur ad intereſſe parti, *leg.* 1. *ff. de Magiſtrat. conveniend.* quod proſequitur ut per Vincent. de Franch. *deciſ.* 48. *num.* 3. *part.* 3. Seraphin. *deciſ.* 576. *num.* 6. Farinac. *tit. de delictis, & pœnis quæſt.* 24. *nu.* 83. *& tit. de Carcer. quæſt.* 23. *num.* 83. Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 33. *tota* Pirro Maur. *de fidejuſſoribus ſcit.* 3. *cap.* 4. Gratian. *deciſ.* 69. *num.* 5.

Aliquibus tamen caſibus etiamſi † fidejuſſio ap- 5
paruerit, & extiterit minus idonea Tabellio, & Notarius non tenebitur: primo ſi recipit Laudatorem, & approbatorem fidejuſſoris: Amadeus, *de ſindicatu n.* 21. *verſ. & ideo cautela eſt*, Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 33. *à n.* 8.

Secundò quando Notarius, vel Tabellio † de 6
mandato judicis id facit, nam tali caſu mandatum judicis excuſat Notarium, vel Tabellionem ut non teneatur; Joſeph. Ludovic. *dicta deciſ.* 33. *n.* 17. Farinac. *in prax. dicto tit. de carcer. q.* 33. *n.* 9.

Tertiò quando principalis debitor eſt † ſolven- 7
do, & multum dives, & ſufficit in propoſito quod ejus patrimonium tantum valeat quantum eſt quantitas promiſſa; Joſeph. Ludovic. *dicta deciſ.* 33. *n.* 14. & 15. Farin. *dicta q.* 33. *n.* 91.

Quartò quando Notarius, vel Tabellio recepiſ-
ſet fidejuſſorem minus idoneum † in præſentia 8
partis non reclamantis; Joſeph. Ludovic. *dict. deciſ.* 33. *n.* 16. Farinac. *dicta quæſt.* 33. *nu.* 92. qui aſſerit ſatis eſſe non tantum expreſſum, verum etiam tacitum conſenſum partium.

Quintò quando erat ſolvendo † fidejuſſor tem- 9
pore fidejuſſionis præſtitæ, licèt ex poſt facto fuerit effectus non ſolvendo, Farin. *dicta quæſt.* 33. *num.* 93. & idem in nominantibus officialem tunc idoneum, ſi poſtea non idoneus efficiatur obſervat Azeved. *in pragmat. de los Poſitos*, *cap.* 3. *numer.* 7. *& in leg.* 13. *numer.* 14. *lib.* 3. *recop.* & adverte ad prædicta quia ſunt contingibilia.

Illud autem advertimus, ut ad curiam à qua occaſione Notarii aliquantulum divertimus, redea-
mus, quod ſi plures † fuerint electores alicujus offi- 10
cialis, non omnes in ſolidum tenentur, ut *in leg. fin.* ubi communiter DD. *ff. de conſt. pecun. & in* leg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*leg. ſi plures*, ubi Bart. & Alberic. niſi aliquis
non ſit ſolvendo Pirrus Maurus, *dict. cap.* 4.
*num.* 23.
11 At ſi conſtiterit ex actis † electionis aliquos ex
electoribus non præſtitiſſe ſuffragia pro tali offi-
ciali profecto non tenebuntur, argument. text. *in
leg. cum plures, §. ſervum ff. locat.* docet Puteus
relatus ab Aviles *dicto cap.* 4. *Prætor. n.* 22.
Electores autem pro intereſſe, aut damnis ab
12 officialibus per eos nominatis, præſtitis via † or-
dinaria, non autem executiva ſunt conveniendi,
& condemnandi, cum nullum contra eos adſit
obligationis, ſeu fidejuſſionis inſtrumentum, cum
tamen ex electione ſeu nominatione reſultet con-
tra eos quædam ad inſtar approbatorum obliga-
tio, quod quidem ſingulare eſt, & omni animad-
verſione dignum, & ita in teſtibus approbatio-
nibus tenet expreſsè Joan. Gutier. *lib.* 1. *quæſt.*
2131. *pract. n.* 10. ibi: *viaque ordinaria opus erit
ad eos conveniendos*, Azeved. dum ſpecialiter, &
ſingulari jure in approbantibus bona eorum, qui
pro redditibus Regiis ſe obligant, contrarium ob-
ſervat, *in leg.* 6. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recopil. à num.* 1.
& in Notario, qui accepit fidejuſſionem, quæ
poſtea apparuit inutilis, & inſufficiens; Farinac.
*deciſ.*
Cum tamen pro adminiſtratione ſui officii qui
libet Magiſtratus ſive voluntariè illud ſuſceperit,
13 ſive neceſſariò, teneatur † fidejuſſores pro Syn-
dicatu præſtare, ut *in leg.* 2. *in fine ff. ad Muni-
cip.* ibi: *Imperator Severus & Antoninus reſcri ſe-
runt non minus eos qui compulſi magiſtratu fun-
gantur cavere debere, quàm qui ſponte officium
agnoverunt*, notat Penna *in leg. ſi quis decurio Cod.
de decurion. lib.* 10. & facit textus *in leg.* 2. *tit.* 16.
14 *lib.* 2. *ordinam.* quod procedit etiam ſi idoneus †
ſit facultatibus, & bona ſua obliget; quia adhuc
non relevatur à præſtanda cautione, ut *in leg.* 1. *ff.
ut legat. ſuæ fidei nominatione*, Cavedo *obſervat.*
Alex. *in leg.* 1. *n.* 12. & 13. *ff. qui ſatiſdar. cogant.*
idem jus (quod in electoribus, & nominatoribus
ſuprà animadverſum remanet) in fidejuſſoribus
procedit, & obſervandum erit, ut *in toto tit. de
magiſtrat. Conven.* obſervat Pirrus Maurus *tract. de
fidejuſſor. cap.* 36. aliàs *in præludiis ſecheonis*, 3.
*fol.* 1139.
15 Tenentur tamen † ad intereſſe, non ad pœ-
nam, quam Magiſtratus ſeu officialis delinquen-
do incurrit, *ex text. formali in leg.* 1. *Cod. de pe-
ric. eorum qui pro magiſtrat. intr. lib.* 11. ubi Bart.
& Plat. ubi quod iſti fidejuſſores non tenentur
ad id quod Magiſtratus ſeu officialis extra offi-
cium contraxit, vel deliquit; Bald. *in leg.* 2. *ff.
de magiſtrat. conven. & in authent. hoc licet por-
rectum con. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Hypolitus
de Marſil. *in repetit. rubricæ de fidejuſſor. numer.*
181. Nata *conſ.* 202. *nu.* 5. Mantic. *de tacitis &
ambig. l.* 16. *tit.* 4. *nu.* 22. Raudenſ. *deciſ. Piſ.* 4.
*n.* 20. Hering. *de fidejuſſor. part.* 2. *nu.* 35. & 189.
Aviles *in cap.* 4. *gloſſa verbo obligado, & judicio
Syndicatus, cap.* 3. *nu.* 19. Giurba *deciſ.* 88. *nu.* 8.
16 Sicut nec tenetur magiſtratus † nominans famu-
lum, vel officialem pro delictis privatis extra offi-
cium commiſſis, ex pluribus quos refert Maſtrill.
*de Magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 40. *tom.* 2.
17 Non tamen fidejuſſores iſti tenentur † ex ma-
la nominatione facta per Magiſtratum vel officia-
lem de ſucceſſore ſuo, quæ utique nominatio fre-
quentiſſimè ab eis ſpeciali oppidi conſuetudine,
vel ordinatione, quæ ſolet fieri, immediatè offi-
ciales antiqui ſolent novos creare, ita Doct. Pla-
tea *in dicta leg. unic. Cod. de his qui pro Magi-
ſtrat. fidejuſſ.* Aviles ubi *ſuprà numer.* 19.
Nec etiam tenebuntur ad intereſſe † vel quid 18
præſtare pro geſtis ab officiale extra tempus ordi-
narium, & conſuetum vacationi officii, etiam ſi
prorogatio officialis ex nova conceſſione vel ali-
quo accidenti termini per quem fuit electus, con-
ceſſa fuerit, ut docet Bart. vel alias ejus nomine
Nicolaus de Neapolis autor illius lecturæ, *in leg.
Titius, ff. de executione tutorum.*
Pro cujus opinione Primò facit † textus *in leg.* 19
*Labionem fin. cum leg. ſeqq. ff. de ambitu, & in leg.
Lucius, §. Paulus, ff. de adminiſtrat. tutor.* ubi fi-
dejuſſor tutoris non tenetur pro eis quæ tutor ex-
tra pubertatem ſponte gerit.
Secundò quod regulariter quælibet † fidejuſſio 20
per prorogationem evaneſcit, & reſolvitur, ut *in
leg. item quæritur, §. qui impleto, ff. eodem* gloſſa,
*in leg.* 2. *Cod. de procurat.* Jaſo *in leg. lecta. n.* 9.
*verſic. circa iſtud notabile, ff. ſi certum petatur*, qui
ampliat hoc verum eſſe etiam ſi fidejuſſor ſit ab-
ſens, & ignorans, ut *in leg. ſi unus, §.* 1. *num.* 1.
*verſ. nota ex iſto textu, ff. de pact. & in leg.* 1. *§. &
poſt operis, ff. de operat. nov. nuntiat.* ubi in termi-
nis prorogationis loquitur Decius, *in cap. de cau-
ſis n.* 4. & 5. & ibi Beroius *n.* 34. *de officio delegat.*
Gratus *reſpon.* 126. *n.* 7. *vol.* 1. Gabriel. *in titulo
de fidejuſſor. concluſione* 3. *num.* 70. *verſ. quarto li-
mita*, Theſaurus *deciſ. Pedem.* 125. *tota*, Maſcard.
*concluſ.* 124. *num.* 15. Rota Roman. *deciſ.* 5. 6. &
7. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. part.* 2. *lib.*
16. *num.* 21.
Tertiò quod prorogatio tantum † operatur inter 21
contrahentes, cæteris verò non intervenientibus
præjudicium nullo tempore, ſeu caſu irrogavit ut
Doctor. Immol. *conſ.* 12. *verſ. quodam in fine.* Bar-
bacia *conſ.* 31. *vol.* 1. & *conſ.* 15. *vol.* 7. Alexand.
*in leg.* 3. *in fin. ff. de damno infecto.*
Quartò quia fidejuſſio † eſt ſtricti juris, ut *in* 22
*leg. ſi pignore*, & *in leg. ſi fidejuſſor. ff. de fidejuſſ.*
Decius *conſ.* 107. *nu.* 2. Burſat. *conſ.* 193. *num.* 4.
Sfortia *conſ.* 41. *n.* 45. Menoch. *conſ.* 119. *num.* 6.
& *conſ.* 213. *num.* 13. Mantic. ubi *ſuprà dicto lib.*
16. *tit.* 14. *num.* 1. & 2. & prorogatio non ſit in
his quæ ſunt ſtricti juris † de tempore ad tempus, 23
ad notata, *in cap.* Petrus & Gregor. *de officio de-
legati.*
Contraria tamen ſententia ſequentibus fulcitur
fundamentis; & primo, quia prorogatio † cujuſ- 24
libet cenſetur facta cum ejuſdem pignoribus, cau-
tionibus, pœnis, cautelis, renuntiationibus, &
clauſulis, prout erat in primo termino, docet Ne-
guſantus, *de pignor.* 3. *part. membr.* 6. *part. princ.
num.* 13. *verſ. adverte tamen.* Anton. Gabriel. *ti-
tul. de delation. concluſ.* 2. *num.* 4. & vulgo jacta-
tur quod prorogatio novum † contractum non fa- 25
cit, ſed tantum profert: Ruinus *conſ.* 101. *num.*
3. & per prorogationem nunquam inducitur nova-
tio, ut *in §. præterea Inſtitut. quibus mod. ſolvit.
obligatio.*
Secundò facit quod licitum eſt creditori † abſ- 26
que licentia vel permiſſione fidejuſſoris debitori
terminum deſtinatum ſolutioni prorogate, nec ex
hoc fidejuſſio liberatur, uti confirmant Hoſtienſ.
& Anchar. Imol. & Abb. *in cap. conſtitutus de fi-
dejuſſ.* Bart. *in leg. Lucius, §. Paulus, ff. de ad-
miniſtratione Tutorum*, Alex. *in leg. lecta* ubi Jaſon.
2. *ff. ſi cert. petat*, Vivius *lib.* 2. *commun. opin.
opinione* 110. Ceſal. *conſ.* 331. *n.* 26. *vol.* 3. Ber-
trand. *conſ.* 188. *vol.* 1. *in princ.* Anton. Gabriel.
*de fidejuſſ. concluſione* 3. *n.* 1. Marſil. *dicta rubrica
de fidejuſſor. num.* 9. Strach. *de decoctoribus, part.*
5. *num.* 1.

Tertiò

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

27 Tertio quia terminus prorogatus † dicitur, &
eſt idem cum termino deſtinato; Felinus, & Ca-
gnol. *in cap. de cauſis de officio delegati*, & in ter-
minis quod per ſimplicem prorogationem termini
factam principali non liberentur fidejuſſores, *ex
leg. item quæritur*, *§. qui impleta*, *ff. de locat.* Di-
nus *conſ.* 11. quæ talis eſt, Jaſ. *in leg.* 2. *n.* 28. *alias*,
25. *Cod. de judic.* Alex. *conſ.* 72. *habita opportuna
lib.* 6. Socinus *conſ.* 21. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 1. *de poſit.
in antiquis.*

Pro quarum opinionum oppoſitarum diſcordia
28 † ſedanda videndus eſt Pariſius de Puteo, *verbo
fidejuſſor. officialium*, *cap.* 1. *numero* 11. Anto-
nius Heringius *de fidejuſſor. cap.* 2. §. 12. *à num.*
4. ubi latiſſimè procedit Pirrus Maurus *eodem tra-
ctat. cap.* 33. *ſectione* 1. *num.* 16. Cujus verba
(quia verè ſcopum attingit) ad litteram pro vera
reſolutione referre decrevi ibi: *pro concordia ſic
diſtinguas ut etiam ſuprà tetigimus, quod prima opi-
nio quod facta prorogatione, liberentur fidejuſſores
procedat, quando fidejuſſores ſunt obligati ad cer-
tum præfinitum tempus & limitatum, & dictum
tempus eſſet elapſum, nam tunc facta prorogatione,
& termini dilatione fidejuſſores non tenentur am-
plius, & ſic quando ex prorogatione termini auge-
tur obligatio fidejuſſoris, puta, quia eſſet obliga-
tus per duos annos, & prorogaretur ad duos alios
annos; nam tali caſu fidejuſſores efficiuntur libera-
ti*, *Abb.* in dicto cap. 6. conſtitutus, 10. *Jaſ.* in
dicta leg. 1. Cod. de judicat. *Decius & Felinus*,
in dicto cap. de cauſis, & in cap. præterea de ap-
pel. *Alexand.* conſ. 72. libro 6. & conſ. 66. nu-
mero 6. lib. 7. *Gratian.* reſponſ. 126. numero 12.
vol. 1. & *diximus* ſuprà in hac eadem 2. part. ſect.
3. cap. 2. illat. 2. 3. & 4. & per totam. *Secunda
opinio quod per prorogationem & dilationem termi-
ni fidejuſſores non liberentur, procedit quando fi-
dejuſſores ſunt ſimpliciter obligati, & ſic quando
per prorogationem non augetur obligatio; quia tunc
facta prorogatione fidejuſſores non liberantur; quia
per talem prorogationem in aliquo non gravantur,
& ratio eſt, quia tunc prorogatio eſt facta ad dif-
ferendam ſolutionem, non autem ad finiendam, &
tollendam obligationem, quo caſu per prorogationem
nunquam fidejuſſores liberantur*, & iſta diſtinctio
eſt communis quam paſſim firmant DD. Specul.
*de fidejuſſor.* §. 1. *numero* 19. Alexand. *dicto conſ.*
72. *num.* 6. & *conſ.* 66. *libro* 7. Socinus *conſ.* 21.
*viſis colum.* 4. *in fin. lib.* 1. Capel. Tholoſ. *deciſ.*
181. ubi addit. Decius *conſ.* 95. *in fin.* & *conſ.* 400.
Marſil. *rubr. Cod. num.* 89. Franc. *in cap.* 1. *de ju-
rejurando in* 6. Guid. Papa, *ſingular.* 977. *numeri*
1. Abbas *in dicto capite*, *conſtitutus*, *num.* 11. *eo-
dem*, Gratian. *dicto reſponſ.* 126. *num.* 12. *lib.* 1.
Tiraquellus *de retract.* §. 1. *gloſſa* 7. *num.* 26. *vol.*
3. Felinus *in capite*, *de cauſis num.* 3. *verſiculo
contrarium tamen*, ibi: *ſecus ſi ſimpliciter fidejuſſo-
ris*, ubi Decius *num.* 7. Bart. *de clauſul.* 41. *gloſ-
ſa* 7. ad notata, quibus etiam adde Stracha *de de-
coctoribus*, *part.* 5. *nu.* 1. Franc. Marc. *deciſ.* 539.
Bertrand. *conſ.* 188. *vol.* 2. Garrocius *de locatione
& condemnatione*, *part.* 3. *tit. de fidejuſſor. num.* 2.
Maſcard. *concl.* 4. *nu.* 12. qui hanc diſtinctionem
communem vocat, ut etiam eam communem ap-
pelat Ant. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. §. 12. *n.* 3.
Et quando prorogatio dicatur augere obligationem
ponit Dec. *in dicto cap. de cauſis num.* 7. ut etiam
quando prorogatio obligationis fit, tertii prærroga-
tivæ præjudicat; advertit Galloſius, *de obligat. ca-
merali. n.* 19. 22. 23. & 24.

Non tamen me fugit aliquos tamen maximæ au-
toritatis viros auſos fuiſſe hanc communem diſtin-
ctionem impugnare, abſolutè affirmantes fidejuſ-
ſores † ad certum, vel limitatum tempus obliga- 29
tos per prorogationem per creditorem debitori
factam à fidejuſſoria obligatione nullatenus exi-
mi & liberari; inter quos fuerunt Jaſ. *in leg. le-
cta num.* 9. Panor. *in dict. cap. de cauſis* ubi Be-
roius *num.* 37. *de officio delegati*, quod ipſe hanc
opinionem communem eſſe teſtatur Gabriel *de
fidejuſſor. col.* 3. Emmanuel Suarez *in Theſaur.
commun. opin. littera F. num.* 160. Theſaurus *de-
ciſ.* 125. & hanc æquiorem, veriorem, commu-
niorem, & in via diſputativa ſuſtentabiliorem eſſe
inquit Ant. Hering. *in dicto tract. de fidejuſſor. cap.*
70. §. 12. *n.* 4. *uſque ad fin.* qui ad ipſa reſpondens
contrariis opinionibus, & validis fundamentis,
comprobare nititur.

Quid quod tamen non recedas à diſtinctione
ſuprà firmata quæ & numero & pondere DD. eam
præcedit, & præponderat; quo tamen ordine † de- 30
beant conveniri officiorum eorum nominatores, &
fidejuſſores, docet Papinianus, licèt difficili ver-
borum ſenſu, *in leg. Imperator.* 11. *cum duabus
ſeqq. ff. ad municip. & de incol.* quarum verba ſic
ſe habent, *Imperator Titius Antoninus*, & *leg.* 12.
ita ait: *& ei qui &c.*

Ex quarum legum contextura id in ſummo de-
ducitur: primo loco conveniendos eſſe † Magi- 31
ſtratus, vel officiales quando malè geſſerunt; ſe-
cundò his excuſſis, eorum fidejuſſores; tertio &
ultimo nominatores ſeu electores, qua de re utiliter
ſatis Joann. Gutierrez *de juramento confirmando*,
1. *part. cap.* 23. ibi *ex ea limitat. &c.*

Quando verò Magiſtratus † ſeu officialis cui 32
jus dandi tutorem pupillo competebat, vel non
dedit, vel non idoneum; tunc primo loco conve-
nitur tutor ſeu curator; ſecundo ejus fidejuſſor,
tertio ſubſidiaria actione Magiſtratus & ejus heres,
ut poſteriori gradu nominator, ſeu elector, *ut* §.
*ſciendum inſtitut. de ſatiſdat. tutor.* ubi notabiliter
D. Richard. videndus.

TRACTATUS

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# TRACTATUS
# DE OFFICIALIBUS
# IN PARTICULARI.
# PARS SECUNDA.

## CAPUT PRIMUM,

De Prætoribus civitatum eorumque Locum Tenentibus, & Judicibus Ordinariis cujuslibet loci, tam Regiæ Coronæ, quàm privatorum Dominorum, ſeu Baronum.

*SUMMARIUM.*

1 *Prætorum muneris variæ quas ſortitur, afferuntur nomenclaturæ.*
2 *Prætoris Etymologia traditur*, remiſſivè.
3 *Correctoris, Prætoris aut Præſidis provinciæ nomen in Regno Caſtellæ frequentiùs adaptatur eis qui in civitatibus & villis Regiæ Coronæ præponuntur & conſtituuntur à Rege.*
4 *Correctoris nomen ſatis novum in Hiſpania.*
5 *Correctoris nomen à quo tempore & à quo Rege regnante uſitatum fuerit.*
6 *Correctorum nominatio abſque dubio ad Regem ſpectat.*
7 *Creatio Magiſtratuum vel Judicum inter Regalia conſtituitur.*
8 *Rex Hiſpaniæ nullum cognoſcit Superiorem temporalem, nec Imperatori ſubjacet, & major reputatur in regno ſuo quàm Imperator in Imperio* & n. 9.
10 *Expenditur in propoſito textus*, in leg. 1. tit. 4. part. 3. & leg. 2. tit. 18. eadem part. 3. & leg. tit. 9. lib. 3. recopil. & in leg. 1. & 7. tit. 1.
11 *Rex poteſt omnes Magiſtratus ſeu judices vel officiales in civitatibus vel villis ſuæ Regiæ Coronæ ad libitum præponere contra oppidorum voluntatem & civibus eorum reſiſtentibus.*
12 *Correctorem ſeu Prætorem Concilium civitatis poterit nominare in aliquibus caſibus.*
13 *Prætores in urbibus magnis ſolent eſſe equites qui quia legum notitiam vel ſcientiam non profeſſi ſunt ſuos Aſſeſſores habere debent, ſeu potius locum Tenentes.*
14 *Aſſeſſores ſeu locum Tenentes Prætorum qui ſolebant nominari ab ipſis Prætoribus, jam à Regiæ Coronæ Conſiliariis nominantur.*
15 *Aſſeſſores Prætorum non dicuntur judices delegati, ſed ordinarii.*
16 *Aſſeſſores Prætorum quomodo uti debeant officio ſuo, & quæ in eis qualitates concurrere debeant ut ad tale munus eligantur, traditur* remiſſivè.
17 *Judices tantum ordinarii qui vocantur* Alcaldes *in parvis villis Regiæ Coronæ nominantur ab ipſarum Conciliis.*
18 Alcaldes *verbum arabicum cenſetur.*
19 *Judices ordinarii & cæteri officiales in oppidis Dominorum, an ab ipſis Dominis, an vero à Conciliis nominari debeant.*
20 *Judicum creatio ex radice ſeu fonte juriſdictionis provenit.*
21 *Vendita ſeu conceſſa villa, attento jure communi, videtur conceſſa juriſdictio ipſius.*
22 *Vendita ſeu conceſſa villa, attentis legibus Regni Hiſpaniæ, non cenſetur conceſſa juriſdictio, niſi expreſsè caveatur.*
23 *Conceſſa juriſdictione ſimpliciter, an videatur commiſſum merum & miſtum imperium, vel ſimplex tantum juriſdictio.*
24 *Conceſſa juriſdictione territorii, an videatur conceſſa in mari adjacenti territorio*, remiſſivè.
25 *Conceſſa per Regem juriſdictio, videtur tantum conceſſa quoad primam inſtantiam.*
26 *Conceſſio juriſdictionis, quantumvis ſit ampla & exuberans, ſimul cum territorio & Dominio totius oppidi aut villæ, Suprema juriſdictio nunquam cenſetur tributa.*
27 *Juriſdictio Suprema à Rege non poteſt ſeparari*

ri &

*ri & impoſſibile eſt quod à Rege abdicetur.*

28 *Rex dum concedit alicui Dominium ſeu juriſdictionem omnimodam in aliquo oppido, ſeu jus quod communiter in Hiſpania vocatur* Vaſſalaje *adhuc, vicini illius oppidi, etſi Dominio ſubjaceant omnimodè, tamen Regis vaſſalli dicuntur.*

29 *Vaſſalli Baronum ſemper dicuntur ſubditi Dominio Regis, & tenentur eum defendere contra Barones.*

30 *Poteſtatis Supremæ excepto effectu, in aliis omnibus vicini oppidi condonati alicui quoad Dominium & juriſdictionem, dicuntur vaſſalli dicti Domini.*

31 *Venditionis aut conceſſionis verba inſpicienda ſunt, ut dignoſci poſſit quid conceſſum aut venditum fuerit.*

32 *Juriſdictio an in perpetuum vel ad vitam conceſſa videatur, ad dignoſcendum traditur* remiſſivè.

33 *Juriſdictio an perſonæ vel territorio conceſſa fuerit*, remiſſivè.

34 *Juriſdictionem præſcribi poſſe tam de jure communi, quàm Regio certum eſt.*

35 *Juriſdictio contra Regem immemoriali præſcriptibilis eſt.*

36 *Juriſdictionis præſcriptionem vel immemorialem ad perficiendam, an requiratur ſcientia Regis vel ejus officialium.*

37 *Poteſtas ſeu juriſdictio Suprema Regis omnino impræſcriptibilis eſt.*

38 *Præſcriptio juriſdictionis contra Regem fit immemorialis, vel tempore 40. annorum cum titulo: at contra Dominos particulares tempore ordinario 10. vel 20. annorum cum ſcientia illius contra quem præſcribitur.*

39 *Signum juriſdictionis eſt creatio officialium.*

40 *Erectio furcæ vel patibuli per mandatum Domini vel ejus officialium, ſignum eſt juriſdictionis conceſſæ vel obtentæ.*

41 *Quod procedit etiamſi per centum annos non fuerit aliquis ſuſpenſus in illa furca.*

42 *Juriſdictio in ſecunda inſtantia, probatur ex eo quod ad aliquem deferantur appellationes.*

43 *Juriſdictionis uſus & exercitium probatur per impoſitionem & exactionem Collectarum ſeu Gabellarum, ſolutionem cenſus factam Domino vel oppido, receptionem decimæ, & Cuſtodiam Civitatis.*

44 *Juriſdictio nunquam probatur ex actibus qui Dominio conveniunt, cum unum ab altero prorſus ſeparatum ſit.*

45 *Juriſdictionis licèt ſint plures actus & per unum probatum, videatur probata tota juriſdictio in univerſum; hoc intelligi tamen debet ſi ille actus ſit univerſalis.*

46 *Juriſdictionis conceſſio quando non eſt aperta & non adeſt titulus, cum agitur de ea interpretanda, extendenda eſt vel coarctanda per uſum & exercitium poſſidentis.*

47 *Baro vel Dominus oppidi in quo ſibi conceſſa fuerit juriſdictio, poterit ſuum judicem qui vulgo* Alcalde mayor *nominatur, conſtituere cujus juriſdictio conceſſa tantum cenſetur in prima inſtantia, non autem in ſecunda, nec in gradu appellationis.*

48 *Juriſdictio in ſecunda inſtantia ſi expreſsè conceſſa fuerit judicibus à Baronibus creatis, quamvis ad eos appellari poſſit, tamen ab ſententia ab eis lata in gradu appellationis, appellatur ad Regiam Curiam.*

49 *Judex, vulgo* Alcalde mayor *appellatus in nihilo major reputatur cæteris judicibus ordinariis, etſi hoc nomine contrarium ſignificare videatur.*

50 *Judices per Dominos ſeu Barones creati in ſuis villis, non poſſunt nominari Correctores, ſicut judices Regis in ejus oppidis.*

51 *Judices à Baronibus nominati non poſſunt multam indicere extrajudicialem in contumaces ſeu rebelles ſuis juſſionibus niſi ob defenſionem ſuæ juriſdictionis & in quantitate trium Solidorum auri.*

52 *Judicibus per Barones conſtitutis non debent perſolvi ſalaria ex burſa communi, ſed ex bonis ipſius Domini.*

53 *Judices vulgo* Alcaldes mayores *nominati à Dominis oppidi non poſſunt ob infirmitatem conſtituere ſuos ſubſtitutos, qui in Hiſpania vocantur*, Tenientes.

54 *Barones ſeu Domini in oppidis in quibus juriſdictionem habent, reputantur ad ſummum ut Prætores ſeu Correctores Regis.*

55 *Baronibus ſeu Dominis oppidorum dum jus ex privilegio ita competit, poterunt judices ab ipſis nominati nominare ſibi ſubſtitutos.*

56 *Prætorum ſeu judicum officia vulgo*, Alcaldes ordinarios, *quia ſunt neceſſaria, nullus poteſt ab eis niſi ob infirmitatem vel aliam rationabilem cauſam excuſationem habere.*

57 *Prætorum ſeu judicum ordinariorum ad officia acceptanda quomodo compellendi ſunt ad ea electi.*

PRætorum munus diverſum in Jure nomenclaturam † ſortitur, nam & Præſes, vel Præfectus, Prætor, ſeu Corrector, vel Reipublicæ Adminiſtrator, ut *in author. de Judicibus in princip.* ubi gloſſ. *verbo adminiſtratoribus qui tali muneri*, deſignantur, & ſolent nuncupari; & hæc nomina ad ſignificandum prædictum munus, ſynonima ſunt, ut colligitur *ex l. 4. & eod. tit. Cod. de officio Rectoris*, *leg. Jul. Cod. ut omnes Judices tam civiles quàm crimin. leg. de aliment. Cod. de tranſlat.* ibi: *de futuris autem ſine prætore, aut præſidente l. 2. Cod. quibus non objicitur longum tempus præſcriptio*, ibi: *præfectus noſter, leg. de omnibus, & leg. legatus Cæſaris 20. ff. dict. penultima, ff. de offic. Præſidis auth. ut Judices ſine quo ſuffragio.* Hæc autem omnia gloſſ. & ibi Platea *in l. 2. Cod. de decurion.* Bart. Angel. & Alex. *in l. 1. ff. de officio Præſidis*, Montalt. *in repertorio legum Regni verbo Correctores*, & *in l. 1. tit. 4. part. 3.* Avendaño *in cap. 1. Prætorum*, docet Conradus *in templo Judicum lib. 1. cap. 7. & in Curiali brevi, lib. 1. cap. 9.* Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi, 7. part. conſiderat.* 18. Petr. Gregor. 3. *part. ſyntagmatum juris, lib. 4. cap. 32. n. 3. & ſequenti*, Feneſt. *de Magiſtratibus*, *cap. 19. & cum barone*, Didacus Perez *in Rubric. tit. 16. lib. 2. ordinament. verbo de los Corregidores*, Etymologiam † cujuſcumque nominis, & in quibus officium Prætoris ſeu correctoris cum aliis Magiſtratibus, docet & latè proſequitur Bobad. *lib. 1. politicor. cap. 2. & n. 3. cum ſeqq.* 1 2

Nomen autem Correctoris † Prætoris, aut Præſidis Provinciæ, in Regno Caſtellæ frequentius adaptatur eis qui in civitatibus & villis Regiæ Coronæ præponuntur, & conſtituuntur à Rege noſtro, ut *in l. 1. & 3. & 5. art. 5. lib. 3. Recopil.* docet Conradus *in pract. cap. 4.* Bobadill. ubi *ſuprà num. 9. & 11.* & in Hiſpania novum & ſatis moder- 3

4 modernum † eſt, ſi quidem tempore Regis Al-
phonſi IX. cognomento ſapientis legum patrii
juris conditoris, qui hodie communiter vocan-
tur, *Corregidores* Judices, & vulgo *Alcaldes*
cognominabantur, ut *in l.* 1. *Otro ſi Judices, tit.* 4.
*& l.* 1. *tit.* 16. *part.* 3. *& l.* 4. *tit.* 24. *eadem part.* ibi:
*Pro judicio de Alcalde de alguna Ciudad, o villa*
& *in l.* 6. *&* 7. *tit.* 18. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez
*gloſſ. fin.* & multo poſt, ita fuit obſervatum, ut *in l.*
5 1. *&* 2. *tit.* 22. *l.* 8. *novæ recopil.* & à tempore †
tantum Alphonſi XI. hoc nomen Correctoris uſita-
tum invenio in curiis Legionenſ. civitatis, *Era*
1387. *petit.* 8. & in curiis celebratis ab Henrico
II. Burgis, *Era* 1411. *petit.* 4. & à Joanne Rege
I. hujus nominis Viruice, *Era* 1487. *petit.* 24. &
à Domino Joanne II. in civitate Camorenſ. 1. 4.
32. ex quibus proditæ fuerunt, *l.* 1. *ordinament.*
1. *&* 2. *tit.* 16. *lib.* 2. *hodie l.* 1. *&* 3. *tit.* 9. *lib.* 3.
*recopil. lib.* 4. *tit.* 9. *eodem lib.* Et plures de officio
& cura Prætorum egerunt, ut videre licet per
Caſtill. de Bobadill. ipſe autem & accuratius
& latius omnibus, ita ut Hiſpaniæ tanto viro,
& hujus rei autore gloriari poſſimus.
6 Nominatio autem iſtorum † Correctorum abſ-
que dubio ad Regem noſtrum ſpectat; licèt
enim antiquitus in populo Romano reſideret,
ut conſtat, ex Cicerone in Ruſum ibi: *Omnes
poteſtates, imperia, curationes ab univerſo po-
pulo Romano proficiſci convenit*, tamen ad ſedan-
das ambitiones, quæ in gubernatione mundi, &
dignitatibus diſtribuendis, (vel ut aptius dicam)
uſurpandis jam vigebant, populus in Auguſtum
Cæſarem Imperatorem ſecundum, omne impe-
rium, & poteſtatem tranſtulit, *leg. regia*, quæ
ita nuncupatur, vel quod à Romulo expreſſa leg.
talis poteſtas fuit conceſſa, vel quod ex tali tran-
ſlatione, ſeu lege lata Regis majeſtas fuerit con-
ceſſa, ut patet ex *l.* 1. *ff. de conſtit. Princip.* exor-
nat latiſſimè Tapia *in dict. l.* 1. qui integrum ſuper
ejus interpretatione confecit librum præſertim.
*cap.* 1. *noviſſimè, ff. de origine juris, lib.* 1. *de offic.
præfecti prætorio, leg.* 1. *ſed hoc ſtatu Cod. de vetere
jure; ſed & quod Principis inſtantia, de jure na-
turali gent. & civil.* ibi: *Cum lege Regia, quæ de
ejus Imperio lata eſt populis eis, & cum in omni
imperium ſuum, & poteſtatem tranſtulerit*, 1. ubi
Gregor. Lopez verb. *las gentes, &* 2. 7. *tit. part.*
obſervat Corraſius *lib.* 7. *miſcellaneorum, cap.* 8. Phi-
lip. Corneus *conſ.* 1. *vol.* 3. *& conſ.* 177. *vol.* 1.
Añar. Ribaldus *in hiſtoria juris civil. lib.* 4. *circa
principium*, Conrad. *in templ. Judic. l.* 1. *cap.* 1. *tit.
de Imperator. num.* 1. *& ſequent.* Menchac. *lib.* 2.
*controv.* Fuſar. Illuſtr. *cap.* 82. *num.* 2. Corr. *in præ-
cticis cap.* 1. *num.* 3. Chaſſaneus *in catalog. gloriæ
mundi, part. conſiderat.* 24. *verſ.* 15. Petrus Gre-
gor. *ſyntagm. juris*, 3. *part. lib.* 47. *cap.* 20. *num.*
5. Parlador. *lib.* 2. *verſ. quotid. cap.* 1. *num.* 5.
Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *num.* 46. *& in
nova impreſſion. num.*.. Caſtill. de Bobadill. *lib.* 1.
*politicorum, cap.* 2. *num.* 15. *& lib.* 3. *cap.* 8. *num.*
103. *& num.* 152. Maſtrill. *de magiſtratibus*, quæ
utique tranſlatio Imperii videtur divino teſtimonio
approbata ut habetur Matthæi *cap.* 22. ibi:
*Reddite quæ ſunt Cæſaris*, notat Oldrad. *conſ.*
7 Itaque inter regalia conſtituitur † Magiſtra-
tuum vel Judicum Creatio, *l.* 2. *ff. ad l. Juliam
de ambitu*, ibi: *Quid ad curiam Principis Ma-
giſtratuum creatio pertinet, non ad populi favo-
rem*, & *in cap.* 1. quæ ſint regalia veluti in uſi-
bus feudorum ibi poteſtas conſtituendorum Magi-
ſtratuum, ad Juſtitiam explendam, & in ea funda-
tam habet invictiſſimus Rex noſter ſuam intentio-
nem, & docet Afflictis, *in cap.* 1. *quæ ſunt rega-
lia in uſibus feudorum verſic. poteſtas, ex num.* 1.
Bald. *in cap.* 1. *in princip. ex num.* 2. *de allodiis*,
Alex. *in l.* 1. *n.* 35. *verſic.* Unde dicit Bald. *ff. de
jur. omn. Judic.* Albertus Brunus *conſ.* 120. *collat.*
2. *verſ. & ſi Juriſdictio*, & Rex noſter non cognoſcit
Superiorem † temporalem nec ſubjacet Impera- 8
tori de quo vide quos refert Azeved. *l.* 1. *tit.*
1. *l.* 4. *num.* 16. Et quod major reputetur Rex
noſter in Regno quàm Imperator in Imperio eſt
textus expreſſus, *in l.* 8. *tit.* 1. *part.* 2.
Et hìc inſerere poteris omnia ea quæ adducunt
Chroniſtæ Hiſpaniæ in hoc articulo, quod Rex
invictiſſimus † noſter non recognoſcit Superio- 9
rem, nec Imperatori ſubjacet.
Et de jure Regni expreſsè ita cavetur † *in l.* 10
2. *tit.* 4. *part.* 3. *& l.* 2. *tit.* 18. *eadem part.* 3. & *l.* 1.
*tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* & *in l.* 1. *&* 7. *tit.* 1. *l.* 4. docet
Martinez *in l. tit.* 10. *gloſſ.* 2. *n.* 1. *lib.* 5. Bobadill.
ubi *ſuprà n.* 19. *& lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 73. *&
num.* 74. Ramirez *de leg. Regia* 23. *num.* 60. Va-
laſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 21. Corr. *in
Regia poſſeſſion.* 2. *part. q.* 9. *uſque ad finem*, Joan-
nes Garcia *de expenſis, cap.* 968. Burg. de Paz
*in pragm. legum Taur. n.* 32. Maſtrill. ubi *ſuprà.*
Unde Rex ad libitum poteſt omnes † Magi- 11
ſtratus ſeu Judices, vel officiales in civitatibus
vel villis ſuæ Regiæ Coronæ ad libitum præpo-
nere contra voluntatem oppidorum, & eorum
vicinis reſiſtentibus; quia omnis Juriſdictio in
regno iſto ab eo provenit & dimanat tanquam à
fonte Juſtitiæ, & *in auth. conſtitutivo, quæ de di-
gnitatibus in* 1. Bald. *in cap.* 1. *quis dicatur* Dux,
Marchio, ſeu Comes, *in verb. à Principe*, in
uſibus feudorum, & facit text. *in cap. Dominus,
diſtincte cap. fundament. in* 1. *de elect. in* 6. An-
deiſen *in tit. quæ ſint regalia, verb. poteſtas con-
ſtituendorum*, Lucas de Peña *in leg. contra verſ.*
77. *de re milit. lib.* 12. Chaſſaneus *in conſuetud.
Burg. rubric.* 8. *in* 3. *verſic. Nunquid in addit.
num.* 24. & *in Catalog. gloriæ mundi*, 5. *part. con-
ſiderat.* 24. *verſic.* 15. *&* 71. *& conſiderat.* 30. Pe-
trus Gregor. *dict.* 3. *part. ſyntagm. lib.* 47. *cap.*
2. *num.* 60. *verſic. Proinde & num.* 9. Montalbus
*in l.* 50. *tit.* 6. *part.* 1. *verb. frequecas verſic.
pro contraria parte*, Avendanus *in cap.* 1. *Præ-
torum*, Covarruv. *in pract. cap. num.* 9. Matienz.
*leg.* 1. *gloſſ.* 21. *num.* 3. *tit.* 10. ibi: *recopil* Girond.
*de gabellis*, 1. *part. num.* 33. *verb. lare alleg.* 80.
*tom.* 2. *à num.* 3. *&* 4.
Sed in aliquibus caſibus poterit Concilium † ci- 12
vitatis ſeu villæ nominare Correctorem, ſeu
Prætorem veluti ſi deceſſerit antequam nomi-
naretur cujus locum Tenens, ſeu Subſtitutus,
vel ſi eſſet in loco tam diſtanti ſeu remoto,
quod in longo tempore non poſſet facilè adiri
aut rogari, aut propter ſuas ingentes & magnas
curas & occupationes negligens eſſet in nominan-
do Correctore, ut videre licet per Caſtill. de Bo-
bad. *dict. l.* 1. *politicor. cap. ex rationibus & juri-
bus per eum perpenſis ex num.* 24. *cum ſeqq.* Iſto-
rum autem Prætorum ſeu Correctorum, condi-
tiones & qualitates tanti muneris, ſeu dignitatis
capaces ſint exiſtimentur, ac meritò eligantur & no-
minentur tradit copioſè & ſatis eruditè Bobadill.
*dict. lib.* 1. *cap.* 3. & quomodo ſic nominati uti de-
bent tali munere, tradit, *per totum ſuum tractat.*
& omnes alii relati qui de prætura ſcripſere.
Hi autem Prætores quandoque (utpote in ur-
bibus magnis) ſolent eſſe equites, qui nec legum
ſcientiam nec notitiam profeſſi ſunt vel fuerunt, nec
habent; & ideo frequenter debent habere ſuos † 13



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aſſeſſores, vel ut aptius dicam eorum locum in Juſtitiæ adminiſtratione, & litium expeditione tenentes quos hic pono ſermone vulgari, eodem appellamus nomine nempè *Tenientes* quod jure communi etiam prævifum exiſtit, ut *in authent. de mandatis Principum feſtinatis*, ibi: *etiam Conſiliarium, & quicumque fuerit circa te aſſumere virum optimum & purum undique & contentum his quæ à fiſco dantur, & ſi quis Prætor ſpem auxerit, & non inveneris eum cuſtodientem tibi fidem juſtam illum quidem expelles* & *in auth. conſtit.* 82. ibi: *in noſtris Magiſtratibus omninò ad manus ſint, & aſſeſſores, qui legum placita explicent, & illi illorum ſuppleant occupationes*, & de jure noſtro regio, eſt textus *in l.* 22. *tit.* 9. *part.* 2. ibi: *E para facer bien, eſto bien aſi como conviene debe aver conſigo omnes Savidores, de fuero, e de derecho, que ſe ayuden a librar los pleytos, e con quien aya conſejo ſobre las coſas dudoſas* & *in l.* 10. *tit.* 5. *l.* 3. *recopil.* ibi: *mandamos que quando ſe les fuere prohibidos de los tales officios ſe les mandare, y encargue de nueſtra parte que tomen y tengan conſigo tenientes letrados de ſciencia y experiencia*, & *in l.* 1. 11. & 22. *eod. tit.* 5. & *lib.* 3. ibi: *Que ſirvan los officios por ſi miſmos y por ſus officiales ſiendo ellos preſentes*, & *in l.* 4. *tit.* 6. *l.* 3. *tit.* 6. docet Avendanno *de execut. c.* 3. *n.* 1.

Horum autem Aſſeſſorum ſeu locum tenen-
14 tium Correctorum nominatio † ſolebat eſſe curæ, & poteſtati eorum, ut *in l.* 4. ibi: *excoja tit.* 6. *l.* 3. *recopil.* Aviles *in cap.* 4. *Prætor. in princip. Bobad. l.* 1. *politicor. cap.* 12. *n.* 3. Jam verò à Conſiliariis Regiæ Coronæ creatur, ſicut ipſi qui Prætorum aſſeſſores, ſeu locum tenentes Juriſdictionem Ordinariam merum & mixtum Imperium habent, & utique de omnibus cauſis cognoſcere valeant; quia eorum authoritas à lege pendet, ex Chaſſaneo *in Catalog. gloriæ mundi*, 7. *part. conſiderat. poſt principium*, Aviles *in cap.* 4. *Prætorum gloſſ. juxta n.* 2.

15 Nec Judices nec legati dici poſſunt †, ſed Ordinarii dicuntur ut obſervat ex veriori reſolutione Hypolitus Rimin. & *in Rubr. ff. de offic. ejus cui mandata eſt Juriſdictio*, Maranta *de ordine Judiciorum*, 4. *part. diſtinct.* 5. *num.* 18. Covarr. *lib.* 3. *Variar. cap.* 5. *tit. num.* 4. Aviles *in cap. cum Prætorum*, *cap.* 4. & *in* gloſſa verb. *Juſtitia*, *n.* 5. Avend. *eodem tractat.* 1. *part. c.* 3. *num.* 2. Azeved. *in l.* 10 *tit.* 5. *num.* 1. & 2. *in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* Cæſar Coſta *lib.* 2. *variar. ambiguitatum*, *cap.* 7. & latius, atque elegantius Petrus Auguſtus Morla, *in Emperio Jur. tit. de juriſdict. omn. Judic. in præludiis num.* 85. qui refert & reſpicit contrariæ opinionis ſequaces.

Et quomodo uti debeant officio ſuo, &
16 quæ † qualitates in eis concurrere debeant ut ad tale munus eligantur, & de plurimis ad eos ſpectantibus videndus eſt Caſtillo Bobad. *dicto lib.* 1. *cap.* 12. *per tot.*

Sed in oppidis & villis parvis Regiæ Coronæ,
17 nominantur vulgo Judices † Ordinarii ab ipſis Conciliis, qui vocantur, *Alcaldes* ut *in l.* 1. *verſic. Otro & lib.* 4. & *l.* 1. *tit.* 16. *part.* 3. & *lib.* 4. *tit.* 24. *eadem part.* ibi: *Por Judicio cap.* 4. *nu.* 5. *in fin.* Bobad. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. & *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 71. & in eis crimin. ineſt quædam permiſſio & tolerantia Regis ut nomine ſuo Judices eligant & conſtituant, D. Lat. *alleg.* 80. *n.* 1 videndus.

18 Et verbum hoc *Alcaldes* arabicum † arbitror de quo vide Oroſium, Covar. *in theſaur. linguæ Latinæ in dict. verb. Alcaldes.*

In oppidis verò † Dominorum major difficultas 19
eſt & frequenter ſolet controverti, an ab eis an vero à Conciliis nominari debeant Judices hi & cæteri Juſtitiæ officiales.

Et ſanè clarioris intelligentiæ gratia, in hac re, in qua tot lites quotidie oriuntur, aliqua prædeterminanda duxi.

Et primò, quod Judicum † creatio utique pro- 20
venit ex radice ſeu fonte Juriſdictionis, ut notat Albert. Brunus *conſ. feudal* 171. *verſic. & qui ponere officiales*, Boërius *de iſ.* 152. Avend. *de exequend. mandat. cap.* 13. *verſic. Ex quo ſolet* Nar. *de Juriſdiction. part.* 1. *cap.* 41. *num.* 4. qui ait Barones in terris habere poteſtatem creandi Magiſtratus ſi habent Juriſdictionem à Rege; Maſtrill. *l.* 4. *de Magiſtratib c.* 17. *num.* 1. ubi *num.* 2. probat quod creare officiales fructus eſſe Juriſdictionis, & *num.* 4. quod immo officialium creatio eſt ipſa Juriſdictio, quia conſiſtit in eis creandis ex Bald. *in tit. de pace Juramento firmanda*, uſque ad *num.* 4. Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 4. *part.* 3. *gloſſ. Eſtos tales.* Molin. *de Hiſpan. primogen. l.* 1. *cap.* 25. *numer.* 1. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *novæ recopil.* gloſſ. 21. *num.* 1. Bobadill. *l.* 1. *politicor. cap.* 2. & *n.* 19. *littera O.* Chaſſaneus *conſ.* 43. *n.* 5. Molde Medrane *in allegatione de vic. Regis Aragonis*, 1. *part. n.* 9. Petrus Ludovicus Martinez *in allegat. contraria n.* 224.

Secundò præmitto, quod vendita, ſeu con-
ceſſa † villa, ſeu oppido, in dubio, attento Jure 21
communi, videbatur conceſſa Juriſdictio ex Bart. *in l.* 1. *cum urbem per text.* ibi: *ff de offic. præfecti urbi & ff. in l. inter, ff. de acquirendo rer. Dominio* Angel. *in l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de offic. ejus cui mandata eſt Juriſdictio*, Bald. *in l. ff de rer. diviſione, numer.* 43. & *in cap.* 1. *de capitan. qui cui vend. in uſibus feud.* & *l.* 5. *ff. de Judic.* Jaſ. ibi: & *conſ.* 42. *col. in volum.* 1. Boërius *dec.* 227. *n.* 8. & 9. Avend. *in cap.* 5. *Prætor. num.* 10. Duar. *allegat.* 6. *num.* 9. & *nu.* 15. Gregor. Lopez *in nu.* 68. *verb. Tal Villa. tit.* 18. *part* 3. Covarr. *in practic. cap.* 1. *num.* 10. Martinez *in l.* 1. *tit.* 10. *l.* 5. *recopil. gloſſ.* 21. *n.* 24. Conrad. *in templ. judicum l.* 1. *c.* 14. *verb. juriſdictionis concedit*, *n.* 5. Mieres *de majorat.* 4. *p. q.* 20. *num.* 19.

Verum ex legibus Regni conceſſa † villa ſeu 22
oppido, non videtur conceſſa Juriſdictio, niſi expreſsè caveatur, quod deduxi, *ex l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. & *l.* 5. *tit.* 15. *part.* 2. & *l.* 12. *part. eadem*, *tit.* 1. & expreſſius *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* ibi: *Pero ſi en los privilegios y mercedes que aſi ſe hubieren echo à nueſtros ſubditos y naturales de villas y lugares no ſe dixere expreſamente, que ſe leſda en ellos la Juſticia ſino que les dona, da, y enagena la Villa y Lugar con que reſerva para ſi, en ella el Rey la Juſticia, ſi el ſennor en la Tal Villa, o Lugar la menguare, o dixere que la da, o dona, con que no entre en ella, o Lugar, Merino, ni Alcalde ni ſayon, ni official por que de las tales palabras, y de cada una de ellas pareze que reſulta la intencion del Rey aver ſido de donar, dar, e enagenar la Juſticia, tenemos por bien que aquel aquien fueſſe dada, o donada la Tal Villa, o Lugar con las dichas palabras o cada una dellas, aya la dicha Juſticia ſi uſo della. Y ſi por el dicho privilegio, o merced no ſe dixeren las dichas palabras, o alguna dellas, pero dixere otras, conviene a ſaver que le da, dona, o enagena la Villa o Lugar enteramente no retiniendo para ſi alguna coſa, o que lo da en todo poderio de Sennorio real;*

*como*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*como al Sennorio real pertenenze; queremos y mandamos que aya por ella Juſticia, ſi deſpues de tal privilegio, o merced uſo de ella continuadamente por tiempo de quarenta annos no ſiendo en el dicho tiempo echa interrupcion civil o natural por nos o por otro en nueſtro nombre, y ſi en los tales privilegios, Cartas, o mercedes no fueren pueſtas las dichas palabras, ſino otras, que le da, y dona la Tal Villa, o Lugar con todos ſus derechos, que en el, y en ſus terminos el Rey ha, y debe aver en qualquier manera entienda ſe que no le da la Juſticia por las dichas palabras ſalvo ſolamente las rentas y derechos de la heredad, y calumnias, y las heredades que el Rey tubiere en la Villa, o Lugar.* Quod ita obſervavit Matienz. *in dict. l.* 1. *gloſſ.* 21. *num.* 26. *cum ſeqq.* Villalob. *in antinom. lib.* 1. *num.* 161. Oland. *in concord. antinom. lib.* 1. *num.* 86. Greg. Lopez *in l.* 12. *verb. ſingulos privilegios tit.* 1. *part.* 2. Gutierrez *in lib.* 2. *pract. quaſt.* 131. Azeved. *in dict. l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopil. numero* 34. *in verb. Salvo ſolamente*, & quibus verbis videatur conceſſa Juriſdictio, vide, *dicta in leg. Imperium, ff. de juriſdict. omnium Judic.* & Azeved. *in dict. l.* 1. *recopil. per text.* ibi: *corcedi de la Juriſdicion civil y criminal, n.* 28. *&* ibi: *Aya la dicha Juſticia*; Matienz. ibi: *in dict. l. gloſſ.* 7.
23 & an conceſſa † Juriſdictione ſimpliciter videatur
commiſſum merum, & miſtum Imperium, vel ſimplex tantum Juriſdictio conſule Felinum, *in cap. quoad ſedem, n.* 4. *de offic. Ordin.* Matth. de Afflictis, *in prælud. conſtitut. Siciliæ, quæſt.* 6. *n.* 4. *& lib.* 1. *rubric.* 47. *num.* 13. Didacum Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinament. col.* 4. *fol.* 756. Et quidem
24 ſi concedatur Juriſdictio † territorii utrum videatur conceſſa in mari adjacenti territorio diſputat Ruin. *conſ.* 28. *n. fin. vol.* 1. Marian. Frecia. *in tranſlat. de ſubfeudis baron. tit. quis dicatur Marchio, n.* 3. *& ſequenti*, Caſtill. de Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 217.
25 Et in dubio conceſſa per Regem † Juriſdictio
alibi videtur conceſſa tantum quoad primam inſtantiam, ut ſimul cum Judicibus ordinariis à populo nominatis, poſſit conſtituere ſuum Judicem, qui cum eis poſſit, ut vulgo dicimus, cognoſcere de cauſis, *a prevencion*, non verò in gradu appellationis, quod latiùs proſequendum eſt; ut per Bobadill. *dict. lib.* 2. *cap.* 16. *ex num.* 77.

Illud tamen advertere non omittam, quod
26 quantumvis Juriſdictionis conceſſio † ſit ampla
& exuberans ſimul cum territorio, & dominio totius oppidi aut villæ ſuprema Juriſdictio nunquam cenſetur tributa, eſt textus expreſſus *in dict. l.* 1. *tit.* 4. *recopil.* ibi: *Que ninguno ſea oſado de eſtorvar ni impedir en los lugares de Sennorio la Juriſdiction ſuprema que tenemos*, tradit Covarr. *in pract. cap.* 4. *in princip. & in repetit. cap.* 1. *quamvis poſtum.* 2. *part. ex n.* 4. *de pactis in* 60. Non enim poteſt hæc Juriſdi-
27 ctio † à Rege ſeparari, ut radius ſolis ab ipſo
ſole, ita enim magnitudini, & autoritati ejus inhæret, ut *l.* 9. *tit.* 13. *partit.* 2. docet Gregor. *& in l.* 8. *verbo aquien tit.* 13. *part.* 2. & impoſſibile eſt quod à Rege abdicetur, ut affirmat Bald. relatus per Afflictum *dict. rubric.* 47. *n.* 6. Roland. à Valle *conſ.* 1. *n.* 134. *vol.* 24. Grammatic. *conſ.* 28. *&* Avendan. *in cap.* 5. *Prætor. n.* 2. *l.* 1. Covarr. ubi *ſuprà n.* 1. Alvarus Valaſc. *in tract. de jure emphyt. quæſt.* 8. *n.* 31. Aviles *in cap.* 1. *Prætor gloſſ.* 1. *nu.* 3. Unde ſuperflua & fruſtranea ſunt aliquarum conceſſionum verba in quibus ſuprema Juriſdictio reſervatur; nec enim hac obſervatione opus erat, ut *in l.* 5. *ad finem, tit.* 5. *part.* 1. ubi Gregor. verb. *dixeſſe* Avend. *in cap.* 5. *Rector. n.* 2. *l.* 1. Ex quo & illud provenit, quod quando Rex noſter con-
cedit † alicui Dominium, & juriſdictionem om- 28
nimodam, in aliquo oppido, ſeu villa, ſeu jus quod communiter in Hiſpania vocamus *Vaſallaje* adhuc vicini illius oppidi etſi Dominio omnimodè ſubjaceant, tamen dicuntur Regis vaſſalli, ut notat Ludovic. Molin. *l.* 11. *de Hiſpaniar. primog. c.* 13. *n.* 47. *&* 48. Parlad. *different.* 19. *n.* 4. *tit.* 3. Covarr. *in pract. c.* 4. *n.* 3. Caved. *deciſ.* 106. *n.* 1. 2. *part.* præter ſuperioritatem, quæ ſemper reſidet, & manet in Rege, ex Bald. *conſ.* 333. *l.* 1. *& in rubr. cap. de rer. diviſion. n.* 1. *& in l.* 2. *n.* 39. *Cod. de ſervitut.* Afflict. *dec.* 165. *n.* 10. Caved. *dec.* 40. *n* 2. *part.* 2. Menoch. *de recuperand. poſſeſſion. remed.* 1. *n.* 3.
adeoque vaſſalli Baronum † ſemper dicuntur ſub- 29
diti Dominio Regis, & tenentur eum defendere contra ipſum Baronem.

Sed præter effectus ſupremæ poteſtatis † in 30
omnibus aliis, vicini Oppidi condonati alicui quoad Dominium & Juriſdictionem vaſſalli dicuntur prædicti Domini, & in quibus conſiſtat hoc munus vaſſallagii, decidit text. *in l.* 2. *& in l.* 4. *&* 5. *tit.* 15. *part.* 4. *& de origine ejus*, videndus eſt Andreas de Sern. *in præludiis feudalib. coll. t.* 9. *q.* 4. Caccialup. *in cap.* 1. *de feudor. cognition.* Marin. Frecia *in tract. de ſubfeud. Baronum. l.* 1. *in princip. n.* 1. *& ſequent. part.* 3. Uidaric. Zatius *cap.* 51. *tom. feudal. in princip. & in l.* 2. *verſic. Curias.* Pirrus *in conſuetudinibus Aureliæ, tit. de feudis in princip.* Claudius *in tract. de re militar. l.* 9. *c.* 20. Uvalſan. *l.* 1. *commentarior. hiſtoriæ Romanæ*, Franciſcus Conanus *l.* 1. *commentar. tit. de bon. libertor. fol.* 172. Caſtil. de Bobad. *l.* 1. *c.* 166. *ex n.* 14.

Tertiò præmitto quod principaliter & primo lo-
co privilegii † ſeu venditionis aut conceſſionis 31
verba, ut dignoſci poſſit quid fuerit conceſſum aut venditum, inſpicienda ſunt, ut *in cap. porrò* & *in cap. recipimus* & *in cap. ex tenore, de privilegiis*, Baldus *in præludiis feudalibus, n.* 47. & *in l. quoties, Cod. de ſuis & legitimis hæredibus.*

Et in dubio an videatur conceſſa † Juriſdictio in 32
perpetuum vel ad vitam differit Bonifacius *in peregrina legum practicar. verb. Juriſdictio quæſt.* 1. ubi rejicit opinionem Bartholi, *in l. pater. ff. deſerit*: Et an videatur conceſſa territorio, ſeu perſonæ diſputat Boërius *deciſ.* 227. *numer.* 17. Si autem obſcura fuerit vel dubia ex uſu & obſervantia utique extendi vel coarctari debet privilegium, venditio ſeu conceſſio, ut in propoſito decidit mirabilis, & ſingularis text. *in dict. l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *novæ recopill.* ibi: *Pero ſi en los privilegios y mercedes, que aſi ſe hubieren echo, e hicieren a nueſtros ſubditos de Villas, y Lugares naticiales no ſe les dixere expreſſamente que ſe les da en ella la Juſticia, ſi no que les da, dona, y enagena la villa y Lugar en que reſerva, paraſi en ella el Rey la Juſticia, ſi el ſennor en la tal villa o lugar, lo menguare, o dixere que la da con que no entren en el Lugar Merino, ni Alcalde, ni ſayon, ni official por que de las tales palabras y de cada una de ellas reſulta y la intencion del Rey averſido de dar, donar o enagenar la Juſticia; tenemos por bien, que aquel aquien fue dada, o demandada la tal villa o lugar con las dichas palabras a cada uno dellos y a la dicha Juſticia, ſi uſo della:* ibi Matienz. *in verb. uſo della*, differit quod tempus
ſufficiat, † & ſanè ex alia & diverſa ratione 33
quam ipſe denotat, exiſtimo indiſtinctè ſufficere

dicendum, quandoquidem hic de interpretatione privilegii agatur ut *in cap. cum dilectus de conſuetudine*, ubi Antonius de Butrio & Abb. *num.* 7. ſingulariter Paulus de Caſtro *conſ.* 47. *num.* 44. *lib.* 1. *text. in l.* 4. quæ incipit *expaladinar. tit.* 33. *part.* 7. & plures refert Molin. *lib.* 2. *de Hiſpaniar. primogen. cap.* 6. *num.* 57. & conducunt quæ in jure noſtro paſſim de obſervantia ſub ſecretas inveniuntur, ſecundum DD. quos retuli & congeſſi, *in tractatu de paſcuis & jure paſcendi, cap.* 1. *num.* 28. & vide Gratian. *diſput.* 655. *num.* 62. 675. *n.* 32. & 716. *num.* 20. & 756. *num.* 25. ubi talis obſervantia non indiget præſcriptione.

34 Nam Juriſdictionem præſcribi † poſſe tam de jure communi quàm Regio nullus ambigere poteſt, ut docet Bart. *in lib.* 1. *Denique, ff. de aqua quotidiana & æſtiva*, ubi Immola & Romanus, Oldradus, *conſ.* 254. Bart. Alberic. & Jaſ. *in l. Imperium, ff. de Juriſdict. omnium Judic.* Bald. *de præſcript.* 5. *verſ. partis principalis quæſt.* 3. Covarr. *reg. poſſeſſ.* 2. *part. in principio*, Matienz. *in dict. l.* 10. *gloſſ.* 10. à *num.* 2. Et poſſunt in propoſitum expendi textus *in l. veros Cod. de diverſis officiis lib.* 1. & *in cap. irrefragabili verſ. exceſſus de offic. ordinarii* & *in auth. de defenſorib. civitatum in jusjurand.* & eſt text. formalis, *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 1. *novæ recopill.* ibi: *Por que algunos en nueſtros Reynos tienen y poſſeen algunas Ciudades, y lugares, y villas, y Juriſdictiones civiles y criminales ſin tener para ello titulo nueſtro ni de los Reyes nueſtros Anteceſſores, y ſea duda ſi lo dicho ſe puede adquirir contra nos y contra nueſtra Corona, por algun tiempo, ordonamos y mandamos que la poſſeſſion immemorial probando ſe ſegun y como, y con las calidades que la ley de toro requiere, que es la ley primera*, tit. 7. lib. 5. de eſte lib. *baſta para adquirir contra nos y nueſtros ſucceſſores qualeſquier Ciudades, Villas y lugares, y Juriſdictiones civiles, y criminales y qualeſquier coſa y parte de ella con las coſtas a el ſennorio y Juriſdiction annexas y pertenecientes; &c.*

35 Itaque Juriſdictio † contra Regem noſtrum immemoriali præſcriptibilis eſt abſque titulo, cum in ea ſupponitur ut latè dixi, *in tract. de paſcuis, cap.* 17. *num.* 7. & ita intelligit Covarr. *in regula poſſeſſor.* 2. *p. verſ.* 3. *numero* 5. *de rer. Juriſdiction. in* 6. Didacus Perez *in lib.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *ordinament. gloſſ.* 1. Avend. *in cap.* 1. *prætor. n.* 19. *in princip.* 1. *part.* & idem procedit ſi cum titulo adeſſet quadragenaria poſſeſſio, ut advertit Palac. Rub. *in repetit. cap.* 1. *per veras cap.* 3. *verſ. ſed eſt pulchra dubitatio, n.* 43. Covarr. ubi *proximè, n.* 3. & conducunt, quæ tradit Ludov. Molin. *dict. lib.* 2. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. ubi ait quadragenariam poſſeſſionem cum titulo immemorabili præſcriptionem æqualem eſſe, & eandem vim obtinere; & allegat textum *in cap. cum perſona, verſ. quid ſi tales de privileg. lib.* 6. ubi ait probandam exemptionem ab ordinario, in qua jus commune reſiſtit præſcribenti; & per conſequens requirebatur tempus immemorabile, ſufficit quadraginta annorum poſſeſſio cum titulo, per quem textus ita obſervant Archidiaconus, Joannes Andreas D. Dominicus Franciſcus, & conſequenter ſcribentes: & arridere videtur text. *in cap.* 1. juncta gloſſa verb. *legitimè de præſcription. in* 6. ubi communiter notatur, & *in l. fin. Cod. de fund. patrimonialib.* 10. & in terminis expreſſis Joannes Gutierrez *lib.* 1. *pract. q.* 85. & 86. ubi an ad
36 hanc præſcriptionem vel immemorabilem † perficiendam requiratur ſcientia Regis vel ejus officialium, & quomodo præſcriptio hæc interrumpatur? vide quæ dixi, *in tractatu de paſcuis ad cap.* 17. & *cap.* 20. & *cap.* 21.

Hoc autem debet intelligi de Juriſdictione ordinaria † tam civili quàm criminali mero & mix- 37
to imperio, non verò de Suprema poteſtate, quæ prorſus contra invictiſſimum Regem noſtrum impræſcriptibilis eſt, ut expreſsè cavetur, *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopil. pero la Juriſdiction civil o criminal ſupremaque los Reyes an per mayoria o poderio real, que es de la facer y cumplir, donde los otros ſennores y Jueces la amenguaren; declaramos que eſta no ſe pueda ganar ni præſcribir par el dicho tiempo, ni por otro alguno:* ubi Azeved. *n.* 36. & 37. & docet latius Joannes Gutierr. *l.* 1. *practicar. q.* 88. *per tot.* Bobad. *lib.* 2. *politicor. c.* 10. *n.* 43. ubi reſpondet & ſatisfacit.

Illud tamen quod ſuprà firmavimus nempè Juriſdictionem † ordinariam immemorabili tempore vel 38
40. annis cum titulo præſcribi, intellige id procedere contra Regem; contra Dominos verò particulares, tempore ordinario, 10. vel 20. annorum cum ſcientia illius contra quem præſcribitur, procedit, ut obſervat Avendan. *in cap.* 1. *Prætor. lib.* 1. *num.* 21. *verſ.* 6. *deducitur*, Antonius de Padill. *in l.* 1. *nu.* 53. *Cod. de ſervitutib. & aqua*, Salced. *in reg.* 397. Covarr. *in dict. regul. poſſeſſor.* 1. *part. verſ.* 3. *num.* 5. Matienz. *in dict. l. tit.* 10. *gloſſ.* 19. *n.* 5. *in fin.* Palacios Rub. ubi *ſuprà n.* 48. Azeved. *in dict. l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *n.* 4. Gutier. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 87. ubi adducit in propoſitum deciſionem Nicolai Boërii 246. ubi concludit, illud omne quod contra regem non præſcribitur minori tempore quàm 40. annis, contra inferiores minore tempore, hoc eſt ordinario acquiri, Bobad. *dict. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 204. & *lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 15.

Quartò præmitto quod plura ſunt Juriſdictionis ſigna ex quibus cognoſci poſſunt vel donatam, vel præſcriptam eſſe, ut vel titulus interpretetur, vel quid præſcriptum fuerit percipiatur.

Et primum Juriſdictionis ſignum erit Judicum
† creatio & nominatio, & officialium conſtitu- 39
tio ut *ſuprà* diximus *numero*, ex Juribus, & rationibus ibi perpenſis.

Sed hìc jam illud in propoſito dignum diſputatione ſe offert & in praxi crebrò occurrit, utrum Domini oppidorum, ex eo quod conſtet per inſtrumenta vel teſtium depoſitiones confirmaſſe nominationes ſeu electiones officialium ab oppido factas, videantur Juriſdictionem in populo habere eam ſibi donatam, vel quoquo modo ab eis acquiſitam, cujus quæſtionis reſolutionem, & utriuſque partis fundamenta videbis *in capite*.

Rurſus Juriſdictionis conceſſæ, † condonatæ 40
vel obtentæ ſignum erit quod mandato Domini ſeu ſuorum officialium furca vel aliud patibulum fuerit erectum, *l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœnis*, ut ait Bald. *in l. de arboribus, §. de illo*, ubi gloſſ. & Flori. *ff. de uſufruct. idem*, Bald. *in c.* 1. *collat.* 5. *quid ſit inveſtitura in uſibus feudorum*, Decius *conſ.* 249. *in princip.* Oldrad. *conſ.* 161. *incipit thema tale eſt*, Albert. Brun. *conſ.* 34. *num.* 16. *inter conceſſa feudalia.* Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. tit. de Juſtitiis, & Proceſſ. §.* 8. *verſic. ſegnes, num.* 2. Covarr. *lib.* 4. *variar. cap.* 5. *n. fin.* Bobad. *dict. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 205. quod procedit etiam ſi per † centum annos non fuerit 41
aliquis ſuſpenſus in illa furca vel patibulo cum

caſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caſus non ſe obtulerit, ut obſervant Bald. & Flo-
rian. *in dict. §. de illo.* Maſcard. *concl. 946. de pro-
bat. vol.* 2. & facit in propoſitum doctrina Bar-
toli, *in illis, Cod. de decurionibus, lib.* nempè
quod habens eligendi jus illud non amittat ſi ſte-
terit per centum annos quod non elegerit, quia
non expediebat. Et quod officiales alicujus oppi-
di attulerunt in territorio vel termino ſuper quo
contendunt virgam juſtitiæ erectam licèt de aliquo
caſu, quia non contingit, non cognoverint, ſignum
etiam erit juriſdictionis, cujus rei originem tra-
dit Chaſſaneus *in catalog. gloriæ mundi*, 1. *part.
conſiderat.* 39. *concl.* 6. Guillelmus Rub. *de Juſt.
cap.* 3. *in princip.* Petr. Greg. 3. *part. ſyntagmat.
Juris. lib.* 47. *cap.* 25. *num.* 5. Bobad. *lib.* 3. *po-
litic. cap.* 2. *n.* 11. *&* 12. cum tamen introire
cum virga erecta per territorium alienum ſit pro-
hibitum, ut *in l. ſi cohortales, & in l. nullus &
in l. fin. Cod. de cohortal. lib.* 12. *l.* 1. *Cod. de
apparatib. Præfecti Annonæ eodem lib.* 1. *Cod. de
diverſ. offic.* Bobad. *lib.* 1. *politicor. cap.* 13.
*num. fin.*

42 Præterea † Juriſdictio in ſecunda inſtantia ſecus
ſuperioritas, probatur ex eo quod ad aliquem de-
ferantur appellationes, ut *in cap. ſi duobus, §.
denique de appellat.* Albanus *conſ.* 62. *n.* 8. *&
conſ.* 64. *nu.* 8. Cravet. *conſ.* 209. *n.* 9. *cum ſeqq.*
& facit text. *l. à proconſulibus & in l. percipimus,
Cod. de appellat. in* 6.

Deinde & per impoſitionem & exactionem
43 † collectarum ſive gabellarum, & ſolutionem
cenſus factam Domino vel oppido contentis de
Juriſdictione & autoritate text. *in authentico qui-
bus modis naturales efficiantur*, ſicut tradit Bald.
*in l.* 3. *in text.* ibi: *cenſeatur, Cod. de naturali-
bus liberis & in l. data opera col.* 19. *circa me-
dium verſic. item bona ratio eſt quia videt, Cod. qui
accuſare non poſſunt*, Marſilius *in Rubr. Cod. de
probat. num.* 276. Socin. Senior *conſ.* 187. *col.* 4.
*n.* 15. *vol* 2 Ruin. *conſ.* 2. *n.* 4. *vol.* 4. & idem
per receptionem decimæ & Jaſon. *conſ.* 166. *n.*
2. *vol.* 4. Albanus *conſ.* 62. *cum duobus ſequenti-
bus.* Albericus Brunus *conſ.* 34. *n.* 16. inter con-
ceſſa feudalia & per cuſtodiam civitatis probatur
Juriſdictionis uſus, & exercitium ex Natta *conſ.*
672. *nu.* 1. *cum ſeqq. vol.* 4. & per alia ſigna de
quibus per Maſcard. *dict. conſ.* 446. Bobad. ubi
*ſuprà Tuſchum F.*

44 Illud tamen adverte quod ex actibus † qui Do-
minio conveniunt nunquam Juriſdictio probatur,
cum unum ab altero prorſus ſeparatum ſit, ut di-
xi, & pluribus comprobavi, *in tractat. de paſ-
cuis, cap.* 9. *num.* 15.

Quintò præmitto quod, licèt plures ſint actus
45 † Juriſdictionis, & per unum probatum videatur
probata tota Juriſdictio in univerſum, ut tradit Pa-
normitan. *conſ.* 71. *n.* 3. *lib.* 1. Fel. *in cap. auditis
num.* 19. *de præſcript.* Alban. *conſ.* 34. *num.* 2.
*& conſ.* 64. *num.* 19. *&* 79. Capell. Toloſanus
*quæſt.* 322. Item fuit quæſitum an præſcribens,
Vantius, *de militar. titulo qualiter ſententia &
proceſſus*, tamen hoc intelligi debet ſi ille actus
ſit univerſalis, & denotat animum poſſidentis fuiſ-
ſe univerſaliter poſſidere; ut advertit Abbas &
Albanus ubi *ſuprà.*

Nam aliàs regulariter cum non adeſt titulus, &
46 conceſſio † aperta, & agatur de ea interpretanda,
extendenda vel coarctanda in dubio per uſum &
exercitium poſſidentis, & præſumptio, ac Juris
diſpoſitio aſſiſtit pro Rege, quod Dominus Ba-
ro aut villa oſtenderit ſe poſſediſſe, illud tan-
tum utile habebit non amplius, quia tantum
præſcriptum quantum poſſeſſum, ut *in l.* 1. *§.
fin. ff. dict. item actuque privato.* Unde in ali-
quibus Domini ſeu Barones habent tantum Juriſ-
dictionem criminalem, in aliis civilem, in aliis per
vicos, in aliis Jus tantum conſtituendi unum of-
ficialem, prout vel illis fuit condonatum à Re-
ge vel ab eis præſcriptum.

Ex quibus præludiis ſeu obſervationibus facilè
conjicere potes quando Judicum ordinariorum aut
aliorum officialium creatio, in oppidis ſeu villis
Dominorum & Baronum ad eos ſpectet vel ad
concilia ipſorum oppidorum, nec ullo caſu pote-
runt cognoſcere de ſententiis latis, à judicibus
ordinariis in caſibus menſæ, vel reſtitutionem hæ-
reditatum ruptarum, quæ paſtui pecorum de-
beant ſervire, ut contendit Bobad. *dict. cap.* 16.
*num.* 94. *l. A, & lit. P.*

Dominus oppidi & Baro in oppido in quo ſi-
bi fuerit conceſſa Juriſdictio quæ ſemper ſibi vi-
detur conceſſa in prima † inſtantia, poterit ſuum 47
Judicem, quem vulgo, *Alcalde mayor* vocamus,
conſtituere & nominare, cujus Juriſdictio cen-
ſetur accumulativè & ad præventionem, ei cum
cæteris Judicibus à populo nominatis conceſſa,
non autem in gradu appellationis, nec in ſecun-
da inſtantia ex Angelo, *lib.* 1. *§. qui mandatam,
ff. de offic. ejus cui mand. eſt Juriſdictio.* Alberic.
Brun. *conſ.* 202. Roland. *conſ.* 4. *&* 6. *&* 41. &
melius & accuratius *conſ.* 75. *n.* 15. *vol.* 3. Oldrad.
*conſ.* 161. incipit *thema tale eſt*, Martin. Tretia *in
tractatu de ſubfeudis Baron. l.* 2. *verſic. Decima
tertia, n.* 5. *&* 6. Capit. *dec.* 27. Bobadill. *dict. l.* 2.
*c.* 16. *n.* 76 Niſi expreſſè eis fuerit indulta & per
privilegium acquiſita, ut *ſuprà* diximus.

Quinimo ſi eis expreſsè fuerit conceſſa † Juriſ- 48
dictio in ſecunda inſtantia, quamvis ad eos poſſit
appellari, tamen ab ſententia ab eis lata in gradu
appellationis utique appellatur ad Regiam Cu-
riam, in qua etiam ſi ſit juſta revocatur ex de-
fectu Juriſdictionis, & percipitur illud quod in ea
fuerat deciſum, & concipitur in hæc verba *fallamus.*

Unde talis Judex vulgo † *Alcalde mayor* etſi 49
hoc nomine contrarium ſignificari videatur, in
nihilo major reputatur cæteris Judicibus ordina-
riis ex Franc. Marc. *dec.* 72. *n.* 3. *cum ſeqq. vo-
lum.* 1. Camillo Plavio *in l.* 1. *verb. delegatum n.*
20. *ff. de offic. ejus cui mandata eſt Juriſdictio*,
Corraſio *lib.* 3. *miſcellan. cap.* 19. Roland. *conſ.*
12. *leg. etenim num.* 10. *vol.* 2. nec poterit pro-
cedere contra aliquem Judicem ordinarium ex no-
minatis à populo vel eum capere ex lege nam &
magiſtratus, *ff. de arbitris n.* 157.

Nec poſſunt nominari Correctores † ſicut Ju- 50
dices Regis ſuarum Villarum & civitatum ex Bald.
*in* 2. *Cod. de ducat. in fin. lib.* 10. *etenim l. non
dubium n.* 10. *verſic. Sed Petrus*, & Petrus *Cod. de
legib. & in l. & hoc Tiberius Cæſar. de hæredib. in-
ſtit. Ægid. Papæ diviſ.* 43. Chaſſaneus *in Catalog.
gloriæ mundi*, 7. *part. conſiderat.* 9. *&* 5. *part. con-
ſiderat.* 24. *caſu* 17. Avil. *in cap.* 2. *Prætor.* gloſſ.
verb. *hæredit. n.* 9. Unde privilegio ſpeciali Co-
mes de Lemus ſuum Judicem, qui reſidet in villa
de Monforte poteſt nominare Correctorem, ut ita
intellexiſſe, & ab aliquibus præcepiſſe teſtatur
Caſtill. de Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.* 48.

Nec poſſunt indicere † multam extrajudicia- 51
lem in contumaces, aut rebelles ſuis præceptis &
Juriſdictionibus aut juſſionibus, niſi ob defenſio-
nem ſuæ Juriſdictionis, & in quantitate trium
Solidorum Auri, *l. eos Cod. de mod. multarum
l.* 2. *Cod. de ſportulis* notat Angel. *in l.* 1. *ff. ſi quis
ſit in Jus vocatus non terret*, Abb. *in cap. de cauſ.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*num.* 12. qui dicit communem de officio legati, DD. *in l.* 1. *ff. ſi quis jus dicenti non obtemperat.* & iſti tres Solidi auri idem important, quod tres Caſtellani ex Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 3. *in princip. & de veteris nummi poteſtate, cap.*
52 3. *in princip. num.* 3. *in fin.* Et Salaria † eis debita non debent perſolvi ex burſa communi, & ex bonis populi, ſed ex bonis ipſius Domini ſeu Baronis, ut notat Avend. *in cap.* 10. *Prætorum, conſ.* 5. quod diverſum eſt in ſalariis Judicum Regis quæ ex bonis propriis ipſius oppidi aut villæ perſolvitur, quæ ſi deſint fit collecta inter vicinos ſtatus plebeiorum, Bobad. *dict. cap.* 16. *n.* 150. & *tit.* 4. *lib.* 6. *n.* 9.

53 Iſti autem Judices † vulgo, *Alcaldes mayores* nominati à Domino oppidi ſeu Barone non poſſunt conſtituere ſuos Subſtitutos (quos in Hiſpania vocamus *Tenientes*) ob infirmitatem, *l. ob ſententiam, ut in lib.* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *ad l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopill.* Cevallos *quæſt.* 42. *commun. contra comm.* ibi: *y que no ſe puedan ſervir ſin ſubſtitutos ſin nueſtra licencia*, docet Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 4. *part.* 3. Aviles *in cap.* 5. *Prætor. gloſſ. Juſtitia, num.* 7. Avend. *in cap.* 1. *Prætor num.* 24. *verſic. & in quarta cauſa, & in cap.* 3. *n.* 5.

54 Nam Domini ſeu † Barones in oppidis in quibus Juriſdictionem habent reputantur ad ſummum ut Prætores ſeu Correctores Regis, ut *in l.* 3. *tit.* 10. *part.* 3. *& in l.* 12. *tit.* 1. *part.* 2. gloſſ. *in authent. de quæſtor. habendam in cap.* 7. *prætor. num.* 1. *& n.* 10. *part.* 2. Innocent. *in cap. penult. de fidejuſſ. inſtrumentor.* Montalv. *in l.* 1. *verb. E no. tit.* 8. *lib.* 1. *fori*, Azeved. *in rubric. tit.* 7. *lib.* 3. *recopill. num.* 6. *& in rubric. tit.* 25. *num.* 4. *&* 5. Soates *allegat.* 6. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 7. *part.* 5. *gloſſ.* 8. Avendan. *in cap. prætor. num.* 5. *verſic. item quæſt.* 2. Bobadill. *dict. cap.* 16. *num.* 19. Prætores autem niſi ex Regia permiſſione, utique de jure poſſunt nominare ſuos ſubſtitutos ſeu locum tenentes, non poſſunt nominare alios ex *l.* 22. *tit.* 9. *part.* 2. *& l.* 2. *tit.* 21. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ recopill.* Avendan. *in cap.* 3. *prætor. n.* 5. Bobadill. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 36. *& dict. cap.* 16. *l.* 2. *n.* 202.

55 Quod tamen limitatur † niſi Dominis ſeu Baronibus hoc Jus competat, ex privilegio; tunc enim poterunt tales Subſtitutos nominare ex text. unic. ſecundum Angel. *in l. cum Prætor. ff. de Judiciis*, & facit textus *in l.* 1. *&* 4. *tit.* 9. *l.* 3. *& l.* 1. *tit.* 15. *l.* 4. *recopill. & l.* 6. *tit.* 5. *l.* 3. *eod. lib.* notat Palac. Rub. *in repetition. capitul. per veſtras, §.* 1. *poſt nota* 62. incipit, *Sed eſt pulchra dubitatio, n.* 28. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 6. *gloſſ.* 1. *l.* 3. *recopil.* Bobad. *dict. cap.* 16. *dict. n.* 202. *in fin.* Sed & illud non omittam quod officia hæc
56 † Prætorum & Judicum quos vulgo vocamus *Alcaldes ordinarios*, neceſſaria ſunt, & ideo nullus ab eis niſi ob infirmitatem vel aliam rationabilem cauſam poſſunt nec debent excuſationem habere, nec nobilitas eam præbet *l. ſi cui muneris publici vel ſi quis Magiſtratus & l. exiſtimationem, ff. de muneribus & honoribus, l.* 1. & ibi gloſſ. *Cod. qui pro ſua Juriſdictione, Cod. ſi pro debilitate, & cap. paſtoralis in princip.* & ibi gloſſ. *verb. Renitentem de offic. delegat. l. Prætor. inquit autem* ibi: *etiam invitus judicare cogitur, ff. de excuſat. mun. Authentic. ut in Judicibus non expet. ſacra Juriſdict. in princip. gloſſ.* 1. *excuſabitur junct. tit. in leg. ſpadonem, §. qui accepit & l. non tantum, §. non omnia, ff. de excuſat. Jur. l.* 6. *tit.* 17. *part.* 3. *& l.* 11. *tit.* 13. *part.* 2. & ibi Gregor. Lopez *& in l.* 16. *gloſſ.* 5. *tit.* 1. *part.* 2. *gloſſ. in l. vacuatis, Cod. de decurion. l.* 10. *gloſſ. nolente: in l. fin. Cod. ſi licentiariis l.* 12. & ibi: Platea *n.* 3. Puteus *de ſindicatu. verb. officiales cap.* 9. *n.* 6. *fol.* 105. *& verb. officium, n.* 6. *&* 8. *fol.* 254. Lucas de Penna *in l. neminem col.* 2. *in fin. Cod. de ſubſcriptione & Arcar. l.* 11. Platea *in l. ſi ad Magiſtratum, Cod. de decurion. l.* 10. *& in l. cum Procuratores, n.* 1. *Cod. de Metallariis l.* 11. *& in l.* 2. *fin. Cod. de adminiſtr. Reipublicæ eodem l.* 1. Avend. *in c.* 19. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſia*, Oroſcus *in l. Barbarius. n.* 10. *collat.* 3. 93. *ff. de offic. Prætor.* Didacus Perez *l.* 4. *tit.* 1. *l.* 4. *ordinament. pag.* 6. *collat.* 2. *verſ. iſtud enim*, ibi: Quod iſtud munus judicandi eſt publicum authoritate, & utilitate, in quo ſive utilitas publica ſit ſecundario, ſive principaliter, nullus etiam exemptus à muneribus excuſatur; ubi etiam de Judice delegato hoc probat, tradit Petrus Gregor. *de ſyntagmat. juriſd.* 2. *p. lib.* 18. *cap.* 18. *cap.* 13. *n.* 6. Bobadill. *lib.* 1. *politicor. cap.* 1. *num.* 38.

Quibus autem remediis † cogantur electi & no- 57
minati ſubire & acceptare præfata officia tradunt DD. *in l. ſi ad Magiſtratum per tit.* ibi: *cum quæ vero aguntur, Cod. de decurionib.* Novel. *de defenſoribus civitatum Roman. notabil.* 288. & nos diximus latè *ſupra cap.* ubi etiam propoſuimus cauſas ex quibus nominati poterunt excuſari ab iſtis officiis publicis.

---

## CAPUT II.

## De Alguacelis ſeu Birorariis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Alguacelorum varia afferuntur nomina.*
2 *Alguaceli inferiores ſervile miniſterium exercere à paucis temporibus cenſebantur.*
3 *Alguacelorum creatio ad quem pertineat, deciditur*, leg. 23. tit. 5. & leg. 4. tit. 6. lib. 3. recopil. & leg. 5. tit. eodem lib. & leg. 7. tit. 4. part. 3.
4 *Alguacelorum miniſterium circa quæ verſetur.*
5 *Alguaceli non poſſunt captos apud ſe, ſeu in domibus ſuis, retinere.*
6 *Alguaceli tenentur noctu calles perluſtrare & viſitare hoſpitia vulgo* Las Meſones, *& lupanaria, & perquirere delinquentes.*
7 *Alguaceli mandata judicum exequi, pignora pro executionibus ſequeſtrare & debitores ex domo detrahere tenentur, in quo debent ſervare formam.*
8 *Mandata Regia, vulgo prohibitiones de remiſſo, ſolent expediri in Regia Curia Pintiana contra Alguacelos qui negligentes attenduntur in ſolutione parti facienda.*
9 *Capturam nec executionem facere poſſunt Alguaceli abſque mandato judicis in ſcriptis redacto.*

DIVERSA utique hujus officii nomina † paſ- 1
ſim invenio & de jure communi, qui munus hoc peragunt, *Birorarii*, quo nomine regulariter utuntur interpretes, ut per Bart. *in l.* 4. *in fin. Cod. de Principibus, agent. in rebus lib.* 12. Et plures quos allegat Barthol. *verb. Birorariis.* Farinac. *de teſtib. quæſt.* 56. frequenter nuncupantur apparitores, *l.* 1. *minacio, ff. de operis novi nunciatione, cap. cum parati de appellat. Bajuli mararii*, ut *in authen. defenſoribus civitatum. §. deinde eo Satellites, Ruatores, executores Juſtitiæ*, ut proſequitur Chaſſaneus *in conſuetudin. Burg. rubric.* 1. §.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1. §. 6. *gloſſ.* Petrus Gregor. 3. *part. ſyntagmat.* 16. 57. *cap.* 40. Avend. *de exequend. mandat. cap.* 17. *Prætor. num.* 3. In Regno verò noſtro Caſtellæ vulgo dicuntur Alguaciles cujus explicationem, ſeu ſignificationem aperit text. *in l.* 20. *num.* 9. *part.* 8. ibi: *Alguacil. llaman en arabigo aquel que de prender, e juſticiar los homes en la Corte del Rey por ſu mandado, e de los Jueces, que tengan los pleytos, l. tit.* 142. *ordinament. quæſt.* 7. *tit.* 23. *lib.* 4. *recopil.* ibi: *Mandamos que ninguno de los Alguaciles de la nueſtra Caſa y Corte chancillerias en de las otras Juſticias prenda, &c.* Et hoc nomine utuntur paſſim leges Regiæ quas refert Azeved. *in compend. ſeu recopill. legum quaterni de Alcabalas, in verb. Alguacil.* & ſanè Alguacelus Regis lege Curiæ ſemper maximo in honore fuit habitus, ut *in l.* 8. *tit.* 26. *part.* ibi: *E quando fecieren Alguacil de ſu caſa, que de treinta annos la muger por que hangan travajo e ſu renta es poca &c.*

Alguacelis verò inferiores paucis à tempori-
2 bus non honorificè † ſed ſervile miniſterium exercere cenſebantur, Greg. 3. *part. ſyntagmat. l.* 47. *cap.* 40. *num.* 16. quin imo ipſi ſolebant in noſtro Regno reos torquere, ſecundum Bobadill. *lib.* 2. *politicor. cap.* 13. *num.* 38. Bald. *in l. fin. q.* 8. *Cod. de edicto Divi Adriani poſt num.* 47. Auguſt. Berog. *quæſt.* 84. Farinac. ubi *ſuprà num.* 370. *part.* 2. ibi: *Otro ſi el a de prender aquellos que fueren de recabdar, e meter a tormento a los que ficieren por que,* & *l.* 3. *titul.* 30. *part.* 7. ſed Judicio meo decipitur Bobad. cum nuſquam in Hiſpanicis chronicis legamus, etſi id accuratè perquiſivi, quod talis executio ab Alguacelo facta fuerit, ſed ab officiali ſpecialiter ad id deputato; vel in ejus defectu viliſſima perſona, vel aliquo ſervo pœnæ, ut diximus *in cap.* neque leges ab eo adductæ, quibus nititur, ſuam opinionem ſuadent; nam illa verb. *dict.* 20. ibi: *E meter a tormento a los que ficieren por que,* non inducunt executionem perſonalem in Alguacelo, ſed aſſiſtentiam & præſentiam in ipſa, ut executio à manu tortoris, qui vulgo dicitur, *verdugo* fiat, & ipſe ibi nomine Juſtitiæ adſit, & quaſi autoriſetur executioni, & videat quomodo executio implementum habeat, quemadmodum intelligenda veniunt verba illa, *dict. l.* 20. *princip. aquel que ha de prender a de juſticiar los homes en la Corte del Rey.*

Quæ utique nequaquam ſignificant verbera eorum, ſeu decapitationem ab Alguacelis perſonaliter faciendam, ſed debere aſſiſtere executioni verberum ſeu decapitationis, uti videmus nunc poſt flagellatos, aut decapitandos, ſeu ad verecundiam proſcriptos per Calles publicos & uſque ad locum ſupplicii virgis erectis, in ſuis equis incedere tanquam autorizantes, & Juſtitiam repræſentantes.

Sed *hæc lex* 3. *dict.* 30. *part.* 7. nihil probat, nec ullum verbum in ea invenitur ex quo quid tale extrahi poſſit. Unde tale contra Alguacelos deinceps concipiatur, & pateat notitia.

3 Quis verò Alguacelos † creare poſſit decidit *lex* 23. *tit.* 5. *& lex* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopill.* & *lex* 5. *tit.* 6. *eodem lib. & lex* 7. *tit.* 4. *part.* 3. Avendan. *in cap.* 1. *Prætor. num.* 11. *col.* 2. Bobad. *lib.* 1. *cap.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. & quid debeant jurare, & facere antequam admittantur ad officium decidit etiam, *lex* 2. *tit.* 13. (*que es de los Alguaciles*) *lib.* 4. *novæ recopillationis.*

4 Horum miniſterium † verſatur in capiendis delinquentibus ſumma fidelitate & cura, ut *in l.* 20. *tit.* 9. *part.* 2. ubi Gregor. *in verb. Prender* & *in l. fin. per tit.* ibi: *tit.* 13. *lib.* 4. *novæ recopil.* Qui quidem Alguaceli non poſſunt captos apud ſe
retinere † nec in ſuis domibus, ut *in tot. tit.* 5
*Cod. de privatis carceribus, l. fin. tit.* 29. *part.* 7. *lib.* 12. *tit.* 4. *lib.* 4. *fori.* At quis ſit carcer privatus, colligitur ex dictis Juribus, & ex tribus quæ notat Azeved. *in l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 4. *novæ recopill.* poſtquam autem reos habuerint incarceratos tenentur Alguaceli id notum facere Judicibus, ut *in l.* 7. *dict. tit.* 23. *lib.* 4. *novæ recopill.* ibi: *Y mandamos ſola dicha pena, que los que aſi fueren por los nueſtros Alguaciles allando los dilinquendo, antes que los metan en la carcel, los Traygan ante los dichos Alcaldes y Juſticias, y leſdigan las razon de la preſſion para que hagan Juſticia, y ſi los prendieren de noche los pongan en la carcel, y luego por la manuna lo hagan ſaver a los dichos Alcaldes y Juſticias,* notat Pariſius de Puteo *de ſindicatu verbo captura cap.* 8. incipit *officiales deſtinati fol.* 92.

Tenentur Alguaceli noctu † Calles perluſtrare 6
& viſitare hoſpitia, vulgo *los meſones,* & Lupanaria, & perquirere delinquentes, ut *in l.* 4. *&* 20. *dict. tit.* 23. *lib.* 4. *novæ recopill.* ubi Azeved. eleganter Platea *in l. omnes num.* 2. *Cod. de aquæ ductu,* ibi: Ad officium Judicis & officialis pertinet circuire & inquirere domos, tabernas & balnea privatorum, ut videant, ſi qua fraus, deceptio vel delictum committatur, vel aliquid aliud contra publicam utilitatem, Bobad. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 20. *& lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Tenentur inſuper exequi mandata † Judicum, 7
pignora pro executionibus, ex domo debitores detrahere, vel ſequeſtrare; in quo debent ſervare formam, *l.* 25. *tit.* 23. *lib.* 4. *recopill.* quod ſi negligentes fuerint in captura, executione vel ſolutione facienda, obnoxii manent ad æſtimationem litis parti perſolvendam, ut *in l.* 4. *tit. fin. lib.* 3. *recopill. lib.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *fori,* Suarez *in tit. de los implacamentos,* §. 7. *num.* 52. Aviles *in cap.* 10. *Prætor.* gloſſ. *in verb. derechos num.* 2. Azeved. *in l.* 10. *dict. tit.* 23. *n.* 24. *lib.* 4. *recopil.*

Quin imo in hac Regia curia ſolent † manda- 8
ta Regia expediri, quæ vulgò dicimus prohibitiones de remiſſo, contra Alguacelos qui negligentes attenduntur in ſolutione parti facienda, quod ſi in negligentia perſeverant, & mandata Regia non implent, vel juſtam, & legitimam non implendi excuſationem non referant, eorum expenſis mittitur Judex, qui ſolutionem faciat: & quomodo in executione facienda Alguaceli procedere debeant, dicit *lex* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recopill.* & quod ſi debitor, contra quem executionem habet, non dederit fidejuſſionem *de ſanemiento:* & qui reditus aut ſalaria, eis competant, *lex* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ recopill.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin.* 6. *part.* §. *unic.* Guttierrez *lib.* 1. *practic. quæſt.* 128. 129. *in cap.* 10. *Prætor. in verb. Derechos,* & gloſſa *verb. por contento,* & *in gloſſ. verb. ſentenc. & in cap.* 4. *Prætorum verbo Donde ſe hiciere, n.* 3. *& in gloſſ. nolleve Salario* & *in gloſſ. No conſientan,* Azeved. *in dict. l.* 27. *titul.* 21.

Capturam, nec executionem † abſque mandato 9
Judicis in ſcriptis redacto facere non poſſunt, ut *in l. neminem,* 6. *de exhibendis reis, l.* 20. *tit.* 9. *part.* 2. *& l.* 1. *tit.* 29. *part.* 7. *tit.* 23. *l.* 4. *recopill.* & plures referens ita obſervat Bobadill. *l.* 1. *cap.* 13. *num.* 26. niſi in certis caſibus, ab eo ibi relatis, ubi ad longum plura, quæ obſervare debent Alguaceli, refert & proſequitur, quæ quia ſatis eruditè, per totum illud caput ſunt diſcuſſa, li-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libenter ea hìc omittimus; eo tantum contenti, quod originem, & qualitatem officii, ſeu miniſterii Alguacelorum breviter retulerimus, cum tamen aliqua etiam Alguacelos tangentia, in cap. de Commentarienſi & Cuſtode carceris trademus.

---

## CAPUT III.

## De officio Cuſtodis Carceris.

### *SUMMARIUM.*

1 *Carceris Cuſtos communiter in jure Commentarienſis appellatur.*
2 *Commentarienſis unde ſic dictus.*
3 *Carceris cuſtos hiſpano idiomate* Alcayde *ſeu* Carcelero *nuncupatur.*
4 *Commentarienſis nominatio & delatio pertinet ad Regem & ejus Miniſtros.*
5 *Fidejuſſiones ac ſecuritates expetuntur à commentarienſi pro exercitio officii.*
6 *Commentarienſis Salaria Regis expenſis & fiſco perſolvi ſolent.*
7 *Commentarienſis captos benigne & ſine injuria verbo aut facto tractare debet.*
8 *Carcer dicitur locus cuſtodiæ deſignatus, ſive publicus ſit ſive privatus, aut tota ipſa civitas.*
9 *Ludos vetitos in carcere, nec non juramenta & blaſphemias debet prohibere Cuſtos carceris.*
10 *Immiſtio carnalis cum incarcerata muliere ſub pœna capitali vetita eſt commentarienſi; quam etiam pœnam incurrunt ipſi incarcerati ſi talem copulam habeant, etiamſi cum muliere quæ cognita erat meretrix.* & n. 11. & 12.
13 *Commentarienſis cavere debet ſub privatione officii, aut aliqua arbitraria pœna, ne detenti ſeu capti in ſecretis carceribus, arma aut alia inſtrumenta habeant, quibus carceris fractio aut mors cauſari poſſit.*
14 *Commentarienſis excuſabitur à fractione carceris vel morte incarcerati, ſi ſolitam ſecerit ſuis horis captorum viſitationem, nec arma aut inſtrumenta inter eos invenit.*
15 *Incarceratos ob graviora delicta laxioribus vinculis retinere non debet Cuſtos Carceris.*
16 *Incarceratum torquendum, ne quis alloquatur, aut nuncium ad illum mittat, curam debet adhibere Commentarienſis.*
17 *Commentarienſis tenetur eſſe admodum diligens & invigilare cuſtodiæ Carceris.*
18 *Commentarienſis culpa præſumitur ſi incarcerati fugerint.*
19 *Commentarienſis quibus pœnis ſubjaceat ob fugam captorum, tum pro culpa criminali tum civili.*
20 *Affertur in propoſito*, lex 12. tit. 23. lib.4. recopill.
21 *Subſtitutum apponere ſolet Commentarienſis in magnis carceribus, qui ſubſtitutus eum comitatur & adjuvat in miniſterio carceris.*

1 CUSTOS Carceris † communiter in Jure noſtro vocatur Commentarienſis, ut *l. Judices Cod. de Epiſcop. audientia*, *l. ad Commentarienſ. l. fin. Cod. de cuſtod. reorum*, ſic dictus ex eo quia commentatur carcerem, & captos ac detentos in eo, ut notat gloſſ. *in dict. l. ad Commentarienſ.* D. Ambroſius *in ſuo dictionario verb. Commentarienſis*, vel ut Budeus opinatur, *in l. fin.*
2 *Cod. de cuſtodia reor.* quia Commentaria † eorum qui in cuſtodia detinentur conficit: Menoch. *lib. 2. de arbitr. Cod.* 302. *num.* 11. quæ denominatio ſatis adhæret & conſonat ejus miniſterio, ſiquidem tenetur ſingulis triginta diebus, memoriam ſcriptis conficere omnium carceratorum, facta etiam animadverſione nominum, ætatis & cauſæ ſuæ capturæ, atque diverſitatis, & qualitatis delictorum, quorum intuitu in vinculis detinentur, ut *in dict. l. fin. & in l. 8. tit. 29. part. 7.* & *infrà* dicemus.

Sed in noſtro hiſpano idiomate communiter
vocatur, *Alcayde o † carcelero*, ut *in dict. l 8.* 3
*part. & in l. 9. tit. 23. lib. 4. novæ recopill.* quem etiam aliqui Depoſitarium nominant & appellant, ut Palaus de Caſtro *conſ.* 42. *vol.* 1. Pariſius de Puteo *de ſindicat. in parte*: & pluries in ſacra pagina vocatur Princeps carceris, ut habetur *Geneſis cap.* 39. ibi: *fuitque Dominus cum Joſeph & miſertus illius, dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris*, gloſſ. *in dict. l. ad Commentarienſes*, & ibi Baldus *num.* 2. Cujus denomina-
tio † & delatio pertinet ad Regem, & ejus mini- 4
ſtros, ut notat Avendan. *in cap.* 20. *Prætorum*, *n.* 4. & 5. licet ad Alguacelum majorem ſolebat pertinere, ut *in l. 2. tit. 9. part.* 2. & ibi Gregor. Lopez, gloſſ. *& in l.* 11. *tit.* 23. *lib.* 4 *recopil.* Avend. *in cap.* 1. *prætor. num.* 11. *verſic. ſi vero creantur*, & in Curia noſtra Commentarienſis appoſitionem in Regio carcere ad committendos, *Oſſorno*, utpote ad Alguacelum majorem, titulo ſpeciali ſpectare fuit inſtitutum.

A quo ſolent expeti fidejuſſiones, † & ſecuri- 5
tates, pro exercitio officii, quia alias fugæ incarceratorum periculo eligentis, & nominantis Commentarienſem erunt; ut *in lib.* 1. *ferè per totam*, *Cod. de periculo nominatorum*, Bald. *in l. obſervare*, §. *Proficiſci*, *ff. de offic. Proconſulis*, *num.* 1. Montal. *in l. 2. tit. 2. lib. 2. foro gloſſ. Por que no lo entiende*, Aviles *in cap.* 16 *Prætor. gloſſ. verb. carcer. num.* 8. Et antequam admittatur ad officia carceris Cuſtos debet ſolemnia facere de quibus, *lex undecima, tit. 23. lib. 4. recopil.* quæ ſic ſe habet: *Por que los preſos mas diligentemente ſean guardados, mandamos, que antes que los Carceleros, o guardas de la carcel uſen de ſu officio, ſean preſentados ante los nueſtros Alcaldes, y Juſticias ante los quales Juren ſobre la Cruz, y ſobre los Sanctos Evangelios en devida forma, que bien y diligentamente guardaran los preſos, y guardaran las leyes, que con ellos hablan, ſo las penas en ellas contenidas, por que los officios de los carceleros deben ſer de gran diligencia, y convine que lo tengan hombres fiables; mandamos que cada y quando que los Alguaciles hubieren de poner carcelero aſi en la nueſtra Caſa y Corte como en la nueſtra Chancilleria, o en otras partes que lo pongan, lo traygan a preſentar y preſenten ante los nueſtros Alcaldes, o ante las Juſticias que a la ſacon reſidieren, y ſe hallare, que es avil y perſona fiable para tener el cargo de la carceleria, que lo aprueben y den licencia para que eſte carcelero, y dende adelante uſe del officio; de otra manera los Alguaciles no puedan poner Carcelero alguno ni los nueſtros Alcaldes y Juſticias no lo conſientan, y ſi los Alguaciles tentaren de poner Carcelero, ſin que preceda conſentimiento y aprobacion de los dichos Alcaldes y Juſticias como dicho es, que en tal caſo pierdan el derecho de nombrar y poner Carcelero, y ſe debuelto a los nueſtros Alcaldes y Juſticias por un an, por que los dichos Alcaldes y Juſticias nombren y pongan Carcelero, y no lo pongan ni tengan los dichos Alguaciles.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

6 Cujus Salarium expenſis † Regis & fiſco ſo-
let perſolvi ex Bart. *in l. lex Cornelia*, *ff. ad Si-
lanianum*, ubi cuſtodia reorum, ex fiſci patrimo-
nio, eſt perſolvenda notat Bald. *in cap. non-
nulli de reſcript.* Capella Toloſana, quæ eſt A-
vend. *de exequend. mandat. cap.* 10. *nu.* 7. *verſ.*
Cum igitur, Thomas Zerdan. *in tract. de viſitat.
Carceris*, *c.* 6. *n.* 15.

7 Qui Carceris Cuſtos benignè, & ſine † mo-
leſtia, & injuria, verbo aut facto tractare cap-
tos debet, ut *dict. l. Judices cap. de Epiſcopali
audientia*, *l.* 11. *tit.* 29. *part.* 7. quæ pœnam ca-
pitalem Commentarienſibus, injurioſè in captos ſæ-
vientibus impoſuit, notant Bald. *in l. fin. ff. de juſ-
titia, & Jur.* Puteus *de ſyndicat. verb. crudelitas*,
*n.* 6. Bonifac. *in peregrin. verb. captio fol.* 63. *col.*
1. *verſic. Nec ob aliquam*, & facit text. *in l.* 9. *tit.*
24. *lib.* 4. *recopil.* ibi *Ni apremien los tales en las
priſiones, mas de lo que deben, ni les de malas
priſiones, ni tormento ni otro danno por malqueren-
cia, y los deſpachar:* & ratio eſt quia afflictis non
eſt danda afflictio, ut *in l.* 1. *ff. de pœnis cap. pe-
nultim. de cleric. ægrotante dict. l.* 11. *tit.* 29. *part.*
7. gloſſ. *in l. penult. ff. de dote prælegata*, Jaſon. *in
l. qui Romæ*, *§. calumnias num.* 2. *propè finem*, *ff.
de verbor. obligat.* & qui incarcerati ſub protec-
tione curiæ ſunt, & legis ſecuritate juvantur;
ita ut eos offendentes crimen læſæ Majeſtatis
patrare dicantur, notat Bart. *in l. ejusdem*, *§.
transfugas*, *ff. ad legem Corneliam de ſicariis*, Pu-
teus *de ſindicat. verb. Adulterium*, *cap.* 1. Tibe-
rius Decian. 2. *tom. crimin. l.* 6. *cap.* 11.

8 Et Carcer dicitur locus cuſtodiæ † deſignatus,
ſive ſit publicus & communis ſive privatus, aut
tota civitas: Angel. *in l. qui carcerem*, *ff. de eo
quod metus cauſa*, Palacios Rub. *in repetition.
Rubricæ de donat. inter virum & uxorem*, *§.* 9. *n.* 13.
*cum ſequenti*, Bobadill. *l.* 2. *Politicor. cap.* 4. *n.* 13.

Inſuper tenetur iſte Cuſtos carceris prohibere
9 ludos † vetitos in carcere, ut *in l.* 6. *tit.* 24. *l.* 64.
*novæ recopill.* notat Paz *in praxi* 1. *tom. cap. uni-
co. articul.* 25. *fol.* 136. Cerdan. ubi *ſuprà cap.*
7. *n.* 3. Nec poteſt ipſe vinum vel victualia vende-
re captis, ut notant *ſuprà* citati, quin imo perjuria,
blaſphemias, & alia vitia, ac ſcandala, quæ capti
aliqui ſolent ibi committere debet cuſtos carceris
evitare, ad longum proſequitur Bobad. *dict. cap.*
15. *num.* 127. *cum ſequentib. & lib.* 5. *cap.* 1. *in
verb. Alcaldes de la carcel. n.* 1. uſque *ad n.* 5.

Sed & illud ſummoperè advertam ne cum
10 alia muliere capta † carnaliter ſe immiſceat; ta-
le enim facinus capitali pœna plectitur ex doctri-
na Fabr. *§. item l. Julia in* 1. *num.* 6. *inſtitut. de
publicis Judiciis*, Hypolit. *in ſingular.* 115. Pari-
ſius de Puteo *in tract. de ſindicat. in verb. Adul-
terium*, *cap.* 1. incipit, *officialis quidem Magnus*,
*num.* 12. Guido Papæ *ſingular.* 689. incipit: *Com-
mentarienſis*, *& deciſ.* 448. Petrus Plaza *de delic-
tis, cap.* 10. *ad finem*, ubi hoc oſtendit & ampliat,
etiamſi mulier incarcerata ſit meretrix.

Cujus rei ratio eſt juxta Iodocum quem allegat
Plaza, quod licèt aliàs poſſet meretrix impunè
cognoſci, etſi uxor, & Bart. *ad l. Juliam de adul-
teriis*, Non tamen hoc procedit ſi meretrix eſt
carcerata, quia tunc conſideratur & attenditur in-
juria caſtitatis carceratorum ratione loci, ut no-
tat Felerius *in praxi verb. vel carcerentur*, *num.*
25. Carrerius *in praxi* 3. *tractatu de homicidio*, *§.*
10. *excuſat laſcivia*, *numer.* 2. Circa quod varia
fuerunt inveniunturque Doctorum Judicia inter
ſe circa pœnam iſtam magnopere pugnantia,
ut conſtat ex his, quæ latè Farinac. *in tract. de
carcerib. & carceratis*, *quæſt.* 31. *ex numer.* 112.
qui *numer.* 123. veram reſolutionem, & adver-
ſantium D. D. diſſidium mirè ſedavit his ver-
bis, *Quid dicendum veritas eſt quod ſi Cuſtos vel
carceratus habet rem cum carcerata non honeſte,
tunc punitur ea pœna, qua puniendus eſſet ſi cum
ea extra carceres rem habuiſſet.* Et eſt gravius ar-
bitrio Judicis propter carceris violationem, jux-
ta ea quæ ſcripſit Menoch. *dict. caſu* 2. *quæſt.* 2.
*numer.* 3. *& numer.* 6. Cum iſta parte libenter aſ-
ſentio, & idem juris eſſe crediderim † in car- 11
cerato cognoſcente uxorem vel ancillam Cuſto-
dis: igitur ſi cognita eſſet virgo vel vidua, co-
gnoſcens, ſive Cuſtos, ſive carceratus ſit, tene-
bitur de ſtupro, ſi uxorata tenebitur de adulterio,
non aliter, ut dixi, ac ſi extra carcerem eam co-
gnoviſſet, & utroque caſu ſemper pœna erit aggra-
vanda aliquid amplius, propter qualitatem violatio-
nis carcerum, & multo magis aggravanda ſi inter-
venerit vis, prout conſiderat Boërius, *dict. deciſ.*
327. *n.* 9. *verſic. quid dicendum in iſto puncto.*

Si verò cognita erat † meretrix, & tunc licèt 12
ceſſet pœna ſtupro, & adulterio, non tamen ceſſa-
bit pœna arbitraria, propter carceris violationem
juxta ſententiam Menoch. *in loc. citat.* & juxta
tradita per Parid. Marſil. Folerium & Larrerium,
*ſuprà* allegatos *numer.* 113. & in hoc diſſentio
à Boërio qui nullam pœnam in iſto caſu Cuſtodi,
ſeu carcerato infligi poſſe affirmavit. Caveat
etiam Cuſtos & diligenter provideat, ut carce-
rati in ſecretis carceribus arma, † cultellos, funi- 13
culos & alia inſtrumenta, ex quibus, vel fractio
carceris, & ligaminum poſſit cauſari, vel aliquod
exitium, aut mors inter carceratos patretur, ut
notat Farinac. *dict. quæſt.* 31. *n.* 48. Pariſius de
Puteo *ſuprà verb. carcer & carceratus*, *cap.* 3.
*num.* 10. *verſic. licet ſolet provideri*, Cyrillus *in
ſumma crimin. part.* 1. *rubricæ* 12. *de cuſtod. rer.*
*§.* 3. *num.* 6. Nam aliàs tenebitur de tali exitio,
ut privetur ſaltim officio, vel aliqua pœna arbi-
traria multetur, ut *in l. carceri præpoſitus*, ibi:
*vel ferrum venenumve in carcerem inferre paſſus
eſt, officio Judicis puniendus eſt, ſi neſcit ob negli-
gentiam removendus eſt ab officio*, *ff. de reor. cu-
ſtod.* Angelus, Ar. *conſ.* 73. *num.* 2. *l.* 1. *inter
conſilia criminum diverſ.* Boërius *deciſ.* 226. *num.*
3. *ad finem*, Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præ-
ſumpt.* 15. *ſub num.* 5. *verſic. Nec præſumitur*,
Bertaz. *conſ. crimin.* 69. *num.* 3. *lib.* 1. Maſcard.
*de probat. lib.* 1. *concl.* 267. *n.* 11. *&* 13. *& concl.*
469. *num.* 8.

Excuſabitur etiam à tali exercitio, vel crimine
† patrato, ſi Cuſtos carceris fecit ſolitam & aſ- 14
ſuetam viſitationem Captorum ſuis horis, & non
invenit inter eos arma ſeu talia inſtrumenta ex
Bertaz. *dict. conſ.* 69. *num.* 3. *&* 4. *l.* 1. Unde no-
tanter ait Farinac. ubi *ſuprà nu.* 101. quod cum
hodie apud nos ſoleant Cuſtodes hanc perquiſi-
tionem facere, quando carcerati ſunt in ſecretis
carceribus, non autem quando ſtant in publicis;
idcirco ſi in publicis carceribus reperiantur im-
miſſum ferrum, venenum, funes, aut quid ſimi-
le, non dicerem id eſſe adſcribendum culpæ Cu-
ſtodis, qui, ut notum eſt, non ſolet nec tenetur per-
quirere amicos, qui veniunt ad viſitandos carce-
ratos, in publicis carceribus, & poſſunt tunc talia
afferre, & ibi etiam aliam excuſationem conſtituit,
*n.* 96. *cum duobus ſeqq.*

Nec incarceratos pro gravioribus † delictis 15
laxioribus vinculis retinere debet, *lib.* 1. *de*
*Cuſtod.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Cuſtod. reor.* ibi : *Si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem poſtulaverit, is qui eſt in caſu criminis, & condemnationis debet diligentius cuſtodiri, l. ſi quis filio, §. ejus in verb. diligentioris Cuſtodiæ, ff. de injuſto rupto*, quin imo ejus manicas, ſeu *cepos*, & ligamina ferrea, & compedes ponere tenentur, in quo etiam ultra delictorum gravitatem, ætas, robuſtitas, ſanitas vel infirmitas carceratorum attendatur : Pariſius de Puteo ubi *ſuprà dict. c. num.* 5. Grammatic. *vot.* 29. *poſt n.* 5. & 7. Boërius *deciſ.* 116. *poſt num.* 3. Jodocus *in praxi, cap.* 17. *de carceribus, & Commentarienſibus, nu.* 6. Federic. *in praxi verb. carcerentur, num.* 4. Farinac. ubi *ſuprà num.* 36. & *qu.* 1. *in dict. tract. de carceribus, num.* 99. *cum ſequentibus.* Unde
16 eum qui eſt torquendus † vel in receſſu per Judices collocari juſſum eſt, non poteſt permittere aliquem alloqui, nec quod litteræ aut Epiſtolæ alicujus ei tradantur, in quo magna debet eſſe perquiſitio Cuſtodis, ut habetur, *in Bulla* Pii V. quæ eſt 65. *in ordine*, & habetur, *in Bullario* 2. *part. fol.* 1022. qua inter alia cavetur, quod executores & carcerum Cuſtodes cæterique quibus, tam vigore ſui officii, quàm alias quomodocumque data eſt facultas alloquendi reos, dum in ſecretis carceribus detinentur, nomine aliquarum perſonarum extra carceres exiſtentium, vel etiam eorumdem reorum ac teſtium, nuntium, Epiſtolam, literas vel ut vulgo dicitur, *ambaſciatas* abſque Judicis, & procuratoris Fiſcalis licentia afferre auſi fuerint, ultra alias pœnas à jure vel ſtatuto inflictas pœnam relaxationis in perpetuum vel ad tempus ad triremes, & ſi qualitas facti id exigeret, & Judici videbitur ultimi ſupplicii incurrant.

17 Et tandem tenetur eſſe admodum † diligens & continuo invigilare ſuper Cuſtodia incarceratorum, ut *in l.* 1. §. *fin.* juncta gloſſ. & doctrina Bald. *ff. ad Sillanum*, Cerdan. ubi *ſuprà num.* 2. & ideo ob ſolam negligentiam, licèt carcerati non aufugerint, poterit privari officio; Grammatic. *tot. dict.* 29. *n.* 3. & 16. *à fin.* Farinac. ubi *ſuprà n.* 60.

Quod ſi carcerati fugerint in dubio præſumi-
18 tur culpa † Commentarienſis, *l. negligentia aufugiſſe, ut in dict. l. fin. verſic. ſed ſi cuſtodia, & verſic. Ergo ſi caſu, ff. de cuſtodia reorum.* Angel. *de maleſic. verb. Quod fama publica præcedente, poſt num.* 91. *in addition. littera B.* Boërius *deciſ.* 116. *num.* 1. & 2. Aretin. *conſ.* 88. incipit *conſultiſſimè*, Jaſon. *conſ.* 27. *lib.* 3. Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 15. *num.* 5. Anton. Gomez *variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 10. *de captura reor. num.* 11. *poſt medium*, Franc. Becius *conſ.* 44. *num.* 13. & *num.* 23. & *conſ.* 46. *num.* 1. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *dict. concl.* 267. *num.* 10. & *concl.* 469. *num.* 7. Farinac. qui hoc limitat & ſublimitat ubi *ſuprà num.* 2. *cum ſeqq.*

Et breviter, quia omnes caſus ſpecialiter recenſere eſſet nimis prolixum, per DD. infrà relatos inſpici poterunt. In ſumma adverte, quod ut ſcias
19 quando ex fuga Carceratorum † teneantur Commentarienſes, & ad quid, diſtinguendum eſt. Nam aut carceratus, qui aufugit captus fuit ob delictum, & cauſam criminalem ob quam erat impoſita, vel imponenda pœna Capitalis, & tunc eadem erit infligenda Commentarienſi, ut habetur, *Regum l.* 3. *cap.* 20. ibi : *cuſtodi virum iſtum; ſi qui lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes*, & ibi. *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. Et cap. definiunt*, 17. *quæſt.* 4. *lib.* 13. *tit.* 23. *lib.* 4. *l.* 7. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recopil.* Boërius *deciſ.* 215. *num.* 25. & *deciſ.* 217. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. dict. caſu* 302. quod intellige quando dolus, colluſio, fraus aut magna negligentia quæ æquiparetur latæ culpæ, detegitur in Commentarienſi, alias enim vel privatione officii, vel pœna arbitraria punitur, quomodo intelliguntur Jura & conciliantur, *in dicta leg. carceri præpoſitus*, ibi : *Si pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum venenumve inferri paſſus eſt, officio Judicis puniendus eſt. Si neſcit ob negligentiam removendus eſt officio*, & *in l. milites, ff. eodem* ibi : *ita demum afficiendos ſupplicio milites, quorum cuſtodia evaſerint, ſi culpa eorum omnia deprehendantur, alioquin pro modo culpæ in eos ſtatuendum eſt*, & paulo inferius, ibi : *Si tamen per vitium, aut deſidiam Cuſtodis idem evaſerit, caſtigandum eum, & in deteriorem militiam dari*, & *in l. fin. ff. eodem* ibi. *Qui ſi negligentiam commiſerint, pro modo culpæ, vel caſtigantur, vel militiam mutant*, & ibi : *fraudulenter autem ſi fuerit verſatus in dimittenda cuſtodia, vel capite puniatur, vel in extraneum gradum militiæ detur.* Quod latè proſequitur Farinac. omnino videndus, & ampliat 21. modis limitans, & ſublimitans ampliationes & poſtea limitat regulam, 11. modis; & tradit meo Judicio ac diſcutit omnes quæſtiones quæ in propoſito occurrere poſſunt. Si verò incarceratus, qui aufugit captus fuerit pro debito civili, etiam tenetur parti ad damna & intereſſe; & ſic ad ſolutionem debiti, ut *in l. fin. in fin. ff. de Juſtitia, reor.* ibi : *Quoniam ſi fugitivum Domino reddendum perdiderit, ſi facultates habeat, Domino pretium reddere jubere* Saturin. probat; ubi Angel. *num.* 7. Pariſius de Puteo, ubi *ſuprà verb. carcer & carceratus, cap.* 55. incipit *licèt detur, numero* 2. *in fin. verſic. Ideo ſi aufugiat.* Alciat. *leg.* 7. *præſumpt.* 15. *num.* 5. *verſic.* & *Propterea illis caſibus*, Bald. *conſ.* 167. *numero* 1. *lib.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de cauſa* 302. *num.* 2. Farinac. ubi *ſuprà ex nu.* 74. quod etiam ibi ampliat & limitat.

Et utroque diſtinctionis caſu ita † decidit, *lex* 20
12. *tit.* 23. *lib.* 4. *recopill.* ibi : *Si los monteros, y los hombres de los Alguaciles de la nueſtra Corte, y Carceleros, y de las otras Juſticias que guardanon los preſos, los ſortaren, o no guardaren como deben, ſi el preſo merecia muerte, que aquel que los ſolto, y no los guardo como debia bien muera por ello; y ſi el preſo no merecia muerte, y merecia otra pena corporal, ſi el que lo guardare, ſe fuere, o lo ſoltore, que aya aquella miſma pena, que el miſmo preſo devia aver; y ſi por mengua de guarda ſe fuere, que eſte un anno en la Cadena; y ſi el preſo no merecia pena corporal, y era tenido de pagar pena, o deuda de dineros y ſi fuere con el, o lo ſoltare a ſaviendas ſea tenido el que lo guardare, a pagar lo, que el preſo era tenido, y eſte medio anno en la Cadena, y ſi por mengua de guarda ſe fuere, ſea tenido a pagar lo que el preſo debia, y eſte tres meſes en la Cadena.* Ubi notat Abb. ſed & illud omittere non libuit, quod Commentarienſis frequenter in magnis carceribus apponere
ſolet, & nominare quendam † ſubſtitutum, & adju- 21
torem, qui eum comitetur, & adjuvet in miniſterio carceris; ut notant Cerdan. Bob. Menoc. & Farin. ubi *ſuprà qui n.* 49. & *ſequenti*, probat in hoc caſu Commentarienſem teneri de culpa ſubſtituti; quia ab eo fuit electus, & nominatus, quia mala electio eſt in culpa, ut *in l. qui tam non idoneum, ff. commodati,*

*l.* 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*l.* 1. *ſi quis igitur*, *ff. nautæ cap.* §. *pœna inſtituta obligat. quæ ex quaſi delicto.* Boerius 217. *poſt numerum* 8. Menoch. *ſuprà num.* 5. *& in ſeqq. numeris*, ampliat & limitat, quem quoties caſus occurrerit poteris videre, ea enim quæ tam lato, & miro ordine ibi congeſta ſunt hîc repetere injucundum cenſebitur, & ſufficit pro inſtituto noſtro ea tangere & referre.

---

## CAPUT IV.

### De officio Judicis in Hiſpania vulgo vocati, *Alcalde de la Hermandad.* Et aliorum miniſtrorum vulgo, *Quadrilleros.*

*SUMMARIUM.*

1 *Judicum Fraternitatis vulgo*, Alcaldes de la Hermandad, *origo*, *tempus*, & *cauſa eorum inſtitutionis traditur*, ex Antonio Nebrigenſi.

2 *Fraternitatis Judicum nominatio & electio ad quem pertineat?*

3 *Jurisdictio ad univerſitatum cauſas conceſſa dicitur ordinaria.*

4 *Proventioni locus eſt inter ipſos Judices fraternitatis.*

5 *Fraternitatis judices uniuſcujuſque ſtatus tum Nobilium*, *tum plebeiorum creari debent ex honorabilioribus & negotio aptioribus.*

6 *Dignitates & officia juſtitiæ vilibus & infamibus perſonis non debent condonari.*

7 *Fraternitatis judices officium perſonaliter debent exercere*, *nec ſubſtitutum apponere poſſunt.*

8 *Fraternitatis judices tranſacto anno*, *abſque eo quod tranſeat intervallum duorum aut trium annorum vulgo*, hueco, *poterunt iterum eligi antequam ſindicentur*, *quod alias in cæteris juſtitiæ officiis non procedit.*

9 *Major congregandorum & vicinorum pars ſufficit ad reelectionem Judi um fraternitatis*, *ſicut ſufficiebat ad primam electionem.*

10 *Caſus de quibus judices Fraternitatis cognoſcere poſſunt colliguntur*, ex leg. 2. tit. 13. lib. 28. novæ recopil. *qui ibi afferuntur.*

11 *Dictio* Solamente, *in lege expreſſa taxativa eſt.*

12 *Juriſdictio Judicibus fraternitatis conceſſa extra caſus ad quos reducta eſt*, *non poteſt prorogari*, *etiam de conſenſu partium.*

13 *Limitata cauſâ*, *limitatus procedere debet effectus.*

14 *Juriſdictionis prorogatio ad hoc ut valeat*, *neceſſe eſt ut ille cujus juriſdictio prorogatur*, *illam habeat.*

15 *Limitata juriſdictio nunquam eſt prorogabilis.*

16 *Teſtes in cauſa coram judicibus fraternitatis agitata*, *ſi de perjurio convicti fuerint*, *hi judices non poterunt*, *etiam ratione incidentiæ*, *contra eos procedere.*

17 *Ignatii* del Villar *ſenſus cum Autore ſimili in caſu*, *conſulto*, *convenit.*

18 *Jura ſtabilitæ opinioni adverſantia afferuntur*, *quibus probatur judicem prohibitum de cauſa vel negotio principaliter cognoſcere*, *de ea incidenter cognoſcere poſſe.*

19 *Nobilium præfectis licèt reſervata ſit cauſa nobilitatis*, *de ea tamen judices inferiores incidenter poſſunt cognoſcere.*

20 *Ordinarius Judex*, *an de Nobilis cauſa criminali poſſit cognoſcere*, *dum ſubeſt quæſtio an nobilis torquendus ſit.*

21 *Solvitur diſtinctione difficultas objecta*; *& intelliguntur & concordantur omnia jura primæ opinioni adverſantia*, & num. ſequentibus.

22 *Qualitas requiſita à lege ſi non verificetur*, *non poteſt militare ejus diſputatio.*

23 *Juriſdictionis exercitium ut tribuatur*, *ſufficit quod in libello aut querelæ partis vel cauſa proceſſus*, *deducatur qualitas juriſdictionem tribuens.*

24 *Qualitas tribuens juriſdictionem*, *ſi ex adverſo negetur ad impediendam juriſdictionem*, *plenè probari & de ea conſtare debet.*

25 *Judex quilibet ſive delegatus ſive ordinarius cognoſcere poteſt*, *an ſibi competat juriſdictio.*

26 *Expenditur in propoſito deciſio* in leg. 6. tit. 23. lib. 8. recopill. *quæ ibi affertur.*

27 *Judex ordinarius & judex* de la Hermandad, *dum concurrunt in aliquo negotio & ſuper actum uterque perficit proceſſum*, *quid tum facto opus eſt.*

28 *Judicum* de la Hermandad, *ſententia*, *licèt non obſtante appellatione*, *poterat exequi*, *quinimo ab ea non poterat appellari*, *id poſtea ſublatum fuit.*

29 *Miniſtri quidam inferiores vulgo* Quadrilleros *vocati*, *præter judices* de la Hermandad, *creati ſunt*, *qui quidem miniſtri tribunali dictorum judicum inſervientes juriſdictionem coadjuvant*, *& in honore & cura officii participes ſunt.*

30 *Miniſtri vulgo* Quadrilleros *in omnibus officium ſuum tangentibus*, *judicibus* de la Hermandad, *tanquam Superioribus tenentur obſecundare.*

ORiginem Magiſtratus hujus, vel iſtius muneris † aut officii Reipublicæ de quo iſto in 1
cap. noſtro erit ſermo & cauſam ſuæ inventionis tradunt omnes rerum, & factorum noſtræ Hiſpaniæ hiſtoriographi: ſed ut plenius & radicitus percipiatur in propoſito, elegantiſſimè (prout ſemper ei moris fuit) tradit Antonius Nebrigenſis omnium literarum apprimè ornatiſſimus, vix oculis veſtris ſubjicere libuit, nec enim ſcriptorum ſuorum omnibus præ manibus facilis habetur copia. Eſt enim *in corona Regum Catholicorum Ferdinandi & Eliſabeth*, *decada* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. ita ait: *Cum hæc Madriti geruntur*, *curia nomen eſt*, *Regina ſenatuſque Regni Matrica i citra montes*, *conventionibus oppido celebri*, *ibique pan hiſpancon*, *id eſt*, *omnium civitatum municipiorumque Hiſpaniæ conventus agebatur*, *curia innumera multitudine inſignis appellatur*, *cum aliæ res complures dictæ ſunt*, *tum vel maximè*, *quòd Eliſabeth junior*, *uno omnium conſenſu declarata eſt Hiſpaniarum Princeps atque hæres*, *Regnorumque Tutrix*, *quod & jurejurando ſanxerunt Civitatum municipiorumque Procuratores*, *ſi modo proles virilis Reginæ non contigiſſet.*

*Captum eſt etiam agere de fraternitatibus. Ita Hiſpani vocant populorum inter ſe Societates*, *ad hoc potiſſimum inſtitutas*, *ut latrocinia cædeſque in viis publicis*, *& agris perpetratæ vindicarentur*, *quot mala in orbe quæ & municipia*, *vicoſque tyrannis ſubjectos adeo obſepiebant ut domi*,

*foriſque*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*foriſque nihil eſſet tutum ; ſed ubique terror à ſceleratis hominibus : nemo jam eſſet vir bonus , & piè juſteque vivendi cupidus , qui pro recuperanda libertate , libentiſſimè dimidium fortunarum ſuarum non paciſceretur , idque cum omnes volent omnes recuperent , deque nulla re alia frequentius alter ad alterum loqueretur , quàm de finiendis tantis malis aliquo remedio , nemo tamen erat qui negotium aſſumeret , ac cum tam deſperatæ ægritudini & morbo tam pernicioſo , medicamentum aliquod non inveniretur; primus omnium quaſi ſignum aliquod ad benè de Hiſpaniæ Republica ſperandum ſuſtulit Alphonſus Quintanilla equeſtris ordinis , vir nobilis , ingenioſus , acer & vehemens idemque fiſci rationumque regiarum quæſtor maximus ; hic ortus in Aſturibus montanis facilè oſtendit ſummos viros in obſcura quoque patria illuſtres : & quo major tantæ rei peragendæ accederet autoritas , aſſumit ſibi ſocium Joannem Ortegam , ambo Regem Reginamque conveniunt ; quo ſtatu res Hiſpana ſit commemorant , quid in tanta rerum omnium perturbatione debeat & poſſit fieri demonſtrant , expoſcere nihil aliud de ſe quàm Regiam facultatem , ut benè juvante Deo negotium perageretur. Placuit illuſtriſſimis Principibus opportunus ſermo , ad rem exequendam autoritatem ſuam omnibus in rebus decernendis pollicentur. At illi oppidorum procuratores adeunt ; mala quæ ſuſtineant , in præſentiarum, quæque in futurum expectent, ante illorum oculos ponunt , ex negligentia quot pericula impendeant , atque è diverſo ex providentia quot bona ſequantur , identidem repetunt. Sed quia de tanta re erant conſulendi hi quorum procuratorio nomine res agebant , placuit conſtitui diem & locum in quibus hæc diſputanda eſſent , locum in quem undique confluerent placuit eſſe Donias quò poſtea quam ad conſtitutum tempus convenerunt , cœptumque eſſet de re cujus cauſa venerant diſceptaturi , alii aliud ſentiebant , altercationibuſque tempus conſumebant fruſtra , & contentio illa eo tandem eſt ducta ut omnes in eo jam eſſent articulo , ut quiſque ad ſuos re infecta rediret , quorum diſſenſionem cum Alphonſus Quintanilla ſenſiſſet , videns omnes ſuos conatus ceſſiſſe fruſtra , ne quid inexpertum relinqueret , hac vel haud multum diſſimili ratione , illos in concionem vocatos , aggreſſus eſt ,* quam utique perorationem , *in cap.* 2. ſubdit , Et nos ne prolixius videamur procedere , eam omittimus , ut *in cap.* 3. *ſequenti* , hujus Societatis , vel fraternitatis inventum , Antonius Nebrigenſis in his verbis proſequitur. *Poſteaquam Quintanilla finem dicendi fecit viſi ſunt omnes propè modum illius orationi , atque ſententiæ acquieſcere , poſtulatumque eſt una omnium voce conderentur leges quibus ſacra Societas illa ſanciretur , atque ſtipis conferendæ ſtatueretur modus , & numerus militum , qui decreta exequantur , ſed ne in jus Regium contributio illa cederet , cautum æternum eſt ut eſſet temporalia , duraretque in æternum , ſumma Concilii ad Principes devoluta , ut & ab illis ad ſecurius illud auguſtumque Sancitum quo res hiſpaniæ gubernantur principio , quod ad condendas leges pertinebat , data eſt facultas optimis quibuſdam viris ex ordine equeſtri atque utriuſque juris agendarumque rerum peritis : Numerus militum decretus , bis mille equites : per claſſes verò ſtipibus diſtribuendis Præfecti ſunt viri boni , ſuarum rerum frugales , alienarum abſtinentiſſimi : conſtitutum eſt præterea collegium , ex bonis prudentibuſque viris , quos hiſpani conſuevere deputatos appellare ; His præſidere voluerunt Lupum Riparum Carthaginenſem Epiſcopum ; Nemo unquam à principio putavit Societatem illam tamdiu pernicioſam ſive quod in primo illo triennio à viarum latrociniis , graſſationibuſque poſſet Hiſpaniam purgare , ſive quod populi gravati forent tam crebras fieri exactiones , ſive quod antiquarum Societatum exemplo , aliqua ex levi cauſa hæc quoque poſſet diſſolvi. Conſtitutæ itaque ſunt tumultuariæ quædam leges , quippe quas putabant non longo tempore duraturas , ſed qualeſcumque illæ fuerint , nihilominus confirmatæ ſunt additumque robur & Regia autoritas cum eſſet curia Matricali anno ſalutis ſexto & ſeptuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum. Cumque poſtea ex triennio in triennium , & deinceps Societas illa propagaretur , & ex negotiorum novitate , quotidie novi quidam caſus emergerent , opus quoque fuit novo remedio.*

Itaque cum ex prædictis , & tempore jam
dicto Fraternitas hæc inventa fuerit , in quo
cum Nebrigenſi conveniunt Hilleſcas , *in ſua
hiſtoria Pontificali* , ſub Ferdinando V. & Eliſa-
betha *fol.* 99. Zamadoa , Garibay , *in ſuo compen-
dio hiſtoriali* , *tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 8. *fol.* 595. *col.*
2. *num.* 50. Duo Judices ex illo tempore in uno-
que oppido fuerunt creati , qui de caſibus Frater-
nitatis cognoſcerent , & ad inſtar ordinariorum
Judicum eo deciderent , & contra delinquentes
Juſtitiam exercerent , ut expreſsè cautum extat ,
*in l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 8. *novæ recopill.* quorum † 2
electio & nominatio , utique ad Concilium cujuſ-
que Villæ vel populi pertinet , ut patet , *in dict.
l.* 1. ibi : *Que en cada , Villa , Ciudad , o Lugar
que fuere de treinta vecimos dende arriva reeligan,
y nombren dos Alcaldes de la Hermandad , el
uno del Eſtado de los Cavalleros y eſcuderos , y el
otro de los Ciudadanos , y pecheros.* Ubi igitur ,
ſtatuum diſtinctio fuerit duplex horum officialium
munus erit , & eorum officium à nemine in ſuo
ſtatu recuſari poteſt , ut *in dict. l.* 1. & licèt aliud
agens & comprobans , ita obſervat Bobad. *lib.*
1. *cap.* 1. *num.* 21. citatio debet fieri , quorum
juriſdictio † ordinaria utique dicitur cum à le- 3
ge & ad univerſitatum cauſas fuerit conceſſa ,
ut docet Bart. *in l. mone ff. de jure omnium Ju-
dicum* , & ibi : Alex. & *in l. ſolet num.* 7. & 8.
*eodem tit.* Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. tit. de
Juſtitiis num.* 1. *num.* 102. & probatur *in l.* 1. *tit.*
9. *part.* 3. obſervat in propoſito Avendan. *in dict.
l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopill. n.* 2. & locus præven-
tionis in caſibus fraternitatis inter hos officiales
vulgo *Alcaldes de la Hermandad* , & Judices or-
dinarios , ut *in l.* 1. *dict. tit.* 13. ibi : *Otro ſi man-
damos que cada y quando los Alcaldes y Juezes
ordinarios que previnieren , y commençaren a cono-
cer de qualeſquier crimines y delictos que fueren ca-
ſos de Hermandad , y a peticion de la parte , dani-
ficada , o de ſu officio , y prendieren el malechor , que
cometio el delicto , o le proſiguieren , aſta le cercar ,
o encarcerar , en algun lugar , que los Alcaldes de
la hermandad no conozean , ni puedan mas conocer
de tal caſo , Pero ſi los dichos Alcaldes ordinarios
a pedimiento de parte no prendieren al malechor
y le cercaren , que en tonzes les Alcaldes de la
dicha Hermandad , a pedimiento de parte , o de ſu
officio , puedan proceder contra el tal malechor , y
en tal caſo los Alcaldes , que primero le prendie-
ren ſean Juezes del delicto , aſta la ſentencia di-
finitiva , y execucion della , y los otros no lo puedan
pedir ni demandar y embargar , diciendo que prime-
ramente procedieren de ſu officio , o por acuſacion
que y a ni eſto pueda allegar , ni oponer la parte.*

Quin-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quinimo inter eoſdem Judices Fraternitatis
4 erit locus † præventioni, & unuſquiſque in ſolidum, poſtquam prævenerit, poterit cognoſcere, & pœnam condemnationis illi applicabit, ut docet Covarr. *in pract. tit.* 4. Azeved. *in dict. l.* 1.
5 *n.* 5. *&* 6. Hi autem Judices † Fraternitatis uniuſcujuſque ſtatus tam nobilium, quàm plebeiorum debent creari ex honorabilibus & negotio aptioribus, ut patet *ex dict. l.* 1. *dict. tit.* 12. ibi: *Tales que ſean pertenecientes para uſar de los dichos officios, que no ſean hombres vajos, inabiles, mas de los mejores y mas honrrados, que hubiere y ſe hallaren en los pueblos del Eſtado que han de ſer nombrados*, merito quia dignitates, & officia Ju-
6 ſtitiæ, & confidentiæ vilibus & infamibus † perſonis non debent condonari, ut *in l. honores, ff. de Canonibus, & in defenſoribus civitatum in principio*, juncta gloſſ. *verb. obſcuri, & in l. ne quis ex ultimis negotiatoribus, & dignitatibus, lib.* 12. *l.* 15. *tit.* 6. *part.* 1. docet Gutierr. 31. *ex numero* 3. quia non ſunt digni eſſe in Societate perſonarum heneſtarum illi, quos infamia aut morum pravitas ab honeſtarum cœtu ſegregat, ut *in l.* 2. *cap. de dignitatib. lib.* 12. & de jure noſtro ſingulariter comprobat text. 9. *in l.* 4. *tit.* 4. *part.* 3. ibi: *Otro ſi el que fuere de mala fama, o hubieſſe hecho coſa por que valieſſe menos ſegun fuero de Eſpaña, por que no ſeria derecho, que el que fueſſe à tal juzgaſſe a los otros*, *l.* 7. tit. 6. partit. 3. ibi: *Y de mas decimos que ninguno de los infamados no pueda ſer juzgador ni conſejero del Rey ni commun de algun conſejo*, & *in l.* 2. *tit.* 51. *lib. ordinament. Reg.* dignitates enim & honores bene meritorum præmia & fructus ſunt, ut *in l. ut virtutum merita, Cod. de ſtatutis & in magn.* & alibi forſan latiùs dicemus.

Qui utique Judices perſonaliter † debent exer-
7 cere officium ut patet ex *dict. l.* 1. ibi: *uſen por ſi miſmos los dichos officios*, nec enim ſubſtitutum ponere poſſunt expreſsè affirmat Avend. *in cap.* 3. *Prætorum, num.* 5. *conſ. multi tamen.* Et conducit text. *in cap.* 1. *de offic. ordinarii, lib.* 66. Capitius *deciſ.* 27. *numero* 34. & ratio eſt quia cum talium perſonarum induſtria, & morum ſeu ſanguinis probitas fuerit, & debeat eſſe electa, ut patet ibi: *Tales que ſean pertenecientes para uſar de los dichos officios*, & ibi: *Mas de los mejores, y mas honrrados, que hubiere y ſe hallaren*, non poteſt in hoc caſu fieri ſubſtitutio, ſeu delegatio ad notata *in l. inter artifices*, 31. *ff. de ſolutionibus. & in cap. ſi pro debilitate, eſſet tam gravis de officio, & poteſtate Jud. deleg.* maximè cum cauſæ Fraternitatis, de quibus Judex creatus cognoſcere debet ita graves ſunt, ut *inferius* dicemus, & quælibet cauſa criminalis gra-
8 vis dicitur. Et tranſacto anno poterunt Judices † hi, abſque eo quod tranſeat intervallum duorum aut trium annorum, vulgo *hueco*, iterum eligi & antequam ſindicentur, quod alias in cæteris Juſtitiæ officiis contra procedit, ut *in l.* 12. *tit.* 5. *lib.* 3. *recopil.* & ſi neceſſarium fuit quod expreſsè per legem cavetur ibi: *Puedan otra vez ſer nombrados por otrotanto tiempo como tubieron ſervido*, quæ utique electio ea ſolemnitate, qua facta eſt vel fieri debuit electio, erit facienda; itaque quemadmodum ut jure ſubſiſtat ſufficit in electione prima, major Congregatorum, & vicinorum pars; ut ſuo loco latiſſimè dictum manet, ita ad
9 hanc reelectionem † ſufficiet major pars, quia lex Regia, quæ hanc reelectionem conceſſit jus & formam eligendi non mutavit, ſed ſolum impedimentum & obſtaculum quod ex continuatione muneris, in eiſdem perſonis imminebat & conſiderari poterat, ut *in l.* 1. *& ferè per totam, Cod. de muneribus & honoribus non continuandis & in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. ſuſtulit, & prohibitionem inſuper, nempe quod ante Sindicationem illius anni, iterum ad idem eligerentur miniſterium; alias enim poteſtas hæc reeligendi videretur populo damnoſa, præjudicioſa aliis, & quodam modo litium nutritiva, neque paſſim omnes convenirent, neque reelectio iſta fieret & videretur eluſoria, ſupervacanea, & inutilis reeligendi facultas; quidquid contrarium affirmavit Azeved. *in dict. l.* 1. *numer.* 8. Nec pro ejus opinione quidquam facit, quod quotieſcumque de re firma ſeu de reelectione alicujus officialis agitur, tunc non procedit, *regula legis quod major, ad municipal.* ſed neceſſarium eſt quod omnes intereſſentes, reelectioni ſuis aſſentiant ſuffragiis, ut *in auth. de defenſoribus civitatum, §. final.* quæ in propoſito ſingularem tradit Conſuetus, *ſingulari* 386. *verb. univerſitas*, Romanus *ſingulari.* incipit *electio* & *in alio ſingulari*, incipit *Judex fuit interrogatus*, & *conſ.* 342. *col.* 2. Bart. *in l. omnes populi, numer.* 16. *in fin. de Juſtitia, & Jure*, & ibi Oſorius, qui communem teſtatur, Jaſ. *in l. & ſumma, §. hodie, numer.* 8. *ff. de pactis*, Felin. *in cap. cum omnes de conſtitutione, n.* 18. *verſic.* 7. *fallit & in cap. fin. n.* 5. *de Judiciis.*

Nam hoc non procedit quando tranſlatio anno, vel ordinario tempore fit ex legis permiſſione, in una perſona hæc reelectio, quæ utique nova eſt electio, & potius jure ordinario, quàm ex gratia: unde *in regul. dict. leg.* quod majorem locum habet.

Caſus autem de quibus hi Judices † cognoſcere 10
poſſunt & qui nuncupantur, *de la Hermandad*, expreſsè manet, *in l.* 2. *dict. tit.* 13. *lib.* 18. *novæ recopil.* quæ ita ſe habet. *Otro ordenamos que aora, y de aqui adelante la Junta general a los del nueſtro Conſejo de las caſas de la Hermandad, y los Juezes comiſarios en nueſtros nombres por ellos dados, y otro ſi los nueſtros Alcaldes de la Hermandad, de todas las Ciudades, Villas, y Lugares, valles y Yermos, y miridades deſtos nueſtros Reynos, y Señorios, ayan de conocer, conozcan, por caſo, y como en caſos de Hermandad ſolamente en eſtos crimines y delitos que aqui ſeran declarados, y no en otros algunos conviene a ſaver en los Robos, hurtos, y fuercas de bienes muebles, y ſemovientes, o en Robos, o en fuercas de qualeſquier Mugeres, que no ſean mundanas publicas haciendoſe lo ſuſo dicho en yermos, o en deſpoblados, o en qualeſquier Lugares poblados, ſi los malechores ſalieren al Campo con los bienes tales, que hubieren rovado, o hurtado, con las tales mugeres, que aſi hubieren ſacado por fuerca. Otroſi ſean ſacados de Hermandad, Saltamiento de caminos, muertes, heridas de hombres en yermo o deſpoblado, ſiendo la tal muerte o herida hecha por aleve o traycion ſobre aſechancas o ſeguramente, o haciendoſe por cauſa de robar o forcar, aunque el Robo ni fuerca no hubiere effecto. Otroſi ſea Caſo de Hermandad, privada opreſſion, de qualquier hombre, o muger, que fuere buena por ſu propria autoridad, en yermo o en qualquier poblado, ſi con el preſſo ſaliere al campo, o ſe prendiere, al arrendador o recaudador, por coger e recaudar, e pedir nueſtras rentas en yermo, o en poblado, guſto, que no lo ſaque fuera y atienda ſe ſer carcel privada, ſalvo ſi el arrendador prendiere a ſu dendor que ſe vaya huyendo, y hubiere poder y facultad que ſu deudor*

*le aya dado por eſcritura, para que le pueda prender, no le pagando ſu deuda entregando le toda via en eſtos dos caſos à la perſona, que aſi prendire dentre de veinte y quatro horas, e los Alcaldes ordinarios del lugar mas cercano, que no ſean ſubjectos a dicho acreedor. Otroſi ſea caſo de Hermandad, que a demas de caſas, y viñas, y mieſes, y colmenares, haciendoſe a ſaviendas en Yermo, o deſpoblado, y entiendaſe ſer Yermo, o deſpoblado para en los caſos de Hermandad, el Lugar del cercado de treinta, vecinos avajo, entiendaſe ſer robo o hurto, aunque el dueño de los tales bienes no eſte preſente, y aunque aya reſiſtencia o no la aya. Otroſi ſea caſo de Hermandad, qualquiera que matare, o hiriere o prendiere a los nueſtros Juezes ejecatores de las Provincias, y Alcaldes quadrilleros de la Hermandad, y a nueſtros conſejores, y a otros qualeſquier officiales de la Hermandad, mientras ſirvieren los dichos officios, y deſpues que lo dejaren, ſi recivieren el daño por aver tenido, y ſervido dichos officios: O qualquier que matare o hiriere, o prendiere, o a otro en monte enjuriare à qualquier procurador menſajero, o negociador, que biniere à las Juntas generales o Provinciales que de aqui adelante ſe hicieren por nueſtro mandado. Otroſi ſean caſos de Hermandad qualeſquier robos y hurtos, y otros qualeſquier crimines, y delitos que ſe contubieren dentro de las Villas donde la Junta general ſe hiciere y celebrare en los quinze dias que aquella durare entre las perſonas de la dicha Junta contra ellos, y ſus familiares continuas; y Junta general y a los Juezes por ella nombrados: entiendaſe aver cometido y cometa caſo de Hermandad, anſi el que hiciere los caſos ſuſo dichos o qualquier dellos como el que los mandare hacer y cometer y lo hubiere por rato o firme, y lo probare deſpues de ſer cometido y como quiera, que no es ni ha ſido caſo d'Hermandad, lo que ſe hace por prendas o penas de terminos, y paſtos, y heredamientos ſobre que era alguna contienda, o debate entre partes; pero deſpues el que aſi fuere penado, o prendado, ſe entregare por ſu propria authoridad, o heriere, o matare, o hiciere otra, ſi prenda a ſu adverſario, o coſas ſuias en lugar donde no tiene reyerta ni debate alguno, que es lo que ſea caſo de Hermandad, y ſe proceda en ello como en caſo de Hermandad ſiendo echo en yermo, deſpoblado, o ſaliendo con ellos al campo, guardando las diſpoſitiones de nueſtras leyes.*

Extra prædictos caſus, quos ſigillatim expendit & explicat Azeved. per plura Scholia, *in dict. l.* 2. in aliis cæteris nulla eſt horum Judicum cognitio, ut patet ex illis verbis: *Solamente en eſtos crimines y delictos que aqui ſeran declarados*: Nam illa dictio *Solamente* taxativa eſt & aliorum ca-
11 ſuum manifeſtam excluſionem † importat, ut *in l. his ſolis, ff. de condition. indeb. eſ. l.* 1. *his ſolis, Cod. de revocand. donat. l. adverſus, Cod. ſi adverſus rem judicatam.* Per quæ jura ita obſervat Decian. *reſponſ.* 55. *num.* 18. *vol.* 3. Andreas Siculus *conſ.* 1. *col. fin. dict. lib.* 4. Angelus *in l.* 1. *Cod.* ubi & apud quem Felin. *in cap. Paſtoralis in principio, col.* 3. *verſicul. limita* 3. *de offic. ordinarii,* Afflict. *lib.* 3. *conſt. rubric.* 5. *numero* 64. Crotus *in l. ſi conſtante,* 1. *lectura numero* 66. *ff. ſoluto matrimon.* Ripa *in tract. de peſte, tit. de remediis præſervatis, numero* 62. Hippolitus, Riminald. *in l.* 1. *numero* 159. *ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *numero* 13. Proſequitur Barboſ. *in l.* 1. *art.* 4. *ff. de judiciis & numer.* 98. & illa verba, *Qui aqui* etiam denotant reſtitutionem, ut *in l. ſtichum qui meus erit, ff. de legat. & in v. Cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitate & fide Catholica.*

Nec obſtabit, ſi dicas diſtinctionem taxati, non adeo ſtrictam, rigidam eſſe naturam quod ſaltim ſimiles caſus non excludant, ut *l.* 1. *§.* 1. *Juncta gloſſ. in l. obeſt & ibi gloſſ.* 1. ubi notat Bart. *Cod. de prædiis minorum, l. argumentarius in princ. ff. de addendo eum qui, §. ſi petenti. cum gloſſ. in verb. duntaxat, ff. de public. in rem, ut & leg. ſervi nomine cum gloſſ. in verb. poſſidere,* & ubi Bart. *ff. de uſucapion. cap. Epiſcopus cum gloſſ.* 24. *diſtinct. juncto cap. ultimo* 15. *quæſt.* 7. *& Clement. exivi verſic. cum autem, & de verborum ſignificatione,* & gloſſ. *in l. cum Prætor, ff. de Judic. & in l. illud & in verbo, aliam cauſam, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis & in l. ultim. de revocatione donat.* quæ loquitur in pœnalibus, & ibi eam Salicetus dicit ſing. & *in l. contractus in princ. ff. de reg.* Bart. *in l. ſi conſtante in expl.* 1. *partis princip. ff. ſolut. Matrimon.* Bald. *in l. nullus, Cod. ad l. Juliam majeſtatis,* Paul. de Caſtr. Imola *in l. Gallus, §. inſtituens col.* 1. *ff. de liberis, & poſthum.* Franc. latè *in l. ſi mora, ff. matrimon.* Romus *conſ.* 456. *in propoſito, col.* 2. *verſic.* 3. *deducitur*, & Panormitan. *in cap. cum dilecta extrav. de conformat. utili, vel inutili*, quorum jurium ac Doctorum autoritate nixus ita obſervat, juraque *de retract. conventional. §. gloſſ.* 6. *n.* 6.

Reſpondetur enim hoc non procedere quando dictiones taxativæ diſpoſitioni affirmativæ adducuntur; tunc enim habent implicitam negativam excluſionem omnimodam aliorum caſuum, ut *in cap. eum. Eccleſia, ſub. doctrina de cauſa poſſunt ex propr.* & ubi poſt Gothofred. *in verb. cautum* obſervat Joannes Andreas Aretin. *in l.* 1. *§. ex pluribus, ff. de acquirend. poſſeſſion.* Decius *conſ.* 479. *numer.* 2. nec in propoſito quid dubii poteſt remanere, attentis verbis ejuſdem legis ubi. *Y no en otros algunos*, dictio enim illa, *y no*, poſita juxta verbum, *en otros*, quod eſt repetitivum ſimilium, ut *in leg. fugitur, Cod. de ſervis fugituris*, ubi notat gloſſ. & communiter DD. *& in cap. At ſi clerici, §. de adulteriis de Judiciis*, negat apertè ſimiles caſus; aliàs enim de nihilo ſerviret, ut *in cap. ſi Papa de privilegiis, libro* 6.

Unde cum juriſdictio his judicibus † conceſſa, 12
quamvis ordinario limitata ſit, & ad certos caſus ſpecialiter reducta, prorogari non poterit, etiam de conſenſu partium, qui approbatorum conſenſus non tribuit Juriſdictionem non habenti, ut *in l. probatorum, Cod. de Juriſdictione omnium judicum.* Et limitata cauſa † limitatum debet pro- 13
ducere effectum, ut *in l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. cum pater, §. cum dulciſſimis ff. de leg.* 2. *l.* 2. *ff. de ſervitut. & poſt l. cum ſervus,* 67. *ff. de contrahend. emptione*, notat gloſſ. & ibi latiſſimè Felin. *in cap. cum ordinam. cum duobus ſequentib. reſcriptis* Jaſ. *in age. l. cum geminiano, Cod. de tranſact.* Hieronymus Gonzalez *per reg. Cancellariæ gloſſ.* 24. *n.* 8.

Non enim poteſt quis etſi velit ſuprà Juriſdictionem ſuam exercere, ut *in l. fin. ff. de juriſdict. omnium Judic. l. prima per tot. Cod. ſi à non competent. Judic. l.* 2. *cum duabus ſequentib. modo mul. l.* 12. *de pœnis; l.* 2. *Cod. ſi adverſus fiſcum.*

Et facit elegans, & ſummè notanda doctrina, Bald. *in l. ita forma num. & quando provocare non eſt neceſſarium*, ubi iſta vox, *penes ſtatum*, dicit quod Judices villarum non habent Juriſdictionem

niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niſi uſque ad 20. ſolidos & ab inde ſupra 6. cognitio poteſtatis, quia talis Juriſdictio prorogari non poteſt, & eſt ratio denegati & conceſſi, quod enim uni aſſignatur, alteri denegatur, *ff. de legat.* 1. *ut in l. quod in rem*, *§. quis*, ex quo enim lex ad plura procedit ſtatuendo, & diſtinguendo potentias & per conſequens actum. Et quidquid ultra ſit, fieri videtur lege prohibente *argumento legis, qui aliena, §. ſi libertos*, *ff. de negotiis geſtis*, & hoc ex natura & virtute limitationis, *& ff. de uſufructu, l. Dominus, §. 1. & l. 1. ex facto, §. itemque 3. ff. de vulg. & pup.* & Bald. (eo non relato), ſequitur Paul. de Caſtr. *conſ.* 194. *numer.* 2. *vol.* 2. *verſ. tum quia ſtatutum.* Gregor. Lopez *in l.* 47. *tit.* 18. *part.* 3. *verb. duos homines.*

14 Deinde illud expendi poteſt quod ut valeat † prorogatio Juriſdictionis, neceſſe eſt quod ille cujus prorogatur Juriſdictio illam habeat, alias impoſſibilis eſt prorogatio, cum id quod nullum eſt extenſionem non recipiat, *l. ſed ſi manente*, *ff. de precario. l. 4. in princip. ff. de damno infecto.* Menchac. *quæſt. uſu frequent. cap. 4. n. 1. & 2.* & facit text. *in l. 1. Cod. de Juriſdiction. omnium Judic. & in cap. ſignificaſti de for. competent.* ubi notat Panormitan. ubi Marian. Socin. notat ibi *n.* 21. quod Juriſdictionis competentis ſub conditione, vel qualitate, nulla admittitur prorogatio pendente conditione, vel die, ex *gloſſ. fin. ad medium in cap. aut plures de offic. delegati in 6.* Bann. *locis de nullitate ex defectu Juriſdictionis delegatæ, n.* 92. & Morla *in cap. Pet. de offic. delegati*, & ibi Andreas Siculus *n.* 112. Ruin. *conſ.* 165. *num.* 112. *lib.* 5. Anton. Matthæus Rom. *tract. de prorogat. Juriſdiction. dict. n.* Socin. *conſ.* 99. *lib.* 3. *n.* 1.

15 Præterea quia Juriſdictio limitata † nunquam eſt prorogabilis, ut notat Felin. *in cap.* Pet. Greg. *de offic. & poteſtat. Judic. delegat. n. 2. & 22.* Cujus verba maximè conducunt, ibi: *Quia in dictum Joannem nullam Juriſdictionem habebas:* & ibi: *Cum hujuſmodi delegata Juriſdictio ad alias perſonas nequeat præſtari, dico prorogari*, Bart. *numero* 6. Curtius Junior. 30. Carolus, *numero* 24. *in l. 1. ff. de Judiciis*, & ibi *ſ. noviſſimè*, Barboſ. Socin. *in cap. ſignificat. n. 66. de for. competent.* quod latiſſimè proſequitur per omnia Jura ad propoſitum conducentia, accuratiſſimè intelligens Auguſt. Morla, *in Emp. juris tit. 2. de Juriſdictione omnium Judic. part. 1. q. 21. per tot.*

Et hanc opinionem veriſſimam in propoſito tradit Azeved. *in dict. l. 2. tit. 7. & in additionibus ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 56. n. 21. & 22.* Alvarus Balaſius, *conſultatione* 57. *n.* 5. & non diſſimili caſu Ignatius del Villar *in ſua ſilva reſponſorum, lib. 1. reſponſion. 11. quæſt. 8. nu. 2. cum ſequentibus, & quæſt. 9. num. 2. & 11.* qui alios referunt. Quod utique ampliabis, adeo, extra prædictos caſus *de la Hermandad*, his Judicibus notionem ſeu Juriſdictionem prohibitam, quod etſi in cauſa coram eis agitata aliqui teſtes con-
16 victi eſſent † de perjurio adhuc ratione incidentiæ contra eos procedere non poterunt, ex doctrina Decii, *in cap. præterea de officio delegati*, & facit text. *in l. fin. tit. 16. part. 3.* ibi: *Mas ſi por ventura ante otro Juzgador, que no ha poder de hacer Juſticia, ſi hubiere hallado alguna que teſtiguaſe falſo teſtimonio, eſte tal de volo embiar mayoral, que ha Juſticia, del qual entendiere que merece.* Illud enim quod non licet principaliter nec etiam licet incidenter; ut *in regula cum quid, una via de regul. juris in 6. l. ad th. l. ætas, §. 1. ff. de his, qui notantur infamia:* ibi: *ſive autem principaliter hoc negotium gerat, ſive alterius negotiationis acceſſione utatur*, & ita in conſimili lege aut ſtatuto ex Divo Lino concludit Paulus Caſtrenſ. *in l. quoties, n. 9. Cod. de Judiciis.*

Et in caſu eodem ita conſultus reſpondet † 17
Ignatius del Villar, ubi ſupra *dict. quæſt. 9. num.* his verbis ex quibus ego in facti contingentia reſpondi, & ita fuit judicatum quod ſi Petrus fecit contra Titium ad decem aureos actione merè civili, & pecuniaria, & forte in delatione Juramenti calumniæ circa articulum & poſitionem, declarationem Titius adjuravit, propter quod ultra quantitatem in libello cauſæ principalis deductam cum una & eadem ſententia, idem Titius fuerit condemnatus in pœna ſexcentorum terunciorum Cameræ fiſcali, ratione perjurii, juxta *l. 2. tit. 107. lib. 4. recop. juncta l. 2. tit. 7. lib. 4. ejuſdem recop.* & ab hujuſmodi ſententia, præfatus Titius appellavit, talis appellatio reſpectu condemnationis talis perjurii & ſic cauſæ incidentis criminalis non ad Conſilium, ſed ad ſuprema Regia ttibunalia, referenda eſt, adeo quod ſi de facto Judex deputatus ſuper perjurio ſententiam proferat ea dubio procul nulla erit, & defectu juriſdictionis, quia factum à Judice quantumvis ordinario, ſi ad ejus officium non pertinet ratum non erit, ut *in l. factum à Judice, ff. de Regulis juris, l. 1. Cod. ſi Jud. non competent. l. 2. cum duab. ſequentibus, Cod. de mod. mut. l. 2. & ſi adverſus fiſcum, l. 2. Cod. de pœnis*, quibus Juribus poteſtas Procuratoris Cæſaris ratione cauſarum limitata deprehenditur, & tandem quid ultra limites ſuæ poteſtatis gerebat nullius erat momenti.

Cui reſolutioni maximè adverſantur plura ju-
ra quæ probant Judicem prohibitum † de cau- 18
ſa vel negotio, principaliter cognoſcere, de ea incidenter cognoſcere poſſe, & legis miniſterio, propter cauſæ connexitatem & dependentiam ejus Juriſdictionem prorogari, ut eſt text. *in cap. de prudentia 3. de donat. inter vir.* ubi Judex Eccleſiaſticus qui de dote tanquam de re merè temporali & inter laïcos cognoſcere non poteſt principaliter, ſi in cauſa matrimonii ante eum pendenti, incidat quæſtio, de ea cognoſcit & *in l. nullum juncta gloſſ. Cod. de tribus*, quæ probat Clericum coram laico, in lite apud eum mota teſtificantem ab eodem puniri poſſe, & Cinus & Salicetus ita affirmant ut communem ſecundum Guillielm. Benedict. *in cap. rei nuntius verbo & uxorem, n.* 434. Caſſaneus *in conſuetudine Burgund rubric. 2. §. 57. n. 7.* & *in l. quoties, Cod. de Judiciis* ibi: *Quoties quæſt. de ſtatu bonorum diſceptioni concurrit, nihil prohibet quominus apud eum quoque qui alioquin ſuper cauſa ſtatus cognoſcere non poteſt, diſceptatio terminatur*, ut *in l. nullus Cap. eodem tit. l. 1. Cod. de ordine Judiciorum, l. 2. in fin. Cod. de pedanis Judicibus, l. non diſtinguimus, §. de liberali, ff. de recept. arbitris l. fin. Cod. ubi & apud quem l. cum proponas, Cod. de reb. præl. 2. Cod. ad exhibendum*; ex quo provenit, quod li-
cèt per leges Regias cauſa † notabilitatis, ſit reſer- 19
vata præfectis nobilium, ut *per tot. tit. 11. lib. 2. recopil.* docet Otalor. *de nobilit. 3. part. principal. cap. 2. à num. 1.* Joann. Garcia *de nobilit. gloſſ. 1. num. 6.* tamen inferiores Judices incidenter poſſe cognoſcere de cauſis nobilitatis, ut docet idem Otalor. 3. *part. cap.* 3. *n.* 8. & Joann. Garcia ubi *ſuprà num.* 8. maximè quia tunc magis agitur de quæſtione facti quàm de quæſtione juris ex his quæ ſuprà reſoluta ſunt in præcedenti præmiſſo; docet idem Joan. Garc. ubi *ſupra num.* 33. &

34. quo fit ut ſi Judex ordinarius cognoſcat de delicto alicujus nobilis, & incidat illa quæſtio
20 an debeat † torqueri, quia nobiles torqueri non poſſunt &c. ut *in l. milites*, 6. *Cod. de quæſtionib. l.* 2. *tit.* 3. *part.* 7. & ibi Gregor. Lopez & *l.* 4. *tit.* 6. *recopil.* Anton. Gomez 3. *tom. cap.* 13. *numer.* 3. poſſit de ea cognoſcere idem Ordinarius incidenter; & ſimiliter ſi pro debito civili velit Judex nobilem in carcerem mittere; quod facere non debet, ut *in dict. leg. ordinament. & recopil.* facta in anno 1585. vel ſi petitur contra nobilem, executio compellatur præſtare fidejuſſorem ſatispræſtationis vulgo *de ſaneamento*, quem non tenetur nobilis dare ex *l. fin. tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.*

21 Sed hæc difficultas & Jurium adverſantium † oppoſitio facili diſtinctione ſedari, intelligi, & concordari poterit, aut enim incidens cauſa talis eſt & adeo principali negotio connexa & conjuncta, ut abſque incidenti non poſſit definiri, aut ejus eſt conditionis incidens cauſa, quod ſine ejus definitione negotium principale terminari poſſit; primo enim caſu Judex alias incompetens, ratione incidentiæ competens efficietur; In ſecundo verò caſu minimè cognoſcere poterit.

22 Qua diſtinctione lucem † accipit difficultas oppoſita text. *in cap.* 3. *de donat. inter.* Ideo enim ibi Judex Eccleſiaſticus de dote incidenter occurrente cognoſcit propter magnam cum matrimonio connexionem, propter quam ad Judicem pertinet Eccleſiæ, ut *in cap. per veras de donat. inter.* & ſentit gloſſ. magna, *in dict. in cap.* 3. & gloſſ. magna, *in cap. licet ex ſuſcepto de for. competent.* & gloſſ. *juve. in cap. fin. de Judiciis in* 6. quibus locis docent DD. & *in l.* 1. *ff. de ſolut. matrimon.* ubi Ripa *à num.* 4. & DD. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitut.* ubi Felinus *à n.* 58. reſolvit eleganter Lanfranc. *de arbitriis*, 2. *part. numero* 28. Steph. Aufiel. *de poteſt. Eccleſiaſtic. numer.* 22. Joan. Campeg. *de dote, quæſt.* 80. Bald. *nobil. de dot.* 2. *part. privil.* 16. Paul. Rup. *in repetition. cap. per veras*, 2. *notab. per tot.* nec obſtavit gloſſ. & communis DD. de qua *in dict. l. nullum, Cod. de teſtib.* quia magis communiter damnatur, verius eſt & praxi receptum, Clerici falſum deponentes coram judice ſæculari punitionem ad Eccleſiaſticum Judicem eſſe remittendam, ut reſolvit Covarr. *in praxi & quæſt. cap. num.* 8. Socin. *regul.* 520. Gregor. Lopez *in l. fin. tit.* 16. *par.* 3. Avend. *de exequend. mandat. cap.* 21. *numero* 5. & relati à Julio Craſſo, *l.* 5. *repetit. ſententiæ, quæſt.* 3. *n.* 14. Aoti *in praxi tit. de falſis, tit.* 110.

23 Nec etiam oberit † text. *in dict. leg. quoties, Cod. de Judiciis*, quia illius intellectus ſub membro noſtræ diſtinctionis clauditur, procedit enim in incidenti neceſſario, putà quando cauſa incidens eſt adeo principali connexa & conjuncta, ut abſque incidenti decidi non poſſet, ut apertiſſimè colligitur *ex dict. l. quoties.* ubi Titius agebat contra te, ad hæreditatis reſtitutionem coram Judice civilium cauſarum, tu autem ex adverſo excipiebas de ſtatu Titii contendens illum eſſe ſervilis conditionis; certè cauſa hæc ſtatus incidens adeo neceſſaria ad deciſionem cauſæ civilis, principalis & pecuniariæ ac diverſæ ſpeciei juriſdictionis eſt ut abſque examine cauſæ incidentis cauſa principalis decidi nequeat: & ita illum textum declarat magiſtraliter Paul. Coſt. *in dict. l. quoties, numero* 9. *verb. etiam* Jaſ. *numero* 10. Bart. *in l.* 1. *numero* 1. *ff. de autorit. titul.* & ut receptiſſimum ita concludit Marant. *in dict.* 4. *part.* 6. *diſtinctione, numero* 55. *in noviſſime* & iſtum intellectum ad *dict.* 1. *l. quoties*, tanquam germanum agnovit Menoch. *de arbitr. Judic. lib.* 1. *q.* 91. *n.* 9.

Et eodem modo intelligenda ſunt Jura † ſimilia 24
ſuperiùs adducta, ut proſequitur latiſſimè omninò videndus Auguſtin. Morla *in perjuris dict. tit. de Juriſd. omn. Judic. ex numero* 145. *cum pluribus ſequentibus*, & in caſu ferè ſimili de quo eſt noſtra diſputatio Ignatius Diaz del Villar *dict. quæſt.* 8. *&* 9. & quod quando procedunt in aliquo negotio, & cauſa hi Judices *de la Hermandad*, cum eorum Juriſdictio non ſit abſoluta, ſed in certis caſibus eſt qualificata in primis debet conſtare, & verificari quod ſit caſus ex contentis, *in l. prout:* in juriſdictionalibus, qualitas tribuens juriſdictionem prius eſt verificanda, ut *in l.* 2. *§. ſed ſi dubitatur, ff. de Judiciis, l. ſi quis aliena eodem tit. §. ait Prætor. ff. nequit. in flumin. public. l. Prætor §. docere, ff. de vi bonor. raptorum*, Bald. *in l. multum, ff. de condit. & demonſtrat.* & *in l. ſi finit. §. Julian. ff. de damn. infecto.* Pariſ. *de ſindicat. §. judices puras, col.* 3. *verſ. Judices tempor. n.* 13. cum aliis relatis ab Andr. Gaill. *in tract. de pact. public. cap.* 13. *numer.* 12. *& ſequentibus lib.* 1. plurima notanda in propoſito congerit Proſper Farinac. *in tract. crimin. tit. de inquiſit. q.* 8. *n.* 89. *& ſeqq. & q.* 1. *numero* 87. *& numero* 10. *à numero* 26.

Quia ſi qualitas requiſita à lege † non verificatur 25
non poteſt militare ejus diſputatio ex doctrin. Bart. *in l.* 1. *§. ait Prætor. ff. nequit in flumin. public.* Angel. *in l.* 2. *§. diema verſic. & notandum diligenter, col. fin. §. quemadmod. teſtam. aperiantur*, & Alex. *conſ.* 81. *col.* 1. *vol.* 2. Cardin. Tuſcus *practic. concl. tom.* 6. *littera E, concluſ.* 18. *à n.* 11. obſervat Salgad. *de Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. *§.* 5.
*num.* 58. & licèt ad tribuendum † Juriſdictionis 26
exercitium ſufficiat, quod in libello aut querela partis, vel in cauſæ proceſſu, quod fit ex officio, deducatur qualitas Juriſdictionem tribuens, licèt de ejus veritate dubitare poſſit, ut *in l. cum quædam querela, ff. de Juriſdiction. omnium Judic.* ſunt ibi notata, docet Innocent. *in cap. cum ſit generale, de foro compet.* Butrius *in cap.* Frederic. *laico de foro competent. n.* 3. Et ibi Abb. *n.* 12. *verſic. redeo ad dicta.* Millius *in repertor. verb. Judex qui vult procedere.* Lapus *allegat.* 59. *in Dei nomine, verſic. quæritur & allegat.* 65. Angel. conſilium eſt, incipit, *dictum ſtatutum in* 2. Roman. *conſ.* 208. *hæc interpretatio, in fin.* Farinac. *dict. quæſt.* 8. *ſub n.* 86. Tuſcus *dict. quæſt. concl.* 18. *n.*
10. tamen ſi à principio ex adverſo, ipſa qualitas † 27
negetur ad impediendum Juriſdictionem ſaltem ſummariè, plenè tamen probare, & de ea conſtare debet ſecundum communem Doctorum opinionem, de qua teſtantur communiter Alex. *conſ.* 1. *n.* 8. *lib.* 5. Felin. *in cap. ſi Clericus laicum, col.* 2. *verſic.* 1. *concl. de foro competent.* Aymon. *conſ.* 196. *ſi abunde*, Afflictis *deciſ.* 197. incipit *plures* Anton. de Butrio, Farinac. & Cardinalis Tuſcus cum proximè citatis, ſed cognitio hujus articuli, utrum ſit, vel non ſit caſu de quo contenditur. *de la Hermandad*, pertinet ad illum Judicem qui in cauſa procedit, quia Prætoris eſt exiſtimare, an ſua ſit Juriſdictio, vel aliena, ut *in l. ſi quis ex alien. ff. de Judiciis*, & generale eſt quemlibet
Judicem † ſive delegatum ſive ordinarium cogno- 28
ſcere poſſe an ſibi competat Juriſdictio? *l.* 2. *ff. ſi quis vocatus in jus non iverit, cap. ſuper litteris de reſcriptis*, & ibi gloſſ. Andreas Gail. *practic. obſervationum, lib.* 1. *obſervat.* 34. *à num.* 1. Decian. *tract. criminal. lib.* 4. *tit.* 18. *numero* 9. *limitando*, ut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut per Corſetum, *in ſingulari verb. Juriſdictio, ut delegata*, probat text. *in l. præſcriptione, Cod. ſi contra jus veluti ſiſtat. publ. in dict. cap. ſuper literis*, etiamſi opponatur nullam habere juriſdictionem, *cap. ex part. dicam. de reſcriptis*, ubi Panormitan. *num.* 5. & Imola *n.* 2. Felin. *in dict. cap. ſuper literis*, etiam ſi opponatur nullam habere Juriſdictionem; & facit text. *in Clement.* 1. *de reſcriptis*, proſequitur Bald. *in dict. l. ſi quis ex alien. num.* 111. ut pluribus adjectis comprobat Marta, *in tract. de Juriſd.* 2. *p. cap.* 4. *à principio, & n.* 7. Salgad. *de Regia protect.* 4. *part. cap.* 6. *num.* 27. Quamvis contrarium obſervaverit Azeved. *in dict. l.* 2. *num.* 3. Mutus *ex gloſſa verb. manifeſtè & cap. caſus. §. ſane hæreticis in* 6. quæ profecto non obſtat, quia non negat pronuntiationem pertinere ad judicem, cujus Juriſdictio declinatur, ſed non debere procedere in negotio ubi Judex affirmat quod caſus ſit manifeſtus & Juriſdictionis ſibi commiſſæ, & quando contrarium ſupponit adverſus expreſſa Jura & Doctorum communem opinionem loqueretur, & ſic explodenda.

Præterea quod ſingularem eſſe & ſummè atten-
29 dendam deciſionem † *l.* 6. *dicto tit.* 13. *lib.* 8 *recopil.* ibi; *Con qualquier informacion que ayan tomado prendan*, verbis ſequentibus ibi: *Y deſpues procedan en el negocio eſta dar ſentencia definitiva avienda primeramente ſu informacion cumplido del delicto*, ex quibus colligitur quod ſi querela coram Judice fraternitatis producta, concludit cauſam alioquin *de Hermandad*, licèt per ſummariam informationem non appareat tunc concludens probatio ejus ut in eo procedere poſſit, nihilominus non tenetur cauſam remittere Judici ordinario, ut per *l.* 13. *infra eodem.* diſponitur, ſed in cauſa procedere debeat, & habita ſufficienter informatione condemnare, ſi minus debet eum abſolvere, ad hoc ſunt ſufficientia indicia, & ſic inquit, *dict. l.* 13. *infra eodem*, quod per informationem & probationem factam debet conſtare, ei caſum *de Hermandad*, ut remitti debeat Judici ordinario, ita ut non ſufficiat conſtare per informationem ſummariam, ſed per plenariam, hoc enim denotant verba *illa*, *Por la informacion havida por la probança:* Nam copulativa *Et* ſemper penitus eſt inter diverſa, & ſic diverſificat ſummariam informationem à plenaria, & utriuſque requirit concurſum, ut remiſſio fiat loco ordinario, licèt Judices ordinarii hæc non advertentes, plerumque uſque ad plenariam, non expectent.

Sed in propoſito, pro uno negocio, ſolent
30 † procedere tam Judex ordinarius, quàm Judex *de la Hermandad*, & quilibet intendit privativè cognoſcere, & ſuper actum perficit proceſſum, & alter alterum impedire conatur; vel quia ab ordinario, negatur caſus, *de la Hermandad*, quia ſe prævéniſſe ſatagit, ab uno ex his ſolet appellari ad Regiam Curiam, & uterque proceſſus tam iſtius, quàm illius Judicis originaliter adducitur, in qua viſo negotio, & attenta ejus quantitate declaratur ad quem Judicem ſpectet cognitio & ei privativè remittitur. Quod ſi Judex *de la Hermandad*, in caſu non comprehenſo, *in dict. l.* 2. ſe Judicem competentem declaraverit, acta coram ipſo, & ſententia expreſſum nullitatis vitium patientur, etiam ſi ab eis non appelletur ex defectu Juriſdiction. ut notat Felinus *in cap. ſuper literis n.* 5. *in fi. de reſcriptis*, Angel. *in l.* 1. *ſi à non competenti Judice*, & poſt ſententiam opponi poterit, & in quacumque parte Judicis ex additione, Bart. *in l. expreſſum num.* 12. *ff. de appellat. littera* G. Covarr. *in practic. cap.* 33. *num.* 2. *& in cap. quamvis pactum initio rem partis. num.* 9. Didac. Perez & cum eo Azeved. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *novæ recopil numer.* 21. Sigiſmund. Eſcacia, *de appell. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concl.* 7. *ſub n.* 3. Vantius *de nullitat. ſententiæ tit. quoties & inter quod tempus* ſub *num.* 8. Salgad. ubi *ſuprà dicta* 4. *part. cap.* 3. *n.* 123.

Illud tamen adverte quod licèt ſententia horum
Judicum † *de la Hermandad*, appellatione non 31
obſtante, poterat exequi, quinimo ab ea appellari non poterat ex *l.* 9. *dict. tit.* 13. *lib.* 8. *novæ recopil.* id jam poſtea ſublatum fuit, ut *in l.* 48. *&* 49. *ejuſd. tit. & lib.* unde ceſſant quæ advertit Avend. *cap.* 6. *Prætor. numero* 4. *verſic. Item in caſibus primo.*

Sed præter hos Judices, *de la Hermandad*, ſunt etiam creati quidam inferiores Miniſtri, qui eorum poteſtati & tribunali intervenientes Juriſdictionem hanc coadjuvant, & in onere, & cura officiis participes ſunt, qui vulgo *Quadrilleros* vocantur, & cum in aliquibus eorum oppidorum debeat eſſe unum officium, & ſui miniſterii debitum proponere neceſſarium, quod tanquam in noſtro Regno Caſtellæ noviter inventum, *ex l.* 4. *dict. tit.* 13. *lib.* 68. *novæ recopil.* percipere potes, quæ ſic ſe habet. *Otroſi ordenamos y mandamos que para ſeguir los malechores y delinquentes, que hubieron cometido qualquier caſo de Hermandad, ſean nombrados, y eſten pueſtos Quadrilleros ſegun la grandeza de la Ciudad, villa, o lugar, aveſta de nueſtro Juez executor de aquella Provincia y de los Alcaldes de la Hermandad, de tal lugar y los Quadrilleros luego que el tal delicto, les fuere demandado, o lo ſupreren en qualquier manera de ſu officio, ſean tenidos de ſeguir y mandar que ſigan los malechores, eſta cinco leguas donde haciendo toda bradar appellido y repicando las Campanas en todo lugar donde llegaren, porque anſi miſmo vayan y ſalgan de los tales lugares en proſecucion de los malechores, y que cada y quando los unos llegaren en cavo de las cinco leguas, donde ſalieren, deren el raſtro a los otros, toda via ſe multipliquen los quadrilleros y otras perſonas que fueren appellidando contra los dichos malechores repartiendoſe los unos por una parte, y los otros por otra, eſta los prender, o cercar aſta que hayan ſalido huyendo fuera del Reyno, y mandamos que los malechores que aſi o en otra qualquier manera fueren preſos, ſean traydos al lugar o termino donde hicies en el delito, y ſi alli hubiere Juriſdicion, alli ſea executada la Juſticia, y ſi no la hubiere ſeales luego notificado a los Alcaldes de la Hermandad del lugar cuia juriſdicion fueren ſujetos, para que aquellos el uno con el Alcalde, y Alcaldes de la Hermandad del lugar donde el delito fue cometido, lo jueguen y executen la Juſticia, pero entre tanto los Juezes Alcaldes dichos de lugar donde ſe cometio.*

Qui quidem miniſtri tenentur in omnibus officium ſuum tangentibus, Judicibus, vulgo *Alcaldes de la Hermandad*, tanquam Superioribus obſecundare, ut *in l.* 5. *illo tit. & lib.* ibi: *Sean tenidos de cumplir y obedecer los mandamientos del Alcalde, o Alcaldes de la Hermandad, de lo que toca a ſus officios, a los negocios de la dicha Hermandad, ſolas penas que fueren pueſtas por ellas, las quales ellos miſmos puedan executar en las perſonas y bienes de los deſobedientes.* Quod quidem officium etiam eſt neceſſarium, nec



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec recuſari poteſt à vicinis dum tamen unicuique in ſuo ſtatu aſſignetur ubi ſtatum dictum fuerit, *ſuo loco* diximus.

---

## CAPUT V.

### De Tabellione ſeu Notario.

*SUMMARIUM.*

1 *Tabellionis officii varia nomina quibus in jure ſolet ſignificari, afferuntur*, & numero 2. & 3.

4 *Tabellionis ſeu Notarii munus, utrum attento jure communi, honorabile habeatur & habitum fuerit?*

5 *Perſonis abjectis & vilibus nunquam committi ſolent res magni momenti & autoritas Reipublicæ.*

6 *Notarii munus eſt publicum, atque Regia & publica autoritate conſtitutum.*

7 *Infamibus non patet ad ſcribendum aditus vel ad aliquod munus publicum exercendum, præſertim in Regiis prætoriis & tribunalibus.*

8 *Græci magni habebant Tabellionis munus ſicut & ſcribæ; nec ad ejus exercitium quenquam niſi honeſtis natalibus fideque & induſtria clarum admittebant.*

9 *Notarii officium continere dignitatem jure probatur.*

10 *Tabellionibus iſto tempore merces, non tam ob operam quàm ob induſtriam & publicum authoramentum, conſtituta eſt.*

11 *Textus* in leg. 7. ff. rem pupilli ſalvam fore in leg. 7. Cod. de adoptionibus, *qua ratione non officiat tabellionis dignitati.*

12 *Expenditur & intelligitur circa Notarii dignitatem textus*, in leg. univerſos Cod. de decurionibus lib. 10.

13 *Tabellionis ab officio cur Decuriones abſtinere debeant.*

14 *Notarii Regis ſeu magni Conſilii vel Regalium Curiarum, vulgo* Secretarios & Eſcrivanos de Camera, *cur in primis magni habeantur & eorum exercitium laudabile æſtimetur?*

15 *Scribæ inferiores numerati ſive non numerati, attento jure Regio, vile officium non cenſentur exercere, dummodo alicui Civitati, villæ vel Curiæ vel Tribunali deputati ſint.*

16 *Tabellionum creatio ſeu nominatio ad Regem pertinet.*

17 *Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Epiſcopi & ſimiles Domini oppidorum in ſuis territoriis creare poſſunt Tabelliones ad hoc ſolum ut teſtificentur de his quæ fiunt in judicio.*

18 *Tabellionum creatio, conſuetudine introduci poteſt, ut ſpectet ad Dominos oppidorum.*

19 *Tabellio, ut omni caſu judicialiter ſive extrajudicialiter publicam fidem faciat, debet prius examinari & inſigniri à Rege.*

20 *Tabellionum proviſio & denuntiatio quæ conſuetudine fuit introducta, & facta à Ducibus, Marchionibus, &c. utrum morte concedentis expiret, non ſolum quoties officia vacent per mortem, ſed etiam per renuntiationem vel privationem.*

21 *Qualitates variæ & conditiones in Tabelliones requiſitæ recenſentur*, & n. 23. & 24.

22 *Tabellionum in examine & probatione quiſnam ſervandus*; remiſſivè.

25 *Tabellionum officia debent exerceri per nominatum, non autem per Subſtitutum.*

27 *Tabelliones quomodo debeant uti ſuis officiis, & quanta ſit eorum fides & autoritas, & in quibus caſibus magis credatur eorum inſtrumentis quàm teſtibus, traditur* remiſſivè.

28 *Damna quam plurima, & notabilia mala quæ à Notariis poſſunt & ſolent patrari*, remiſſivè.

29 *Sindicatio Tabellionum ad eum ſpectat qui eos creavit.*

30 *Sindicationem vel punitionem Tabellionum dum negligunt qui eos crearunt, ſolet & poteſt committi & expediri judex qui talem ſindicationem faciat.*

31 *Tabelliones à Dominis oppidorum & aliis inferioribus nominati non poſſunt per eos ſine juſta & rationabili cauſa ab officio removeri.*

32 *Tabelliones Conſiliorum duos libros facere tenentur juxta formam* legis 75. & 79. lib. 5. titul. 25. *quæ* ibi *affertur.*

TAbellionis officium pluribus † nominibus in 1
jure ſolet ſignificari, qui etiam ſcriptores ſunt Scribæ nuncupantur, ut apud Suetonium, *in Claudio Cæſar. in cap.* 48. & *in Domitian. cap.* 9. & hac voce utitur Cicero, *lib.* 5. *epiſt.* 2. *ad Ruſin. epiſt.* 20. incipit. *Quoque & in* 7. *action. in Verrem.* notat Tiraquel. *de nobilitate, cap.* 34. *num.* 38. qui Scribæ apud Hebræos inter præcipuos Regis comites, & hi apud eoſdem de rebus ambiguis ſolebant conſuli, & ex oraculis ſacrarum Literarum reſpondebant, ut habetur Matt. *cap.* 7. & *cap.* 13. 73. Marc. *cap.* 12. & Paul. 1. ad *Corint. cap.* 1.

Quandoque Tabularii, quia rationes † confi- 2
ciebant, & data & accepta in tabulas referebant ut Logographi, *in l.* 1. *& tot. tit.* 6. *de Tabulariis, & ſcribis & Logographis. lib.* 10. aliquando verò Notarii, à notis quibus ſolent voluntates privatorum excipere, ut poſtea ad formam debitam reducant; & ſic vulgo vocantur in Gallia; in Hiſpania verò Notarii nomine utimur ad ſignificandum Tabellionem, qui à Judice Eccleſiaſtico nominatur, & titulum habet, & apud eum acta fuit vita, obſervat Petrus Gregor. 3. *part. ſintagmat. lib.* 47. *cap.* 42. *n.* 4.

Præterea, Amanuenſes † nuncupantur, & 3
ita ait Cicero, *in lib. de oratione &* Grafarii; ac pungit Tiraquel. *in cap.* 34. *num.* 38. *librarii, ut in l. ſi librarius, ff. de regul. juris & ſcrinali, ut in l. ſcrinarios, Cod. de teſtam. militis*, proſequitur Paz *in praxi in ult. annotatione per tot.* & quanta ſit officii Tabellionis antiquitas, & Notarii tradunt Alciat. *ff.* 8. *parergom. cap.* 19. *& heros ejus in leg. non aliter, n.* 2. *ff. de adoptionibus.*

Sed controverſum attento jure communi invenio utrum officium hoc Notarii † honorabile fue-
rit habitum, & negativa opinio ea tantum inſidet 4
ratione, quòd Tabellio ſive Notarius, ſervus publicus à lege notatur, quo nomine utitur Ulpian. *in l.* 2. *ff. rem pupil. ſalvam fore*, ibi: *Profecto adoptionibus*, ibi: *Servo publico cantatur.* Verbum enim ſervus omni ingenuitati opponitur, ut *in §. fin. inſtitut. de jure perſonarum, & in dict. §.* 1. *inſtitut. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris*, quare officium hoc vile & objectum reputant gloſſ. *in leg. univerſos. Cod. de Decurationib. lib.* 10. ubi Bald. & Platea *gloſſ. ſimilis in leg. generali verb. ſer-*

*ſervituti, C. de Tabulariis lib.* 10. Sylveſter *in*
*ſumm. verb. Tabellio, quæſt.* 3. Montalv. *in l.* 7.
*tit.* 8. *lib.* 1. *fori regalis, gloſſ. in verb. Por que los*
*prados*, Palac. Rub. *in repetition. Capit. per veſ-*
*tras notabilis.* 7. §. 10. *num.* 7. Gregor. Lopez *in*
*unica, tit.* 19. *part.* 3. *verb. eſcrivanos*, Paz *in*
*praxi* ubi *ſuprà n.* 4. Caſtill. de Bobad. *in ſuo ele-*
*ganti politicorum nec ſatis laudato tractatu lib.* 3.
*cap.* 14. *num.* 43. qui etiam & illud pro hac opi-
nione perpendunt, Scribam ſeu Tabellionem non
poſſe eſſe Decurionem, ut advertit gloſſ. *in dict.*
*l. general.* quinimo nec ejus filios aut nepotes,
poſſe inveſtiri & condecorari Cruce, ſeu habi-
tu trium militarium Ordinum Sancti Jacobi deci-
ſum ſtat, *tit. in conſtitutionem cap.* 6. his verbis:
*Nueſtras Ordenes tan honradas y principales,*
*que no es juſto que ſe de el habito, y inſignia*
*de ellas al que no hubiere vivido, y tratado-*
*ſe, el y ſus padres como hombres hijoſdalgo. Por*
*tanto eſtablecemos, y mandamos que de aqui ade-*
*lante, no ſe pueda dar el dicho habito a ninguno*
*que aya ſido mercader, o Cambiador, o aya teni-*
*do officio vil, mecanico, o ſea hijo de los que*
*han tenido el uno o el otro, aunque pruebe ſer hi-*
*jodalgo, declaramos, que mercader ſe entienda,*
*para eſte effecto aquel que aya tenido tienda de*
*qualquier genero de mercancia, que ſea reſidendo*
*en ella, por ſus perſonas, y miniſtros, y Cam-*
*biadores, los que tienen banco publico, y tienen por*
*tracto dos dineros a Cambio por ſi o por ſus facto-*
*res, y officios viles o mecanicos ſe entienden, Pla-*
*tero pintor, que lo tenga por officio, Bordador,*
*Meſoneros, Taberneros, Eſcrivanos, que no ſean*
*Secretarios del Rey o de qualquier perſona Real,*
*Procuradores publicos y qualeſquier otros officios*
*ſemejantes à eſtos, inferiores de ellos, como ſon*
*ſaſtres, y otros ſemejantes que viven por el travajo*
*de ſus manos.*

Contraria tamen opinio nempè quod etiam
jure communi attento, Tabellionatus ſeu Nota-
rii officium infimæ conditionis non fuerit habi-
tum pluribus poteſt ac talibus fundamentis decla-
5 rari. Primo quod res magni † momenti & maxi-
ma Reipublicæ autoritas nunquam perſonis ab-
jectis & vilibus confidi ſolent, ut *in l.* 1. *Cod. de*
*conditis in publicis horreis, lib.* 10. ibi: *Nobi-*
*lis, prudens fideli optimè ſive conſcius pro integri-*
*tate mentis opponatur Cuſtos, ac menſor.* Cum igi-
tur tanta ſit Tabellionum publica autoritas, ac
rerum & cauſæ fidentia, Cinus *per text. mihi, l.*
*ſi quis decurio, Cod. de falſis*, & facit textus, ubi
communiter notatur *in cap. ad Audientiam de*
*præſcriptionib.* Bald. *in l.* 1. *Cod. de teſtam. nu-*
*mero* 15. Covarr. *in pract. cap.* 19. Caſtill. de
Bobadill. ubi *ſuprà dict. cap.* 14. *num.* 45. *cum*
*ſequentib.* & tale officium perſonæ ignobili non
convenire.

Secundò ipſa ratione infamis, ſeu vilis, Ta-
bellio ſeu notarius non poteſt notari, quia Ta-
6 bellionatus † officium publicum munus eſt autori-
tate publica, & Regia conſtitutum, ut notat Bart.
*in l. eadem, §. hac leg. ff. ad leg. Juliam, repe-*
*tundar.* quem ſequitur Abbas *in cap. Cum dilectus*
*num.* 7. *de fide inſtrumentor.* Felin. *in cap. frater-*
*nitas de teſtib. collat.* 1. & facit gloſſ. *in l.* 7. §.
*miles ff. de his qui notantur infamia*, cujus in
propoſito meminit, Alexand. *conſ.* 80. *lib.* 7. *nu-*
*mero* 2.

7 Sed infamibus non licet aditus † ad ſcriben-
dum, vel aliquod munus publicum exercendum
præſertim in Prætoriis Regiis & Tribunalibus, ex
Bald. *in rubric. de offic. Judicis ante finem*, & *in*
*l. reum criminis in fin. Cod. de procuratoribus, &*
*in l. ſed & milites* (ubi textus optimus) *§. ſed igno-*
*minia, ff. de excuſat.* notat in terminis Joannes Lu-
pus *in cap. per veſtras de donationib. inter virum*
*& uxorem, §.* 9. *numero* 8. Covarr. *dict. cap.* 19.
*n.* 5.

Tertiò, quia ſi antiquitatis monumenta repe-
tamus, olim apud Græcos, teſte Æmilio Probo,
in vita Eumenis, honorificum & magni fuit † 8
habitum Tabellionis, ſicut Scribæ officium, nec
ad ejus uſum nullum niſi honeſtis natalibus fide-
que & induſtria clarum admittebant: & apud Xe-
nophontem, *lib.* 9. *de reb. Gregor.* Philides; The-
tunus Archietebani militiæ principis Scriba fuit,
idque munus honori ſibi tribuit, apud 1. *Socra-*
*tem Ægenetic.* & conducunt verba Horatii, *lib.* 1.
*ſatir.* 5. *& lib.* 7. *& ſatira* 4. *&* 5.

Quartò quia Notarii officium dignitatem † 9
continere jure probatur, ut *in l.* 16. *de mandat.*
*Principis* ibi: *ſive Notarii ſive Comitis præferat di-*
*gnitatem*, & *in l. laudabile*, 4. *Cod. de advocatis*
*diverſorum Judiciorum*, ibi: *Eos clariſſimorum No-*
*tariorum inſeri conſortio*, verbum enim clarus di-
gnitatis, & Nobilitatis eſt ſignificativum, ut *in*
*l. curator.* 6. *ff. de curatore furioſo, & prodigo,*
*vel aliis extra numerando* ibi: *Cum clara perſona*
*veluti Senatoris vel uxorii ejus &c. l. Cod. de di-*
*gnitat. lib.* 2. *extravag. execrabilis, nos itaque de*
*præbent.* proſequitur latè, & plura ex bonis litte-
ris congerit Tiraquel. *de nobilit. cap.* 7. *ex num.*
8. *cum ſeq.* noviſſimè Barg. *eodem tract. diſcurſ.*
13. ubi Cicero 3. *in Verrem* Tabellionis officium
honeſtum dicit, quod eorum hominum fidei ta-
bulæ publicæ periculaque Magiſtratuum commit-
tantur.

Quintò quia Tabellionibus iſto tempore merces
non tam † pro opera quàm induſtria, & publico 10
authoramento conſtituta eſt; unde pro ignobili-
bus haberi non debent, ut colligitur ex his quæ
tradit Cicer. *lib.* 1. *de offic.* Alciat. *in l. merces*
*appellation. ff. de verbor. ſignification.*

Qua opinione, ut veriori retenta, in nihilo
oberit † text. *in l.* 7. *ff. rem pupilli ſalvam fore* 11
*in l.* 7. *Cod. de adoptionibus*, in quibus Tabellio
ſervus publicus nuncupatur, illud enim non ex ſe
provenit quod tale officium ſervitutis alicujus,
ſeu infamiæ vitio laboret: nec enim ſervus un-
quam in Tabellionem ſeu Notarium admitti po-
teſt, ut *in dict. l. generali. Cod. de Tabulariis lib.*
10. gloſſ. *in l.* 7. *ff. de adoption. ut in l.* 7. *Cod.*
*eodem:* Didacus Perez *in l.* 7. *tit.* 5. *lib.* 7. *ordi-*
*nament.* Baëz *de inope debitore, cap.* 13. *num.* 14.
& Tiraquel. *de jur. conſtitut. p. limit.* 30. *numer.*
34. Sed quia Reipublicæ in omnibus caſibus eam
ſpectantibus, tenetur ſervire, nec pro ſcriptis ali-
quam ferre mercedem, ut *in lib.* 30. *tit.* 6. *lib.* 3.
*recopil.* ubi expreſſè notat, Azeved. Aviles *cap.* 1.
*Prætorum* gloſſ. *ni llevaran n.* 5.

Nec ita oberit text. † *in dict. l. univerſos Cod.* 12
*de decurionibus. lib.* 10. quia debet legi, ut *Cod.*
*Theodoſiano lib.* 17. *tit.* 1. *l.* 3. invenitur ſcripta in
hunc modum. *Univerſos decuriones volumus ad*
*Tabellionem, officii tempore, nemo autem ad Decu-*
*rionatum vocatus excuſare ſe poterit eo quod fuerit*
*Tabellio, cum hujuſmodi homines ſint idonei voca-*
*ri ad Decurionatum oporteat:* Lex enim quæ De-
curiones à Tabellionum officiis voluit ſubmovere
ad decurionatum, Tabelliones vocare non prohi-
bet. Quia verborum conceptione ac ſcriptura ne-
quaquam conjici poterit Tabelliones viles eſſe vel
reputari, alioquin non permitteret lex hujuſmodi
homines in Decuriones eligi & aſſumi: eligitur er-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

go Tabellio in Decurionem, nec poterit utroque munere uti, nec Decurionis officio fungens Tabellionis munus ſimul exercere, quæ eſt vera hujus legis intentio.

13 Quinimo ſi expreſsè cautum † eſt Decuriones à Tabellionis officio abſtinere, ex ea cauſa quod Tabellionis officium viris Decurionibus non ſit dignum nec conveniat, non ex ea neceſſariò infertur Tabellionis officium ſimpliciter vile & infimum eſſe; ſed reſpectu & comparatione facta ad dignitatem Decurionatus, quamvis ex *dict. l. univerſos*, contrarium deduxerint, Bald. *in c. poſt ceſſionem col. 7. de probationibus*, Oldrad. *conſ.* 75. Angel. *conſ.* 784. Tiraquel. *dict. cap.* 30. *numero* 6. & ita ſentit, & accuratiſſimè perpendit Covarr. *in dict. cap.* 19. *numero* 5. *verſic. his tandem.*

14 Verum in notariis Principum † & potentiſſimi noſtri Regis, ſeu magni Conſilii vel Regalium Curiarum ( quos vulgo *Secretarios & Eſcrivanos de Camara*, vocamus ) nullo jure & tempore dubitabile fuit & magni eos habendos, eorumque exercitium laudabile & non vile eſſe, ut advertunt DD. *ſuprà* relati, quod procedit etiam quando Tabellionatus, *l. Notarius* tranſit in ſpeciale nomen majoris officii, ut *in l.* 1. *&* 2. *Cod. de offic. primario & ſecundario*, *lib.* 17. Cujus qualitas eſt propter maximam eorum confidentiam, & quia peculiaria Principis, & conſiliorum ſecreta ſciunt, & obſervant, & de eo vocantur in jure proximi ſcriniorum, *l. proximos*, *Cod. de proximis ſacrorum Scriniorum*, *lib.* 17. *& l. fin. Cod. de decurionibus lib.* 10. ibi: *Et viri ſpectabiles l.* 4. *tit.* 18. *part.* 4. *& l.* 7. *tit.* 9. *part.* 7. *l.* 9. *&* 14. *tit.* 18. *part.* 4. *notat.* Lucas de Penna *in rubric. de ſilentiariis*, *lib.* 10. Boërius *in tract. de ordine grad. par.* 1. *numer.* 5. Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi* 7. *part. conſiderat.* 16. *in princip.* Bobad. *dict. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 43. & ideo in juribus ſuprà adjectis dicuntur hujuſmodi Secretarii, habere dignitatem.

15 Quinimo, & cæteri inferiores Scribæ † numerati ſive non numerati, attento jure Regio, dummodo alicui civitati, villæ, aut oppido vel Curiæ vel tribunali deputati ſint, vile officium, non dicuntur exercere, ut *in l.* 14. *tit.* 19. *part.* 3. ubi Montalvus & Gregor. Lopez *in princip. tit.* 19. *part.* 3. & facit text. *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 1. *fort.* Covarr. ubi *ſuprà dict. n.* 5. Petrus Roque *in ſua praxi cauſarum civilium*, *cap.* 5. *n.* 70. Bobad. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 43.

16 Creatio verò ſive nominatio † Tabellionum cum ſpectet ad Dominium Juriſdictionis, ut notat Abb. *in cap. cum p. Tabellio de fide inſtrumentorum*, *authen. de defenſoribus civitatum*, *§. ex Provinciali*, *& in l.* 3. *tit.* 19. *part.* 3. notat Valaſc. *de jur. emphit. quæſt.* 8. *num.* 38. conſequens eſt quod pertineat ad Regem noſtrum, ut *in dict. leg.* 3. *part.* ibi: *Poner Eſcribanos es coſa que pertenece al Emperador*, *o al Rey*; tradit Montalvus *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *for.* verbo *y a otro no*, Oldrad. *conſ.* 75. Alex. *in l. nec ei* 61. *ff. de adoptionibus.* Avend. *de exequend. mandatis lib.* 1. *cap.* 1. *de jur. emphit. quæſt.* 8. *numer.* 38. Paz *in praxi ultim. annotation. n.* 13. qui ſemper in Juriſdictionem & Domin. habet fundatam intentionem, ut *in l. probibere*, *§. aut planè*, *ff. quod vi aut clam. cap.* 2. *de præſcript. in* 6. *l.* 7. *&* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *recop.* Palaz Rubios *in repetit. capituli per veſtras poſt notab.* 7. *§. id eſt pulchra dubitatio* 43. Covar. *in pract. cap.* 4. Bobadill. *lib.* 7. *politic. cap.* 19. *fallentia* 5.

Rurſus Duces, Comites, Marchiones, Vicecomites, Epiſcopi & ſimiles Domini oppidorum in
ſuis territoriis creare poſſunt † Tabelliones ad 17
hoc ſolum, ut teſtificentur de his quæ fiunt in Judicio, ut ſentit Montalv. *in dict. l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *fori.* verb. *y no por otro* Gregor. *in dict. l.* 3. *part. verb. Juzgadores*, quod etiam generaliter & abſolutè quoad omnes judiciales, & extrajudiciales actus exiſtimo æquè procedere, attenta, *dict. l. part.* 2. dummodo à Regibus noſtris Juriſdictio plena & Dominium loci eis fuerit conceſſum, ut *in l.* 12. *tit.* 1. *part.* 2. cujus autoritate, ita obſervant *ſuprà* relati.

In quo illud ſummè notandum eſt conſuetudine
† introduci poſſe Tabellionum creationem ad 18
Dominos oppidorum ſpectare, ut *in l. actuarios*, *Cod. de merariis & actuariis lib.* 17. ubi Joannes de Platea, & hæc conſuetudo ſeu præſcriptio, tam in proprietate, quam in poſſeſſione, certos habet in legibus Regni annos deſignatos, ut *in l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 2. *recopil.* ibi: *Tenemos por bien que las Ciudades*, *Villas y lugares de nueſtros Reynos y ſeñorios*, *que han privilegio*, *uſo*, *o coſtumbre de elegir*, *y nombrar Notarios*, *Eſcribanos publicos*, *ſeguendo el uſo de* 40. *años*, *que les ſea guardado* & *in l.* 5. *ſequenti* ibi: *Mandamos que las nueſtras Ciudades*, *Villas y lugares de la nueſtra Corona Real*, *que tienen por privilegio de dar*, *proveer los officios de concejo de cada una Ciudad*, *Villa*, *o lugar*; *aſi como Regimientos*, *Eſcribanias*, *y majordomias*, *y fieldades*, *y otros officios que ſon de los dichos concejos*, *que los puedan libre y deſembargadamente dar y probeer*, *y perſona alguna no ſe meta en ello*, *y ſi algunas certas contra ello queſieremos dar aunque tengan qualeſquier clauſulas derogatorias que no valgan*, *y declaramos que la ley del Rey de Alonſo*, *que diſpone que baſtan* 40. *años*, *y en las Ciudades*, *Villas y lugares*, *donde non eſtubiere el dicho uſo y privilegio y coſtumbre*, *y la manera ſuſo dicha*, *que de en nos libertar para poder probeer de los tales officios que vacaran por muerte*, *o renunciacion*, *o por otra manera a quien nueſtra merced fuere tanto que las perſonas a quien procuremos ſean vecinos de las Ciudades*, *Villas y lugares donde fueren prohibidos de los tales officios*, *y naturales dellas*, *o que ayan ſido vecinos dellas diez*, *anteſque aya ſido provehido de tal officio.* Et civitates, Villæ ſeu oppida ſolent habere privilegia nominandi ſuos Tabelliones, qui in locis magnis dicuntur, *Eſcribanos de Ayuntamiento*, in parvis verò *del concejo* & hæc privilegia ſunt eis obſervanda, ut *in l.* 7. *tit.* 7. *novæ recopil.*

Illud tamen noſſe oportet, quod in omni ca-
ſu, ut Tabellio ſive † judicialiter ſive extrajudi- 19
cialiter publicam fidem faciat debet à Rege noſtro prius examinari & inſigniri Tabellio, *l.* 2. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopil.* ibi: *Ordenamos y mandamos*, *que en eſtos Reynos ningun Eſcribano pueda dar fee de ningun contrato y teſtamento*, *ni de otrotanto alguno judicial*, *ni extrajudicial*, *ſi no fuere Eſcrivano Real en la forma que ſe contiene en la ley precedente*; *o ſi fuere examinado y aprovado en el nueſtro conſejo para ſer Eſcrivano del numero*, *o para el officio en que fuere nombrado ſo pena de ſer avido por falſario*, *y que el contrato y eſcritura no haga fee*, *lo qual ſe guarde en los lugares realengos*, *como en las de ordenes*, *y ſeñorio*, *y de Abadengo*, *ſin embargo de qualquier poſſeſſion*, *o coſtumbre*, *aunque ſea immemorial*, *que aya en contrario.*

Utrum verò proviſio, & denominatio Tabellionum,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

20 bellionum , quæ conſuetudine † introducta eſt,
ut ſuprà diximus , non ſolum , quoties officia va-
cant per mortem , verum etiam per renunciatio-
nèm vel privationem expiret , differit Avend. *lib.*
1. *Prætorum* , *cap.* 10. *numer.* 3. & 7. Gregor. *in*
*dict. l.* 3. *gloſſ.* 7. *tit.* 19. *part.* 3. Azeved. *in Cu-*
*ria Piſana cap.* 3. *numer.* 7. *Recopil. num.* 3. Sed
hæc Tabellionum nominatio facta à Ducibus ,
Marchionibus , Comitibus vel aliis oppidorum Do-
minis , morte concedentis expiret ( ut de aliis of-
ficiis generaliter ſuo loco diximus ) & individuo
in Tabellionibus ſeu Notariis ab Epiſcopo ele-
ctis , tradit Matthæus de Afflictis *dec. Neapol.*
101. Gratian. *diſcept. fori cap.* Cum tamen Ta-
bellionatus qualitatem notam licet breviter fece-
rimus, nunc ſuo ordine ſuccedit prænotare , quæ
in nominato concurrere debent ut ſit capax hujus
officii.

Itaque in primis debent eſſe optimæ ac inte-
21 græ exiſtimationis , & quod infamiæ † vitio non
laborent , ut magiſtraliter defendit Covarr. *dict.*
*cap.* 19. *practic.* qui per varias in propoſito con-
cluſiones divagatur , & contra Barth. & Aymon.
Cravet. Plateam , Palac. Rub. & alios hoc tuetur,
& id ipſum amplectitur Greg. Lopez *in dict. l.* 7.
*dict. tit.* 19. *part. verb. buena fama* , & facit text.
expreſſus *in lib.* 1. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopil. novæ* ,
22 & quis ordo ſervetur † in eorum examine con-
ſtituit lex 47. *tit.* 4. *lib.* 4. *recopil.* quia exa-
minatio & approbatio Tabellionum eſt de rega-
libus , ut notat Lucas de la Penna *in l. contra*
*publicam col.* 8. *Cod. de reb. militarib. lib.* 12. Bo-
bad. *dict. cap.* 16. *n.* 96.

23 Præterea debent eſſe † Orthodoxi & fidei cul-
tores, & ab his parentibus & poſteris originem
ducere, quos vulgo *Chriſtianos viejos* vocamus ,
ut Judaiſmi, ſeu agarenæ gentis notam , aut ma-
culam nequaquam habeant, & debent eſſe liberi
non ſervi ; ita ut jure Regni prorſus ſit inutilis
diſputatio , in principio capitis propoſita , an Scri-
bæ , ſeu Tabelliones ſervi & viles dici poſſint ,
& alias qualitates refert & proponit text. *in dict.*
*l.* 7. *part.* ibi : *Leales y buenos entendidos deben*
*ſer los Eſcribanos de la Corte del Rey , y que ſe-*
*pan bien eſcrivir ; de manera que las cauſas que*
*ellos hicieren , que bien ſemeje que de la Corte del*
*Rey ſaben , y que las hacen hombres de entendi-*
*miento , y deben tener en ſi todas las otras bon-*
*dades que diximos en la ſegunda partida , en las*
*leyes que hablan de los Eſcribanos , en el titulo de*
*los oficiales de la Corte caſa del Rey nueſtro Se-*
*ñor , decimos que los Eſcribanos publicos que ſon*
*pueſtos en las Ciudades , o en las Villas , o en otros*
*lugares , que deben ſer hombres libres y Chriſtia-*
*nos de buena fama , otroſi deben ſer Savidores de*
*eſcrivir bien , y entendidos del arte de la Eſcri-*
*vania ; de manera que ſepan bien tomar las ra-*
*zones , o las poſturas que los hombres puſſieren*
*paraſi ante ellas , y deben ſer hombres de puri-*
*dad , de guiſa que los teſtamentos , y las otras co-*
*ſas que les fueren mandadas eſcribar en puridad*
*que ellos non deſcubran en ninguna manera fueras*
*ende ſi fueren a daño del Rey , o del Reyno y de-*
*mas vezinos que deven ſer vecinos de aquellos lu-*
*gares.*

Et alia requiſita videlicet , quod debeant eſſe
24 † laïci , & non in ſacris ordinibus conſtituti ,
nec Monachi referuntur , *in l.* 1. & 7. *tit.* 10. *tit.*
*in lib.* 1. *recopil.* & quod debeant habere , ( ut
ad uſum officii admittantur ) 25. annos comple-
tos firmavit text. *in l.* 30. *tit.* 25. *lib.* 4. *novæ re-*
*copil.* & vicinos ac ſimul habitatores loci illius in
quo officium habent , ut *in l.* 5. *tit.* 7. *recopil.* &
*in l.* 1. *tit. in eod. tit.* ubi notat Azeved. quod
tale officium poteſt exerceri per receptum vici-
num, licet non fuerit naturalis , & quod qualitas
vicinitatis debet adeſſe tempore admiſſionis ad
officium , & ibi allegat Barth. *in l. impuberem* ,
*ff. ad l. Corneliam de falſis* , Suarez *allegat.* 17.
*in antiquis* , nec ſufficere hanc æqualitatem ſuper-
venire durante officio , ex Bart. *in l. excuſantur*
*in princip. ff. de excuſation. tutoris* , Gutierrez
*conſ.* 10.

Officia autem iſta Tabellionum debent exerce-
ri per nominatum † non autem per ſubſtitutum , 25
ut *in l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopil.* nec Domini op-
pidorum , ea in locatione cocedere, ut *in l.* 13.
*tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.* ibi : *Otro ſi mandamos , que*
*el Aſſiſtente , o el Governador no arriende ni con-*
*ſiente arrendar los officios de Alguacelazgo , ni de*
*las Entregas , ni la Carcel , ni Almotaze nargos ,*
*ni los Plazos , ni Alcaldias , ni mayordomias , ni*
*Eſcrivanias , ni otros officios que tubieren por reſ-*
*pecto de ſu Corregimiento , ni directe , ni indire-*
*ctè , ſo pena que paguen los que llevaren aſi con*
*para la nueſtra Camara y que lo miſmo ſe guarde*
*en todos los lugares de ſeñorio :* Cujus legis de-
ciſionem extendi debere ad Dominos oppidorum
defendit Bobad. † *dict. l. cap.* 16. *numero* 47. 26
non tamen procedere & intelligi debere in con-
cilio habenti hæc officia , ad hoc enim ut eis uti-
lia quomodocumque ſint licitum eſt ea locare ,
non autem vendere , ut tradit Menchac. *lib.* 1.
*controverſ. illius trium cap.* 43. *numero* 10. & 11.
Sot. *de Juſt. & Jur. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 4. Aze-
ved. *in addit. ad curiam Piſan. lib.* 4. *cap.* 7. *in*
*princip.* Bobad. ubi *proximè n.* 109.

Quomodo autem iſti Tabelliones ſeu Notarii
debeant † uti ſuis officiis, & quanta ſit eorum 27
fides & autoritas , & in quibus caſibus , magis cre-
datur eorum inſtrumentis , quàm teſtibus diſpu-
tant DD. primo relati , & quæ in eorum con-
feſſione debeant obſervari , obſervant ultra eos
Joannes Gutierrez & inſpiciendæ ſunt omnes le-
ges *tit.* 18. *part.* 3. præcipuè *ex l.* 45. *lib.* 4. *no-*
*væ recopil.* & ſatis prolixum ac longum eſſet re-
cenſere, cum tamen ea ſola quæ in noſtro argu-
mento neceſſaria conveniunt , ſatis judicemus vel
tangere vel referre.

Illud tamen omittere nefas duxi plura notabi-
lia † damna , ac perniciosa mala à Tabellionibus 28
patrata , omni reformatione , & à Judicibus , &
Magiſtratibus animadverſione , & ſumma attentio-
ne notanda , quæ recenſet & curare commendat
Lucas de la Penna *in l.* 1. *Cod. de litorum , & iti-*
*nerum cuſtodia* , Jaſon. *in l.* 1. *col. penul. Cod. de*
*edend.* Philip. Comius *conſ.* 199. *circa primum lib.*
1. Nevizan. *in ſilva nuptiali* , *lib.* 5. *numero* 99.
*ampliat.* 8. & ſpecialiter Anton. Theſara , *in lib.*
*de erroribus Notarior. & plurib.* quos refert Bo-
bad. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 44. *littera K.*

Sindicatio verò Tabellionum † utique ſpecta- 29
bit ad eum qui eos creavit , ut habetur Lucæ
*cap.* 18. ibi : *redde rationem villicationis tuæ* , fa-
cit text. *in l.* 17. *tit.* 1. *part.* 7. *l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7.
*recopil.* Avend. *in cap.* 13. *Prætorum* , & 7. *part.*
*cap.* 10. *n.* 33. Burg. de Paz *in* 3. *taur. numero*
4. 51. Guid. Papa *deciſ.* 684. Petrus Antibol. *de*
*munerib. & honorib.* 3. *part. propè fin.* Bobad. *lib.*
5. *cap.* 4. *numer.* 7. *in gloſſ. littera B.* quinimo ſi
negligentes † fuerint in ſindicatione , vel in Ta- 30
bellionum punitione Judex creari ſolet , & poteſt
expediri , qui talem faciat ſindicationem , ut ad-
vertit Bobad. *dict. lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 50. & 51.

Non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non tamen poſſunt Domini, Barones, & alii inferiores qui Tabellionem ſemel elegerunt, & nominaverunt, eum abſque juſta & rationabili cau-
31 ſa † removere, & eruditè contendit Pinel. relatus à Bobad. *lib.* 1. *politicor. cap.* 16. *numero* 78. *& lib.* 7. *cap.* 16. Cavedo *deciſ.* 7. *part.* 7. Caldas Pereira *conſ.* 8. Fontanel. de Ponte, Carolus de Tapia, Franciſcus Marcus, Joannes Guttierrez, & alii plures quos refert & ſequitur Maſtrillus *lib.* 1. *de Magiſt. cap.* 27. *& n.* 16. Burg. de Paz *concl.* 11. Navarr. *conſil.* 7. *numer.* 15. *de regul.* Menoch. *conſ.* 1033. *ex num.* 7. D. Lara *lib.* 7. *de Capellanis*, *c.* 7. Nicolaus Garcia *de beneficiis* 1. *part. cap.* 7. *ex numer.* 85. Stephan. Gratian. *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 167. *& tom.* 3. *cap.* 190. Cevallos *commun. contra commun. quæſtione* 476. *&* 71. *& quæſtione* 767. *& numer.* 71. qui id ampliant, etiam ſi ad nutum, ſeu beneplacitum fuerit facta nominatio.

32 Sed & Tabelliones Conſiliorum duos † libros conficere tenentur juxta formam, *l.* 75. *&* 79. *lib.* 5. *tit.* 25. quia vis legum & deciſio magnopere & ſumma cura eſt obſervanda, & ideo earum litteram vobis inſerere libuit, & lex 45. ſic habet: *Mandamos a los Eſcribanos de Conſejo de todas las Ciudades y Villas de nueſtros Reynos, o a ſus lugares Tenientes, que cada uno dellos en ſu lugar haga un libro de papel de marca mayor en que ſe eſcriban todas las cartas, y ordenanzas, que deſpues que reynamos aca hubieremos embiado a cada una de las dichas nueſtras Ciudades, y Villas ſobre qualquiera cauſa y razon que ſea, y adelante hagan eſcrivir en el todas y qualeſquier nueſtras alcabales y cedulas, que en los dichos Cabildos ſueren preſentadas, y en el comienzo del dicho libro eſte una tabla en que ſe haga mencion de las cartas, que alli eſtan, o ſobre que es cada una, por manera, que ſe pueda haber razon, y ſciencias de las dichas cartas, y ordenanças cada vez que ſuere mandado. Y anſi miſmo que hagan hacer otro libro de pergamino enquadernado en que ſe eſcriban todos los privilegios que las dichas Ciudades, Villas y ſus tierras tienen, y todas las ſentencias, que en ſu favor ſean dadas, aſi ſobre razon de los terminos como de otras qualquier coſas tocantes al bien propio y comun de las dichas Ciudades, y Villas, en el qual aſi miſmo ſe eſcrivan todos los privilegios que de aqui adelante les ſueren dados y otorgados, y las ſentencias que en ſu favor ſueren dadas y otorgadas, y mandamos a los concejos de las dichas Ciudades, y Villas, que den o libren a los dichos Eſcrivanos los maravedis que ſueren meneſter para hacer los dichos libros, de manera que aya efecto de lo ſuſo contenido, lo qual cumplan los dichos Eſcrivanos ſo pena de cinco mil maravedis para la nueſtra camara cada vez que dexaren de cumplir lo ſuſo dicho. Y mandamos a los dichos Corregidores y Juezes de Reſidencia de las dichas Ciudades y Villas que hallando no ſe aver cumplido lo ſuſo dicho, que executen en cada uno de los Eſcrivanos la dicha pena la vez que incurrieren en ella*, & lex 76. in hunc modum. *Otroſi mandamos, que los Eſcrivanos de los concejos de las nueſtras Ciudades, Villas y lugares cada uno con ſu Juriſdicion aſienten en el libro del concejo los padrones de lo cierto de las moradas, que vos mandaremos repartir, por que por alli ſe puedan ſacar los pecheros, que en las Ciudades, y Villas, y ſus tierras ay por que deſto puedan dar copia allos nueſtros Recaudadores, y que no ayan poder de recivir los dichos patrones otros Eſcrivanos ſino del concejo, y otros que de nos tengan proviſion y poder eſpecial para ello, y mandamos a nueſtros Eſcrivanos publicos, y a otros qualeſquier Notarios Apoſtolicos y Epiſcopales que no ſean oſados de tomar los dichos ſo pena de perder los officios y de incurrir en otras penas.*

---

## CAPUT VI.

### De officio Decurionis.

*SUMMARIUM.*

*Decurionis ad Officium quidquid ſpectat traditur* remiſſivè.

LAtiſſimum profecto ratiocinandi campum materia hujus Capitis nobis exhibebat: ſed vela navigationis meritò contrahimus, cum omnes ferè quæſtiones tam in Theorica occurrentes, quàm in Praxi utiles & ſcitu dignæ mirificè, & ſuo ordine ab infra referendis fuerint diſcuſſæ; adeo ut nihil penitùs jam, etſi mediocriter in jure verſatus ignorare poſſit; unde tantum eos, qui de hac re, non multifariam tantum locuti ſunt, ſed integrum & abſolutum tractatum facere recenſebimus. Itaque ultra Doctores & ordinarios interpretes, *in tit.* 11. *ff. de Decurionibus*, *& inſtit.* 10. *de ſenatoribus*, videndus eſt Titus Livius *lib.* 1. *ab urbe condita*, Pomponius Lætus *lib. de Magiſtr. in principio*, Sabellicus *Ennead. lib.* 6. Patricius *de Repub. lib.* 6. *tit.* 1. Dionyſius Halicarnaſſeus *lib.* 7. *antiquitatum Romanorum*, Petrus Greg. *lib.* 3. *ſintagmatum juris*, *cap.* 18. *tom.* 1. *& tom.* 7. *lib.* 8. *cap.* 13. Valentinus Forterius *in for. juris civilis Romani* 1. *per tot.* Cagnolus *in l. in princ. ff. de origin. jur.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium Judicum lib.* 7. *cap.* 7. Joannes de Platea *in rubric. Cod. de Decurion.* Romanus *conſ.* 436. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 7. *ordinament. curia Piſana*, & ibi: Azeved. per integrum tractatum ſatis luculenter, & in lib. 4. diſpoſitum: Sed ultra omnes Caſtill. de Bobadill. qui adeo copioſè, politicè, & diſtinctè materiam hanc pertractavit, ut meritò veritus ſim quidquam de ea agere, niſi eum tantum reverenter referre: *l.* 3. *cap.* 8. agit de qualitate, poteſtate & Juriſdictione, prorogatione & honore Decurionum: & de qualitate, *ex num.* 1. *uſque ad num.* 17. & iterum de qualitate prorogationis, *ex num.* 18. *uſque ad num.* 37. de poteſtate circa electionem officiorum, *ex num.* 38. *uſque ad numer.* 68. & de poteſtate quam habet circa adminiſtrationem bonorum concilii civitatis, quæ vulgo dicuntur *Propios de las Ciudades o lugares*, *ex nu.* 69. *uſque ad n.* 91. Et quando concilium Decurionum videatur delinquere, *ex n.* 92. *uſque ad n.* 95. quandoque Decuriones teſtificati ſunt, *ex n.* 96. *uſque ad num.* 103. & de Juriſdictione quam habent Decuriones, *ex num.* 107. *uſque ad nu.* 116. & de ea quæ eis obvenit ob recuſationem Judicis ordinarii, *ex n.* 117. *uſque ad nu.* 139. & de Juriſdictione quæ eis competit mortuo Prætore, aut Judice ordinario, *ex num.* 140. *uſque ad num.* 151. & de Juriſdictione & poteſtate circa ſtabiliendas ordinationes, & condenda municipalia ſtatuta, *ex numer.* 157. *uſque ad numer.* 167. & de Juriſdictione Decurionum, quando faciunt majorem partem, *ex num.* 168. *uſque ad n.* 187. & de Juriſdictione in cauſis appellationis nempè,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nempè, *quando ſea pela de la Juntamiènto & nu.* 188. *uſque ad n.* 204. & de venditione officii Decurionatus, *ex num.* 285. *uſque ad num.* 795. quibus in locis & numeris quidquid in propoſito excogitare poteris facilè invenies, *cap.* 5. *de Tabellione ſeu Notario*, & *c.* 6. *de offic. Decurion.*

---

## CAPUT VII.

### De officio Diſquiſitorum, ſeu Cenſorum Victualium, qui vulgo dicuntur, *Fieles Executores de Baſtimentos.*

*SUMMARIUM.*

1 *Victus & utenſilia ut moderatis & juſtis pretiis vendantur ad curam Prætoris cujuſlibet Civitatis, regulariter ſpectat.*

2 *Diſquiſitoris victualium vulgo* Fiel Executor *de novo præter Prætorem à Rege Philippo inſtitutum fuit officium.*

3 *Diſquiſitoris victualium qualitas & exercitium declaratur per tenorem tituli qui in conceſſione talis officii ſolet expediri; qui quidem titulus vulgari idiomate ibi affertur.*

4 *Cenſorum ſeu Diſquiſitorum victualium juriſdictionem accumulativam eſſe cum Prætore apertè indicant verba tituli.*

5 *Juriſdictio omnis regulariter accumulativa eſſe præſumitur.*

6 *Merces cujuſcumque generis & victualia corrupta vendentes extraordinariè & arbitrariè puniuntur; & judex poterit merces corruptas projicere & perdere.*

7 *Cauſæ & denuntiationes quæ fiunt ſuper utenſilibus & fraudibus commiſſis à venditoribus debent breviter & ſummariè expediri.*

ET ſi regulariter ad Prætorem, vel Judicem ſeu
1 Præfectum † cujuſlibet civitatis, Villæ ſeu oppidi ſpectet ſumma cura providere, ut victus & utenſilia, moderatis & juſtis pretiis vendantur & in menſuris, ſeu ponderibus ne quid ſit fraudis, ut *in l.* 1. *§. de cura carnis*, ibi: *Cura carnis ut juſto pretio præbeatur ad curam præfecturæ pertinet*, *ff. de officio præfecti urbis cap.* 1. *§. poſt natalem*, ibi: *Comes provideat quanto pretio ſit annona vendenda*; *leg. de pace tenenda, & ejus violatoribus, in verb. fraud. lib.* 14. *tit.* 16. *lib.* 3. *recopil.* ibi: *Y aſi miſmo las que conciernen al bien comun anſi en que los meneſtrales, y otros officiales uſen de ſus officios bien, y fielmente ſin fraude alguna, o en que la tierra ſea bien abaſtecida de carnes, y peſcados, y otros mantenimientos a raçonables precios*; obſervant ultra ordinarios in dictis locis Guido Papa *deciſ.* 304. & 406. Roland. à Valle *conſ.* 80. *num.* 1. & *ſequenti vol.* 2. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 33. *numer.* 5. & *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 3. Aviles *in cap.* 17. *Prætor. gloſſ. a raçonables precios, num.* 22. Megia *in pragmatica panis concl.* 4. *numer.* 11. Matienz. *in l.* 1. *gloſſ.* 2. *n. §.* 25. *l.* 3. *recop.* Bobad. *lib.* 3. *politicorum cap.* 4. *n.* 69. tamen talis proviſio ſeu cura ita fuit Reipubl. utilis quod offi-
2 cium † de novo fuerit creatum à ſapientiſſimo Rege noſtro Philippo in eundem finem & ſcopum inventum, quod dicitur *de Fiel Executor*, circa quod eſt noſtri capitis thema.

Cujus qualitas & exercitatio cum juribus ad eam ſpectantibus, non aliàs percipi poterit nec in
praxi cognoſci & judicari, niſi ex tenore † tituli, 3
qui in conceſſione talis officii ſolet expediri; & qui ad manus meas pervenit, utique eſt qui fuit conceſſus, & expeditus in favorem cujuſdam Didaci de Hermoſa, cujus tenor ſic ſe habet.

*D. Phelipe por la gracia de Dios &c. Concejo, Juſticia, Regidores, Cavalleros y Eſcuderos, officiales y hombres de la Villa de Valladolid, ſalud y gracia, ſepades, que entendiendonos que aſi ſe conviene al govierno y policia, y bien y beneficio publico de ſu Villa, que en lo que toca a los mantenemientos, y proviſion, vondad y precios de los peſos, y medidas, y en la viſitacion de las tiendas, mercancias, officiales, meneſtrales, y en lo del ornato y limpieza, para la guarda, y cumplimiento de las leyes y pragmaticas, y de las ordenanças deeſa dicha Villa, aya perſonas de calidad, y con el poder y authoridad, que ſe requiere y tenga deſto ciudado particular, y que los nueſtros Corregidores a cuyo cargo eſta lo ſuſo dicho, que por eſtar muy ocupados en la adminiſtracion de la Juſticia, y otras coſas, no pueden a ello aſſiſtir ni atender, ſe han por las dichas perſonas ayudados, y relevados, no ſatisfacendo a eſto, ni ſiendo ſufficiente remedio el de los Fieles, que aſta aqui ha avido, y ay en eſa dicha Villa, avemos acordado de eligir y nombrar dos officios de Fieles Executores, y nombrar para ello, dos perſonas, que por nueſtra merced y titulo uſen, y exerçan, el dicho officio, los quales dichos Fieles Executores tengan cargo, y cuidado de ver y viſitar los mantenemientos que ſe trujeren, y vendieren en eſa dicha Villa de Valladolid; para que ſean de vondad y calidad que conviene; que no ſe permita vender, ni vendan los malos ni corrumpidos, o danados, y que aſi miſmo los dichos mantenemientos ſe vendan a juſtos y moderados precios, haciendo ellos las poſturas de las frutas verdes, y ſecas, peſcados, y cara, y de las otras coſas en que la ha de haver, y que la dicha poſtura eſguarde, y que no ſe exceda della; y que otroſi tengan cargo y cuidado que las medidas y peſos ſean pueſtos y regulados y conforme al padron que dellas ſe han de hazer; y que en el peſo y medida no ſe haga fraude ni engaño; y que otroſi los dichos Fieles Executores vean y viſiten las carnicerias y plazas, y las tiendas de los eſpecieros y confiteros, y los que venden cera, pez, y ſevo y otras coſas para que en ellos no aya ni ſe vendan mercancias que ſean falſas o mezcladas, y que otroſi tengan cargo y cuidado, de que los taberneros, bodegoneros, meſoneros, vinateros guarden las leyes y ordenes de las aranzeles, y orden que les eſta dada. Y otroſi viſiten los officiales, y meneſtrales, por que las obras que hicieren ſean buenas, y no aya en ellas falſedad, fraude ni engaño: Y que otroſi tengan cargo y cuidado de que las plazas, y Calles publicas, puertas, entradas, y ſalidas deſta dicha Villa eſten limpias y reparadas, y los edificios y obras, que los particulares hicieren ſean conforme alas ordenanzas, y pragmaticas: y otroſi aſſiſtan y intervengan en las de ramas, y repartimientos juſtamente, con las otras perſonas que para eſto ſon diputadas, para que aquellas ſe hagan juſtamente y ſin agravio: Y que otroſi quando la Juſticia de ſu dicha Villa de Valladolid, ſaliere a viſitar los lugares de ſu tierra y Juriſdicion, uno de los dichos Fieles vaya con ella, y ſe halle; e interbenga en todo lo tocante a las dichas coſas, cerca de lo qual que de ſuſo dicho es, que ha de ſer a ſu cargo y de cada coſa, y parte dello puedan proveer y ordenar lo que pareciere convenir, no entendiendo, como no entendemos,*

*pueſto*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pueſto que nueſtro Corregidor o ſus Tenientes, que como Juſticia han de ſer ſuperiores a ellos y a todos no puedan probeer, y probean aſia apedimiento de parte como de officio lo que entendieren que combiene, y no entendiendo anſi miſmo como no entendemos, que el officio de Fieles, que eſta agora ha avido, y ay en eſa dicha Villa, no aya de ceſſar ni ceſſe antes ſe puedan uſar y uſen y ayan de llevar y lleven el ſalario, que por razon de ſus officios, les compete y la metad de los derechos, que aſta aqui han llevado guardando la orden, que por los dichos Fieles y Executores, por nos nombrados les fuere dada, y guardando y cumpliendo lo que por ellos les fuere ordenado. Lo otroſi los dichos Fieles Executores puedan conozer, punir, y caſtigar a los que excedieren, contrabinieren, o fueren culpados, en las dichas coſas que como eſta dicho han de ſer, o ſon a ſu cargo prendiendo en los caſos, que combiene, y ſe requiere, y condenando en las penas aſi pecuniarias como corporales, en que conforme a las leyes pragmaticas, y ordenanzas, de ſu dicha Villa hubieren incurrido 3. juntandoſe como ſe han de juntar, para el conocimiento, y determinacion de las tales cauſas con uno de los Tenientes, o Alcalde del dicho Corregidor, y uno de los Regidores della, ſegun que por ſu turno y orden por la Juſticia y Regimiento ſera nombrado, el qual dicho Teniente, o Alcalde juntamente con el dicho Regidor, y los dichos los Fieles Executores ſentencien y determinen todas las denunciaciones, y coſas que ſobre lo ſuſo dicho hubiere, y ocurriere, con que ſi alguno de los dichos Fieles Executores, y Regidor no pudieren hallarſe preſentes a ellos por auſencia, o enfermedad, o otro juſto impedimento ayan de ſentenciar, y ſentencien las dichas cauſas, el dicho Teniente, o Alcalde del Corregidor con los que ſe hallaren preſentes. En lo que toca a las penas corporales, tan ſolamente puedan extender y poner pena de azotes, y dende abajo, y ſiendo la culpa, o delito de mayor pena ſe ande remitir a las Juſticias. Y con que anſi miſmo en lo que toca a las apelaciones ante quien ande yr, y los caſos y coſas, en que ſin embargo dellas podran executar y a los dias y horas, en que han de hazer la Audiencia, y las perſonas que en ellas han de intervenir, y de la forma y manera que dichos Fieles han de exercer, y hazer ſu officio junto à cada uno, guarden la orden, que de eſto les mandaremos dar y conforme a ella uſen, y exerçan ſus officios, y procedan en ellos. Lo otroſi los dichos Fieles Executores puedan entrar y entren, aſſiſtir y aſſiſtan en los Regimientos juntamente con la juſticia Regidores, para que puedan hacer y hagan relacion de lo que a ſus officios toca, y que aſi en eſto como en todo de lo demas, queen el dicho regimiento ſe tratare tenga voz, y voto activo, y paſſivo, y aſſiento, y lugar bien aſi como los demas Regidores, por que nueſtra volontad es que en lo que ſuſo dicho es, y en todo lo demas ſean avidos por tales, en todo y por todo, y que ſe les aya de dar; y de otro tanto ſalario, como a cada uno de los Regidores, y que a demas de aquel por razon de ſus officios ſe les ayan de dar y den ſeis mil maravedis en cada un año librados en las penas de Camara de la dicha Villa de Valladolid: Y que otroſi la tercera parte que conforme à las leyes y ordenanzas ſe aplica al juez la ayan de aver y ayan los dichos Fieles Executores juntamente con el Teniente, o Alcalde por iguales partes. Y que otroſi demas de lo ſuſo dicho ayan y lleven la metad de los derechos que llevan los dichos Fieles, que al preſente ſerven y adelante ſervieren, de las poſturas, medidas y otras coſas, guardando las ordenanzas, que cerca deſto eſtan dadas, y confirmadas por nos. Porende acatando la ſuficiencia y havilidad de vos Diego Hermoſa, y los ſervicios, que vos aveys echo y eſperamos que vos areys, es nueſtra merced, y voluntad, y agora, y de aqui adelante, que en toda vueſtra vida, ſeays uno de los dichos Fieles que hagora nuebamente avemos mandado criar en la dicha Villa de Valladolid, y por eſta nueſtra carta mandamos al Concejo, juſticia, y Regidores, Cavalleros, Eſcudores, y hombres buenos de la dicha Villa de Valladolid, que luego que con ella fueredes requeridos eſtando junto en publico Cabildo y ayuntamiento, ſegun que lo han uſo, y coſtumbre, tomen y recivan de vos el dicho Diego de Hermoſa el juramento, y ſolenidad, que en tal caſo ſe acoſtumbra debeys hazer, el qual aſi fecho os ayan, y recivan, y tengan por tal nueſtro Fiel, y uſen con vos el dicho officio en todos los caſos y coſas a el anejas, y concernientes, y os guarden y hagan guardar todas las honras, gracias, mercedes, franqueças, y libertades, y excepciones, y preheminencias, prerogativas, y immunidades, y todas las otras coſas, y cada una dellas; que por raçon del dicho officio debays hacer, y gozar, y os deben ſer gu.rdadas, y os recudan y hagan recudir, con todos los derechos y ſalarios a el dicho officio anexos y pertenecientes todo bien y cumplidamente, en guiſa que no vos mengue en coſa alguna, ni que en ello enporte embargo alguno, ni vos pongan ni conſientan poner, que nos por la preſente os recivimos, y avemos por recivido al dicho officio, y al uſo y exercicio del caſo, que por los ſuſo dichos, o por alguno dellos a el no ayais recivido, y os damos licencia, y facultad para lo poder renunciar ſegun y por la forma que ſe renuncian los dichos officios de Regidores de ſu dicha Villa, en tanto que no tengan otro officio, ni curadoria, ſo pena, que ſi lo tubieres agora o en algun tiempo ayais por perdidos, y perdais el dicho officio, y que de baço, para quien hagamos merced del, aquien nueſtra voluntad fuere, lo qual todo queremos, y mandamos que aſi ſe haga y cumpla embargante que el dicho officio ſea nuevamente criado, y quales privilegios y cartas, de los Reyes nueſtros predeceſſores, y nueſtras leyes y pragmaticas deſtos, nueſtros Reynos que ayan en con &c. en todo lo qual nos en quanto a eſto toca diſpenſamos, que dando en ſu fuerza, y vigor para en adelante, y mandamos que tome la raçon deſta nueſtra Carta, Antonio de Arriola nueſtro criado, dada en Madrid à 20. dias del mes de Diziembre de 1570. años. Quod officium poſtea fuit incorporatum in Conſilio, velut, *en el Ayuntamiento deſta Ciudad*, & ſpeciali Regia Schedula & proviſione ſancitum & conceſſum, quod per duos ex omnibus Decurionibus ſingulis duobus menſibus per turnum inſerviretur, & ita civitas in præſenti utitur, quæ proviſio regia ſic ſe habet.

*El Rey. Nueſtro Corregidor de la Villa de Valladolid, o vueſtro lugar Teniente en el dicho officio, o otras qualeſquier juſticias a quien lo de y uſo toca que hagora ſoys o fueredes de aqui adelante, y a ſaveis como nos entendiendo que aſi conviene al bien y beneficio publico deſtos nueſtros Reynos, que en lo que toca a los baſtimentos, proviſion, y vondad, y precios, de peſos y medidos y en lo delernato, limpieza, y guarda de nueſtras leyes, y pragmaticas hubieſſe perſonas de la calidad con el poder, y calidad, y authoridad, que*

tubieſſen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*tubieſſen doſto particular cuidado , acordamos de criardos Fieles Executores , en cada una de las ciudades , y Villas principales deſtos Reynos nueſtros y entre otros publicos à ſuplicacion de ſu Villa , avemos mandado dar titulo de los dichos officios de Fieles en cavezados per'onas nombradas por el ayuntamiento de ſa dicha Villa , Y por que no embargante que los dichos officios ſe ponen en cabeza de dos perſonas , y que conforme a los titulos que dellos les mandamos dar , ellos ſolos y no otra perſona alguna , los ayan de ſervir , nueſtra voluntad aſſido y es , y aſi ſea tratado da concertar con la dicha Villa , que los dichos officios Executores, y Fieles ſe ayan de ſervir, y an de ſu turno , y elecion entre las perſonas del Cabildo de eſe Ayuntamiento de ſa dicha Villa , por meſes , por la forma orden y manera , que al preſente ſe haze , y a hora por parte de ſa dicha Villa ſe nos a ſuplicado , que para que lo ſuſo dicho aya efecto, que no ſe les ponga en ningun tiempo empedimento , ni difficultad , en ello mandamos dar nueſtra cedula de declaracion de lo ſuſo dicho , lo qual dicho viſto en el nueſtro Conſejo de hazienda , y attento que ſe trato , y concerto , ay lo avemas tenido , y tenemos por bien. Porende os mando que dejais y conſintais libremente uſar y exercer por ſu turno , y elecion , por meſes à las perſonas del Ayuntamiento , de ſa dicha Villa , los officios de Fieles Executores , ſegun , y en la forma , y manera , y en aquellas coſas , y caſos que por los dichos titulos ſe manda que lo hagan , uſen , y exercan las dichas perſonas en cuya cabeza ſe ponen , por nombramiento de eſa dicha Villa , y que ſe acuda a la perſona que turno , y elecion por meſes los tubieren con todos los derechos , y otras coſas a los dichos officios annexos , y pertenecientes , bien aſi y de la manera , como ſi los dichos officios eſtubieſſen pueſtos en cabeza de las dichas perſonas que por el dicho turno de elecion por meſes los tubieren , con que ſe aya de entender y entienda , que los dichos officios de Fieles Executores ayan de vaguen , y ſe conſuman aviendo las perſonas en cuya cabeza ſe ponen y ſe puſſieren adelante por renunciacion los 20. dias que las leyes deſtos nueſtros Reynos diſponen , y en el dicho caſo que vaquen y ſe conſuman para nos los dichos officios , no la an de exercer ni ſervir mas de alli adelante , las perſonas de ſe dicho ayuntamiento , por ſu turno o elecion , por que aquello a de celar y nos proveamos los dichos officios , por las perſonas en cuya cabeza a hora ponen las dichas renunciaciones ſegun y como ſon obligados a hazer los Regidores y Eſcribanos publicos de la dicha Villa , y aunque las perſonas que ſirven los dichos officios de Fieles Executores , por ſu turno , o elecion a quien agora ſea dado , y adelante tubieren titulos nueſtros para ello ; por ſu renunciaçion no an de tener voz ni voto en el Ayuntamiento de ſa dicha Villa , por razon de los dichos officios de Fieles Executores , ſi no fuere proveyendolo nos por razon que en eſte caſo an de tener el voto como Regidores , y uſuar el dicho officio de Fieles Executores , las perſonas a quien hicieremos la merced de ellos en todos los caſos a ellos anexos y pertenecientes conforme a los titulos que ſe les dieren , y aunque para eſte efecto ſe ayan de preſentar , y preſenten con los dichos titulos, que anſi abemos dado , y dieremos en cabeça de las perſonas nombradas por el dicbe Ayuntamiento, en quien por ſu renunciaçion ſe puſiere adelante en cada un anno ante vos con fee de vida , y las perſonas en cuya cabeza ſe dieren , y no lo hacienda , no a de nombrar la dicha Villa perſona para ſervir los dichos officios de Fieles Executores , eſta tanto que preſenten los titulos nueſtros ſegun dicho es , para cuyo effecto mandamos que ſe aſſiente aſi el traſlado deſta nueſtra cedula en los libros de Cabildo de ſa dicha Villa : y mandamos que el original ſe ponga en el archivo della , para que ſe cumpla y guarde fecha en el Pardo a 23. de henero de 1574. annos.*

Præterea civitas hæc ab antiquo , *acoſtumbra nombrar dichos Fieles los qua ſe nombran en el primer dia del anno nuebo , los quatro por la caſa y linage , que ſe llaman de Royes , que eſta en el monaſterio de ſan Pablo , donde ſe juntan en ſus Congregaciones las perſonas della , y eſta caſa , y linage ſe dividen en cinco univerſidades , y Congregaciones que todos ſe llaman del miſmo apellido , y los otros quatro , por la coſa y linage de Tovar, que tanblen es congregacion , y eſta ſundada en la Ygleſia mayor , y tiene otras cinco diviſiones y caſas con el miſmo nombre.*

*Eſtos Fieles aſi nombrados ſe llaman Fieles ordinarios , ſiven todo el anno ſus officios los quatro ſeis meſes , y los quatro otros ſeis meſes y con el nombramiento que tienen de las caſas ſe preſenten en el Ayuntamiento deſta Ciudad donde ſe les recive el Juramento de que hazan bien y fielmente ſu officio , y dan informacion de que ſon mayores de 25. annos , que tienen cien mil maravedis de hacienda , con lo qual ſon amittidos a los officios , y ſe les da licentia que puedan ſervirles.*

*Y el exercicio , y ocupacion que tienen es viſitar las carnicerias , tabernas , panederias , y todo genero de baſtimientos , peſos , y medida de lo qual tienen ſus ordenanzas eſta Ciudad , confirmadas por el ſennor Emperador Carlos Quinto , por donde ſe goviernan y reconociendo fraude , o enganno , el peſos y medida de los mantenemientos , ò contraviciendoſe en algo à la ordenanza hacen la pena , y la llevan a la audiencia que hace el Corregidor , y los dichos dos Fieles Executores , los mates de cada ſemana en preſencia de los Reos , a quien denun ian , y eſtos Fieles ſon creidos cada uno , por ſu juramento , y las condonaciones , que ſe hazen ſe executan ſin ambargo de appellacion como conſta del titulo de los Fieles Executores , arriva referido.*

Cujus littera attenta jam ceſſat controverſia , quam refert & reſolvit Bobadill. nempè utrum Juriſdictio horum officialium eſſet privata , an verò accumulativa cum ipſo Prætore , nam accumulativam † eſſe apertè indicant verba illa poſita in præ- 4
dicto ibi : *Que los nueſtros Corregidores a cuyo cargo es lo ſuſo dicho , y que ;or eſtar muy ocupados en lo de la adminiſtracion de la Juſticia , y otras coſas no pueden a ello aſſiſtir ni atender , Sean por las dichas perſonas ayudados y revelados* ibi : *Y otroſi quam dola Juſticia deſta dicha Villa de Valladolid ſaliere a viſitar los lugares de ſu tierra y Juriſdicion, uno de los dichos Fieles, vaya con ella, e intervenga , y ſe alle en todo, lo tocante à las dichas caſas.* & ibi *No entendiendo como no entendemos , por eſto que nueſtro Corregidor , o ſus Tenientes , que como juſticia an de ſer ſuperiores a ellos y a todos , no puedan proveer ni provean anſi a pedimiento de parte , como de officio , lo que entendieren que conviene ,* & ibi : *Juntandoſe como ſe an de juntar , para el conocimiento de las tales cauſas con uno de los Tenientes Alcaldes del dicho Corregidor , y no uno de los Regidores della ,* & regulariter in dubio

5 omnis † Juriſdictio præſumitur accumulativa, ut *in l.* 1. *Cod. de offic. Præfecti urbis*, docet Azeved. *in l.* 14. *& Curia Piſan. cap.* 18. *n.* 8. Avendan. *in cap.* 19. *Prætorum, num.* 37. Roland. à Valle *conſ.* 80. *nu.* 1. *& ſequentibus*, quia nunquam cenſetur delegata Juriſdictio ordinaria, Bald. *in l. ſæpe, ff. de offic. Præſidis*, in aliis verò oppidis circa uſum & miniſterium hujus officii diverſæ ſunt conſuetudines, & diverſa ſtatuta, quia quælibet proviſio in ſuo ſenſu abundat.

Sed & illud generale eſt, quod vendens
6 merces corruptas † punitur pœna extraordinaria arbitraria, *l.* 3. *§. ſi quis merces, ff. de crimine ſtellionatus*, *l.* 8. *& fin. tit.* 16. *part.* 7. quin imo Judex merces corruptas projicere & perdere, *l. cætera §. mala, ff. familiæ hereſd. l. item quæritur, ſi quis menſuras, ff. locati*, *l. lectos, ff. de periculo & commodo rei venditæ*, Pariſius de Puteo *de ſyndicatu, verbo, Judicis ſuprema poteſtas, num.* 20. *& ſequenti.* Avendan. *de exequend. mand. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 18. *verſic. Primum infero*, & merces Apothecarum, quas invenerit corruptas, poterit concremare, & carnes verminoſas projicere, earumque venditores punire, *l.* 151. *ff. eliciend. edict.* Avil. *in cap.* 17. *Prætorum, num.* 77. & pondera ac menſuras falſas frangere eoſque qui eis utuntur graviter punire, *dict. l. item quæritur, §. ſi quis menſuras, lib.* 1. *§. vet. ff. de extraordinariis criminibus*, Avend. *dict. cap.* 19. *num.* 18. vel ſi vinum fuerit acre, vel muſto mixtum, *l. tit.* 18. *lib.* 2. *fori legum*, vel alias concinnatum, *dict. l.* 8. *tit.* 16. *p.* 7. Avend. ubi *ſuprà num.* 18. *verſic.* 5. *infertur*, ubi ait quod ad obviandum ne fiat vinum acerbum, poſſe fieri ſtatutum ſeu ordinationem ne colligatur vindemia niſi certo tempore, quod ita ſolet fieri in pluribus locis & oppidis Hiſpaniæ, & in hac urbe quotannis contingit quod certus dies aſſignatur ad vindemiam, & antea nullus eam poteſt facere, & probat Cæpola de *ſervitutibus ruſticor. prædior. in cap. de meſſe & vindemia*, vel ſi vinum cujuſdam loci minoris æſtimationis vendant pro vino alterius loci majoris opinionis & pretii, vel ſi piſtores cum aceto lavant manus, ut panis exaltetur & major appareat, & laniones qui inflant arietes mortuos, ut graſſiores videantur, ut fieri teſtatur Valentiæ Avend. *dict. cap.* 19. *num.* 18. *verſ.* 10. *infertur.* quorum pœna debet eſſe verberum, vel ſi propolæ & mercatores in ſaccis portant deſuper legumina, ſeu grana bona, & inferiùs vilioris pretii, ut *in l. ſæculari, ubi coſia notatur, ff. de extraordinariis criminibus*, *l.* 3. *§. ſed & ſi quis merces, ff. de crimin. ſtellionatus*, & ad vitandas fraudes poterit Judex vel iſti qui dicuntur *Fieles Executores* ſtatuere & ordinare, quod in certo loco merces & utenſilia vendantur, ſub pœna amiſſionis eorum, ut probat Lucas de Penna, *in l.* 1. *Cod. ne ruſticanum unum opus, lib.* 11. quod ut in ſingulari tradit Avendan. *dict. cap.* 19. *n.* 19 & de pluribus fraudibus, quæ ſolent committi a Cauponibus & utenſilium venditoribus, videndus eſt Dominicus de Sot. *lib.* 6. *de juſt. jur. quæſt.* 2. & vel ſi venditores pretium ultra taxationem, quam dicimus *Poſtura* auxerint, Gregor. Lopez *in l. penult. tit.* 26. *part.* 2. Anton. Gomez *de delictis cap.* 1. Benvenut. *tract. de decoctoribus ult. part. n.* 20.

7 Sed & cauſæ & denunciationes † quæ fiunt ſuper his utenſilibus & fraudibus commiſſis à venditoribus breviter & ſummariè debent expediri & diebus feriatis, ut *in l.* 1. ubi Joannes de Platea *Cod. de præt. lib.* 11. Avend. *dict. cap.* 19. *n.* 19. *prima parte*, de hac re vide Bobad. qui latiſſimè eam explicat & proſequitur per varios numeros, *lib.* 3. *politicorum cap.* 4. *per tot.*

---

## CAPUT VIII.

### De officio Syndi ſeu Procuratoris generalis cujuſcumque oppidi, & Juratis.

*SUMMARIUM.*

1 *Syndici ſeu Procuratoris cujuſlibet oppidi officium, maximam cum Magiſtratu Defenſorum Civitatis in multis habet paritatem, & utilitatem ſortitur.*

2 *Syndici ſeu Procuratoris generalis civitatis creatio pertinet ad univerſitatem, Concilium ſeu ad ejuſdem urbis Decuriones, aut etiam ad perſonas ſpecialiter ab univerſitate deputatas.*

3 *Syndicum ſeu Procuratorem certa pars univerſitatis facere poteſt, qui quidem Syndicus erit tantum Procurator ejus partis quæ ipſum nominaverit.*

4 *Syndici creatio ut ſit valida, quænam requirantur.*

5 *Syndici electio à ſolo Decurionum decreto robur accipit, nec ad hoc indiget Superioris decreto.*

6 *Pauli Doctrina* in leg. item eorum 6. §. 1. juncto 3. quid ſi actor, *arridet in propoſito.*

7 *Syndici conſtitutio non recipit juriſdictionem, ſed tantum adminiſtrationem rerum civitatis.*

8 *Syndici conſtitutio ut ſit legitima, requiritur ut ejus inſtrumentum fiat publicum & authenticum, & in eo ſcribantur omnia nomina Decurionum vel vicinorum qui nominationi adfuerunt.*

9 *Deſcriptio perſonarum cum nominibus eorum qui electioni ſyndici interfuerunt, tantum facienda eſt in parvis urbibus, non verò magnis & valde numeroſis.*

10 *Abſentia majoris partis vicinorum qui interfuiſſe electioni Syndici ſupponuntur, quomodo poſſit probari.*

11 *Syndici nominatio debet fieri præcedente convocatione per ſonum tubæ vel campanæ, vel alio modo, prout in quolibet loco mos fuerit.*

12 *Syndicus nominatus non poteſt officium tanquam oneroſum recuſare.*

13 *Syndicus non legitimè & cum ſolemnitatibus requiſitis conſtitutus, quando ab eo geſta videantur ratificata nomine univerſitatis, remiſſivè.*

14 *Procurator ſeu Syndicus legitimè nominatus eſt perſona idonea ad movendas lites & actiones univerſitati competentes.*

15 *Tutor & Curator poteſt facere ea omnia quæ ſpeciale mandatum exigunt.*

16 *Procurator ſeu Syndicus poterit deferre cum Adverſario cum quo agit, juramentum litis deciſivum.*

17 *Procurator ſive Syndicus poterit reſpondere oppoſitionibus adverſarii, & abſolvere juramentum calumniæ, nec ad hoc indiget ſpeciali mandato.*

18 Syn-

18 *Syndici confeſſio in judicio facta, utrum præjudicet univerſitati*, remiſſivè.

19 *Syndicus, finito officio, poteſt cauſam cœptam de tempore officii proſequi.*

20 *Syndicus cujus ætatis eſſe debeat cum promovetur ad tale officium*, remiſſivè?

21 *Syndicus univerſitatis, utrum poſſit tacitè vel expreſsè uti remedio appellationis interpoſitæ vel interponendæ à ſententia lata contra univerſitatem?*

22 *Reſtitutio in integrum, an competat univerſitati adverſus renuntiationem à Syndico factam*, remiſſivè.

23 *Ex citatione facta Syndico vel Procuratori univerſitatis, ipſa univerſitas non conſtituitur in contumacia.*

24 *Libellus cujuſcumque actionis contra univerſitatem in Curiâ intentatæ, debet intimari Concilio vel ejus Decurionibus.*

25 *Syndicum conſtituere univerſitas officio judicis poteſt compelli, ad petitionem partis contra ipſum agentis.*

26 *Syndicus univerſitatis non ſolum poteſt nominari à Concilio ad lites pertractandas, verum etiam ad obligandum ipſam univerſitatem & ſingulares perſonas & res & bona ſingularium vicinorum.*

27 *Syndicus univerſitatis tranſigere poteſt in cauſa dubia.*

28 *Syndici creatio regulariter per annum durationem habet.*

29 *Athenis fuit ſancitum ne cui liceret iterum fieri crearive à populo Syndicum.*

30 *Syndico debet aſſignari ſalarium de propriis bonis civitatis.*

31 *Jurati nomine ad inſtar Procuratoris generalis univerſitatis, pleriſque in locis, officiales Reipublicæ creantur.*

32 *Tribunorum Romanorum poteſtas qua in re conſiſteret?*

33 *Juratorum munus cum antiquorum Tribunorum Romanorum plebis officio, quomodo conveniat*, & n. 34.

35 *Expenditur & obſervatur in propoſito deciſio textus*, in leg. 10. titulo 1. libro 7. novæ recopillat. *quæ ibi adducitur.*

36 *Jurati duodecim qui publicam cauſam tuebantur ab antiquo, in Regno Aragonis fuerunt conſtituti, qui poſteà jurati ad numerum quinarium, temporibus Regis Ferdinandi reducti fuerunt.*

37 *Jurati in Regno Aragonis quanto honore habiti fuerint*, remiſſivè.

1 SYndici, actores † ſeu Procuratoris, cujuſlibet oppidi officium maximam cum Magiſtratu Defenſorum civitatis in multis paritatem habet & unitatem ſortitur, ut colligi poteſt ex his quæ circa civitatis Defenſores deciſum ſtat, *in tit. Cod. de defenſor. civitatum*, & *in authent. ejuſdem tit.* quorum inventum, curam & Juriſdictionem diligenter examinant Chaſſaneus, *in catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *conſiderat.* 5. *per totam*, Petrus Gregor. 2. *part. ſyntagmat. juris lib.* 18. *cap.* 18. & 3. *part. lib.* 31. *cap.* 10. *num.* 1. Unde nomina hæc tam apud juriſconſultos, quàm cæteros interpretes promiſcuè confuſa invenies, tradit Simanc. *de repub. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 34. Bart. Philippus *in tractat. de conciliis diſcurſ.* 7. *privileg.* 21. *nu.* 4. Caſtill. de Bobadill. *in ſuo elegantiſſimo & omnium literarum locupletiſſimo politic. tract.* his verbis: *Syndicus ſeu procurator generalis concilii, ille dicitur qui ut ejus nomine lites & cauſas ad univerſitates ſpectantes, agat*, & incipit 1. *de Syndico & perquirat, proponitur & eligitur*, ut *in l.* 1. *§. quibus gloſſa verb. Syndicum, ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, & incipit 1. *de ſyndico* docet Nicolaus Loſæus *in tract. de jure univerſitatis*, 1. *part. cap.* 1. *n.* 4. Ubi ait quod Syndici nomen græcum eſt, quaſi qui ſingulorum cauſas dicat & quod in aliquibus, attenta recti ſermonis voce & proprietate differunt (in multis tamen Synonyma Procurator, Actor, Syndicus, œconomus) quod ſemper eſt attendenda qualitas conſtituentis & nominantis, & ſubjecta materia, & qualitas rei mandatæ cujus intuitu & reſpectu creatur & eligitur ex Bald. *in dict. §. quibus n.*2. & 3. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, & ibi Paul. Caſtrenſ. *num. fin. & uterque in l. Inſulam* 6. *n.* 5. *ff. de conſcriptis verb.* Innocent. *in cap.* 3. & *in cap.* 3. *cum cauſam* 6. *de juramento calumniæ*, Nicolaus Loſæus ubi *ſuprà n.* 42.

Creatio autem iſtius † Syndici ſeu Procuratoris 2
generalis ad univerſitatem, Concilium, ſeu ejus Decuriones aut perſonas ſpecialiter ab univerſitate deputatas, quæ Concilium repræſentant, utique ſpectat, ut *in l. nulli*, ubi gloſſ. Bart. & communiter DD. Bald. *in l. item Magiſtri, ff. de pactis*, Angel. & cæteri, *in l. ita tamen, ff. ad Trebell.* Franciſcus Marcus *dec. delph.* 782. Alexand. *conſ.* 17. *n.* 3. *vol.* 6. Alexand. *conſ.* 17. *num.* 3. *vol.* 6. Azeved. *in addition. ad Curiam Piſanam lib.* 3. *cap.* 18. *in gloſſ. verb. Syndicum n.* 35. Nicolaus Loſæus ubi *ſuprà* 7. *part. cap.* 1. *num.* 12. quin imo & certa
† pars univerſitatis, poteſt facere Syndicum: & 3
notat Jaſo *in repetit. text. in l. omnes populi*, 9. *ff. de juſtitia & jure n.* 41. & *in l. ſi quis*, 32. *§. ſi parti n.* 2. & 7. *ff. de legat.* 1. ubi Caſtrenſ. *n.* 3. qui tamen non erit Syndicus ſeu Procurator generalis Concilii, ſed ejus tantum Congregationis, ſeu partis univerſitatis quæ eum nominavit.

Hæc autem Syndici creatio multa requirit ad
ejus † validitatem: & primò quod univerſitas, ſeu 4
concilium convocetur mandato Superioris, ut *in l. obſervare, Cod. de decurionibus, lib.* 10. & ubi non fuerit Superior, Decurioni antiquiori in officio competit hoc jus convocandi concilium gloſſ. *in l.* 3. ibi DD. *ff. quod cujuſcumque univerſitatis nomine*, Boërius *in tract. de ſeditioſis cap. ultim. numero* 8. Secundò requiritur ut ipſum concilium congregetur in loco publico, ſolito & conſueto, vel per campanam, vel per tubam, vel per præconis vocem juxta conſuetudinem cujuſque loci, *dict. obſervare* & ibi etiam gloſſa *in l. aliud, §. fertur, ff. de leg. jur.* Boërius *loco allegat. n.* 8. Tertiò quod ſint præſentes & interſint ipſi Concilio ſaltem duæ partes ex tribus ipſorum Decurionum, *l.* 3. & 4. *ff. cujuſque univerſitatis nomine*, gloſſ. *in l.* 17. *ff. ad ſenatuſconſultum Trebell.* Roland. *conſ.* 53. *num.* 31. *vol.* 4. Quartò quod major pars omnium congregatorum ſimul conſentiat, ſi ſimul omnes de concilio interfuerint, ſive duntaxat duæ partes *dict. l.* 3. & 4. & ibi gloſſ. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine.* gloſſ. *in dict. cap. refertur, l. quod major, ff. ad municip.* gloſſ. *in l.* 3. *in verſic. Cod. de decurionibus lib.* 10. & hæc requiſita ſunt generalia ad omnes alios actus quæ fiunt ab univerſitatibus. Quintò ſpecialiter ad hoc ut Syndicatio teneat, requiritur quod interveniat decretum ſive autoritas Judicis, poteſtatis, ſive alterius majeſtatis, ex gloſſ. *in lib.* 3. *ff. quod cujuſcumque univerſitatis nomin.* ubi



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Barth. *n. 7. & in l. Cod. de ſervis Reipubl. manu-
tenend.* & ibi Bald. *n.6.* Jaſo *in leg. ſi quis mihi bona
25. §. viſum, num. 35. & 40. de acquir. hæredit.*
ubi ait quod ad univerſitatem ſpectat creatio Syn-
dici, qui tamen per Superiorem confirmandus
erit.

Contrariam tamen ſententiam nempè quod
5 ſolo Decurionum † decreto, hæc Syndici ele-
ctio, ſeu nominatio robur accipiat, Superioriſ-
que decreto non indigeat, verior, & receptior
eſt cui maximè adſtipulatur text. *in dict. l. 3.
ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, ubi expreſ-
sè firmatur, quod is poteſt nomine univerſitatis
expediri, cui lex permittit aut leg. ceſſante or-
do Decurionum dedit.

6 Præterea ei arridere videtur † Paulus *in l. item
eorum, 6. §. 1. juncto, §. quid ſi actor*, ubi cum lo-
quatur de Syndici conſtitutione, de decreto Decu-
rionum tantum mentionem facit, non verò de Su-
perioris, ſeu Magiſtratus approbatione ſive confir-
matione meminit.

Deinde & illud concinnè perpendi poterit quod
7 Syndici † conſtitutio non recipit juriſdictionem;
ſed tantum adminiſtrationem rerum civitatis,
ad quam ſive ejus Decurionis, ſive interventu
Magiſtratus utique ſpectat bonorum diſpoſi-
tio ſive gubernatio: & ſicuti in conſtitutione
Procuratoris facta à Domino, neceſſe non eſt,
quod interveniat Judicis, ſeu Superioris autori-
tas, quia rei ſuæ quilibet eſt moderator & ar-
biter, ut *in leg. in re mandata, Cod. mandati*,
ita pari modo dicendum videtur ſufficere in
conſtitutione Syndici, & Procuratoris Generalis
facta, per Concilium ſive univerſitatem decre-
tum Decurionum eam repræſentantium, quam ſen-
tentiam receptiſſimam tradunt Bald. *in l. 3. ff.
quod cujuſque univerſitatis nomine*, Philip. Cor-
neus *conſ. 243. in princip. vol.* 1. Rip. *in l.
1. §. ſi autem Collegium, num. 6. ff. ad ſenatus
conſult. Trebell.* Franciſcus Marcus *deciſ.* 787.
*per tot. vol.* 1. Roland. à Valle *conſ. 90. num.
5. vol.* 1. Nicolaus Loſæus ubi *ſuprà num.* 21.
qui hanc opinionem cum contraria & oppoſita
conciliat, & eo diſtinctionis fœdere ad concor-
diam redeat (idque authoritate Pauli Caſtrenſ.
*in dict. l.3. num.6. & in l.6. §. ſed ſi ita, num.fin.*)
ſcilicet quod in Syndico, ſeu Procuratore Ge-
nerali conſtituto ab aliqua univerſitate, ſeu con-
cilio non recognoſcente Superiorem, decretum &
autoritas Superioris excuſari poſſit. In conſtitu-
tione verò Syndici facta ab univerſitate Superio-
rem cognoſcente, neceſſarium ſit tale decre-
tum: ſed parum aut nihil, ut à ſuperiore reſo-
lutione diſcedam, hæc diſtinctio me movet, cum
nec jure nec ratione tantum, ſi quidem potiſ-
ſimè & ſolide creandi hunc Syndicum, facultas
ex adminiſtratione bonorum & diſpoſitione De-
curionibus commiſſa, penitus oriatur & pen-
deat.

8 Sextò ad veram formalem & legitimam †
conſtitutionem Syndici & Procuratoris Genera-
lis requiritur ut inſtrumentum ejus ſit publicum
& Authenticum, ut docet Petrus de Vela Pe-
rez, Fulgoſius, & Paul. Caſtrenſ. *in l.1. Cod. de pro-
curatoribus*, Joannes Andreas *in Additionibus ad
Speculatorem, §. 3. verſic. videtur autem*, & tra-
dunt plures relati per Maſcard. *de approbatio-
nib. concl.* 1008. *& concluſ.* 1002. & in eo ſcri-
bi debent omnia nomina Decurionum, vel vicino-
rum, qui congregati fuerunt, & nominationi Syn-
dici interfuerunt; ut docet Bart. *in l. 1. ff. de alb.
ſcribendo*, & quod diſcatur per Notarium in in-
ſtrumento, omnes de concilio, ſeu duas ex tri-
bus partibus interfuiſſe, quæ faciunt majorem par-
tem populi vel univerſitatis, ut notat Bald. *in dict.
l. 3. num. 3. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*,
Bart. *in l. ult. n. fin. Cod. de vidend. reb. civitatis*,
& *in dict. §. actor. num. ultim.* Franciſcus Marcus
*deciſ.780. num.9. vol.* 1. quæ quidem annotatio, &
deſcriptio † perſonarum cum nominibus facienda 9
eſt in rebus ponderoſis & maximi momenti, &
in parvis univerſitatibus, non verò in magnis &
multo numeroſis, & docet Jaſo *in l. placet, nu.* 15.
*de ſacroſanct. Eccleſ.* Imola *in cap. de Syndico*, Ab-
bas *in cap. fin. de procuratoribus*, Alex. *conſ. 1. num.
3. lib.4.* Cardinal. *in dict. cap. 1. de Syndico, quæſt.*
11. ubi ait quod de jure non probatur hæc deſcri-
ptio nominum. Natta *in additione Alexand. dict.
conſ. 1. addition.* 3. Chaſſaneus *conſ.* 75. Rebuff. *in
compend. alienat. rerum Eccleſ. num.* 16. Fran-
ciſcus Marcus *dict. deciſ. 782. nu.* 9. Roderic. Sua-
rez *allegat.14. verſic. ſecundo quia.* Avend. *in cap.19.
Prætor. num. 12. verſic. ſecundo debet in ſpecie part.*
1. Roland. à Valle *conſ. 9. numero 16. quæſt.* 55.
Menſinger. *controverſiar. obſervat.* 18. Maſcard.
*de probationibus concl.* 1308. *numero* 7. Nicolaus
Loſæus ubi *ſuprà numero* 23. Azeved. *in curia
Piſan. dict. cap. 18. numero 35. in gloſſ. verb.
Syndicum.*

Qualiter verò probari poterit abſentia † ma- 10
joris partis, vel vicinorum qui abſuerunt & in in-
ſtrumento interfuiſſe ſupponitur, vel affirmatur;
nam in dubio præſumptio ſtat interfuiſſe, ut tra-
dit Cravet. *conſ. 88. num. 18. vol. 1. conſul.* Bald.
*conſ. 33. part.* 3. incipit *licet ille*, qui ita inquit:
*Licet ille qui ſcribit vel ſcribere facit aliquos fuiſ-
ſe præſentes qui erant abſentes falſum committat*,
ut *Cod. de falſis, l. quid veluti & Cod. de com-
mittere & committi ſtipulationibus, l. optimam in
fin. & extra de teſtib. cap. tam litteris*, tamen
debent hanc abſentiam probare per teſtes non ſin-
gulares *extra de his quæ fiunt à Prælat. cap.* 5. &
notatur per gloſſ. ordinar. *in dict. cap. tam lit-
teris*, & *cap. expreſſe de electione bonæ me-
moriæ.*

Quæ quidam nominatio Syndici debet fieri
præcedenti convocatione † ſono tubæ vel Cam- 11
panæ, vel alio nuntio, prout in quolibet loco
mos fuerit, ut probat gloſſ. *in l. ſi ex dolo, §. 1.
ff. de dolo*, Bart. *in l. 2. in verb. ſolemniter*, &
ibi: Joannes de Platea *Cod. de Decurionibus, lib.*
1. Paul. de Caſtro *in l. nullus, ff. quod cujuſque
univerſitatis nomine*, Socinus *conſ.95. col.3. in prin-
cip. vol.* 3. Brun. *in tract. de forma in rubric. ex
quibus conſiſtit forma collectan. 2. n.* 26. Roland. à
Valle *dict. conſ. n.* 3.

Syndicus autem vel Procurator nominatus of-
ficium recuſare † non poterit, tum quia tale offi- 12
cium honoroſum non verò oneroſum, ſemper &
ubique reputatur, ut *in principio hujus cap.* dixi-
mus; tum etiam quia Reipublicæ admodum neceſ-
ſarium eſt, & conducit text. *in l. 7. tit. 17. ver-
ſic. Otroſi decimos part.* 3. ubi *gloſſ. verſ. Eſcogidos
de los conſejos*, Bobad. *dict. lib.1. cap.5. n.* 42. Itaque
in quolibet oppido duplex eſt iſtius miniſtri ſeu offi-
cialis diſtinctio ſtatuum, alter ex nobilibus, alter
verò ex plebeiorum numero.

Si verò Syndicus non ſit legitimè † conſtitutus 13
& ſolemnitatibus ſuprà relatis, quando ab eo
geſta videantur ratificata nomine univerſitatis, diſ-
putat Decius omnino videndus, *conſ. 297. nu. 3.
& in conſ. 486. num. penult. & conſ. 262. n.6. &
conſ.287. nu.3. & conſ.449. n.35.* Alexand. *conſ.127.
num.* 2.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Syndicus verò legitimè nominatus eſt perſona
14 legitima ad † movendas actiones univerſitati ſive
Concilio competentes, ut *in Procuratores*, 90. ubi
Bald. *Cod. de Decurionibus, lib.* 10. Bald. de Caſtro
*in l. fin. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*,
habet enim mandatum generale cum libera ad-
miniſtratione, ut docet gloſſ. *in l. mandato ge-
nerali, ff. de Procuratoribus*, Alexand. *in l. treſ-
ſes* 12. *numero* 3. *cum ſequenti, Cod. de tranſa-
ction.* & ego, aliis relatis, prænotavi *in tractatu
de paſcuis & jure paſcendi cap.* 29. *num.* 15. & ſi-
15 cut tutor & curator † poteſt facere ea omnia quæ
ſpeciale mandatum exigunt, ut tradit Alexand.
*conſ.*22. *n.* 9. *vol.*1. *& in l.*1. *§. quibus, ff. quod cujuſ-
que univerſitatis nomine*, & *in l. Procuratione, in*
1. *ff. de Procuratoribus*, Innocent. *ep. eis citata in
integrum de reſtitutione*, Bald. *in l.* 1. *Cod. etiam
per procuratorem in integrum reſtitutio poteſt*, An-
tonius Capicius *deciſ.*5. *n.*10. ut docet Nicolaus Lo-
ſius ubi *ſuprà n.* 28.

16 Et ideo poterit deferre † adverſario cum quo
agit juramentum litis deciſivum, ut *in l. jusju-
randum, §. defenſor. municipii, ff. de jurejurand.*
ubi Bart. *num.* 2. & talis Syndici ſeu Procuratoris
confeſſio in Judicio facta nocebit univerſitati ſeu
Concilio, ut *in l. non ſolum in princ.* & ibi: gloſſ. *ff.
de Procuratoribus*, Alexand. *conſ.* 68. *n.* 10. *lib.* 2.
quem refert & ſequitur Decius *conſ.* 121. *num.* 2.
*& in conſ* 147. *n.* 2. Abbas & Antonius de Butrio *in
cap. fin. per text.* ibi: *de confeſſis*, Felin *in cap.*1.14.
*&* 26. ut lite non conteſtata. Mantua. *conſ.*192.*num.*
3. Oſaſcus *deciſ. pedemontana* 39. *n.*36. ubi agit *n.*
6. an idem procedat in confeſſione quæ reſultat ex
inſtrumentorum productione juxta text. *in l. Cod. de
liberali cauſa.*

17 Et reſpondere poterit oppoſitionibus † adver-
ſarii, & abſolvere juramentum calumniæ, ut *in
cap. præſentium de teſtibus, in* 6. gloſſ. *in l.* 2. *§.
hoc etiam.* ubi Franciſcus Curtius, *num. fin. Cod.
de jurejurand. propter calumniam dando*, Bald.
*in dict. l.* 2. *§. quod obſervare verſic. Nunc venia-
mus ad quaſtiones*, Marcus *deciſ.* 477. *per totum
vol.* 2. quos retuli *in dict. tract. de paſcuis, dict.
cap.* 29. *num.* 16. Nec ad hoc indigent ſpeciali
mandato ad tale Juramentum præſtandum, ut
docet Meneſius, *in* 1. *n.* 4. *Cod. de tranſaction.*
& Azeved. *in l.* 2. *titul.* 7. *lib.* 7. *recopillat. n.* 20.
*& n.* 40.

18 Utrum autem conceſſio † in Judicio facta ab
iſto Syndico univerſitati præjudicet, diſputat Ale-
xand. *conſ.* 22. *num.* 2. *& dict. conſ.* 227. *nume-
ro* 7. poſt Bart. Abbat. & Bratium allegatos per
eum, idque per tex. *in cap. fin. de confeſſis, & in
cap. præſentium de teſtibus, in* 6. Felin. *dict. cap.*
1. *n.* 14. *&* 16. ut lite non conteſtata, ubi hoc
eſſe regulare ſcribit Natta, *conſ.* 142. *numero* 21.
Oſaſcus *deciſ. pedemontana* 39. *numero* 36. &
ego dixi, *in dict. tractatu de paſcuis, cap.* 32.
*num.* 16.

Et Syndicus univerſitatis etiam poſt finitum
19 officium † poteſt cauſam cæptam de eo tempo-
re proſequi, ut notant DD. *in le. in victos Cod.
de Procuratoribus, & in l. ſi actor. Cod. de appel-
lation. & in cap.* 1. *de Syndico*, Alexand. *conſ.* 135.
incipit *ponderatis, n.* 2. *vol.* 2.

20 Et cujus ætatis debeat † eſſe Syndicus iſte,
quando ad tale officium promovetur, advertit So-
cinus *conſ.* 135. *num.* 8. *vol.* 1. Et an juri ſingu-
lorum confeſſio Syndici univerſitatis in alicujus li-
te facta poſſit præjudicare diſputat Alex. omninò
videndus, *conſ.* 44. *in cap. viſto tomate lib.* 1. *n.* 5.

Sed frequenter ſolet inquiri & dubitari, utrum
Syndicus univerſitatis poſſit † tacitè vel expreſ- 21
sè uti remedio appellationis interponentis vel inter-
ponendæ à ſententia lata contra univerſitatem,
qua in re mirabiliter loquitur Alexand. *conſ.* 105. *n.*
165. qui ita ait: *Nam ex narratis in Themate
ſentio dictam Eccleſiam & conventum audiendum,
ſuper perſecutione appellationis interpoſita à ſen-
tentia reſtitutionis in integrum lata in favorem
dicti Peraleonis, & conſequenter revocanda eſt at-
tenta contra iſtam Eccleſiam pendente appellatione
per Eccleſiam interpoſita, juxta ea quæ habentur*,
in cap. non ſolum de appellationibus & in l. 1. ff.
ne appel. pend. cum ſinam; *ex narratis in the-
mate colligitur quod fundamentum partis adverſæ,
& in hoc videlicet, quod ſit renunciatum appellatio-
ni dicti Syndici per confeſſionem Eccleſiæ; ſed hoc
non videtur de jure verum, quia Syndicus, & pro-
curator non poteſt, nam ut inquit Bald.* in l. fin.
§. fin. Cod. de tempore appellationis in conſ. ſed
nunquid Procurator, *non poteſt Procurator cauſæ
appellationis renuntiare*, l. ſi quis delegaverit, *&
ibi notat.* ff. de donation. *& notatur* in l. ſi
quis obligatio. ff. de regul. juris *& donare
non poteſt Procurator niſi hoc ſpecialiter ha-
beat in mandatis*, l. filius familias, ff. de donat.
l. contra juris §. fin. ff. de pactis. *& idem dicit
Bald.* in l. fin. §. fin. Cod. de tempore appel. *eſſe
prælato Eccleſiæ idem; etiam tenuit Angelus,
& Joannes de Imola* in l. ab executore, §. fin.
ff. de appellation. *niſi ſecundum eos permittendo
ibi tempus datum ad perſequendum appellationem,
per id quod notat & Joannes Andreas*, in cap.
cum olim *Abbas* de officio delegati, per hoc quod
notatur, in regula delictum lib. 6. *& per DD.* in l.
nullum, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, *ubi habe-
tur, quod culpa Prælati commiſſa in negligendo,
nocet Eccleſiæ, ſed non in faciendo benè facit ad
prædicta, ad quod notat Angel.* in l. honorum, ff.
rem rat. habere, *ubi concludit quod Procurator non
poteſt renunciare inſtantiæ cauſæ propter utile jus
quod eſt acquiſitum Domino juxta legem*, in cauſa,
§. fin. cum ſeqq. ff. de Procuratoribus. *Ad hoc
etiam quod notat* Bart. in l. fin. in princip. ff. quæ
in fraudem creditorum, *ubi voluit quod Procura-
tor non poſſit renuntiare exceptioni peremptoriæ vel
dilatoriæ temporis & notat etiam Innocent.* in cap.
1. de depoſit. *& Joannes Andreas & alii poſt eum*,
in cap. 2. de donation. *ubi concludunt idem etiam
eſſe in prælato.*

Ubi etiam diſputat an adverſus renuntiationem
† iſtius à Syndico factam competat univerſitati in 22
integrum reſtitutio, & reſolvit abſque dubio com-
petere, & adducit pro hac ſententia text. quem
dicit expreſſum, *in cap.* 2. *de in integrum reſti-
tutio. in* 6. & doctrinam Angel. *in l. certum, §. in
populo, ff. de confeſſio.* Illud tamen advertas ve-
lim quod ex citatione facta Syndico vel Procu-
ratori univerſitatis, ipſa univerſitas non conſti-
tuitur † in contumacia, debet enim congregari 23
Concilium, prout moris eſt, & ita firmat Bald. *deciſ.*
60. Villalobos *in ſuis communibus opinionibus verb.
univerſitatis nu.* 44. & in noſtro regali Conventu,
ita praxi receptum invenimus ſi quidem libellus † 24
cujuſcumque actionis contra univerſitatem &
oppidum in curia intentatæ, debet intimari
concilio vel ejus Decurionibus, alias non proce-
dit & occurrit lis & ſuſtentari præcipitur & ſi in-
timatione facta, Syndicus conſtitutus non fue-
rit, quilibet ex Decurionibus poterit nomine
univerſitatis agere, & expediri ex Bart. *in l.*

*Procuratores*, *Cod. de Decurionibus lib.* 10. Si au-
tem nullus pro univerſitate vel Populo reſponde-
rit, in contumacia univerſitatis lis ſequitur & con-
tinuabitur uſque ad ſententiam diffinitivam, quæ
etiam ipſi concilio legitimè congregato erit i:ti-
manda, alias verò poterit lis in ſecunda inſtantia
agitari.

Quin imo officio Judicis compelli poſſe univer-
25 ſitatem † Syndicum conſtituere, Franciſcus Curt.
*in l. 2. §. hoc etiam num. ult. Cod. de jur. juran-*
*do*, & ibi etiam Bald. *num. 2. & in l. cum conſtitut.*
15. *Cod. de teſtamenti man. & in l. civitates*, 8. *ff.*
*quod cujuſque univerſitatis nomine*, & ratio ea aſſi-
gnari valet, quod Reſpublica, & univerſitas æ-
quiparantur pupillo, *l. 3. Cod. de jur. Reipubl. lib.*
11. *lib.* 10. *tit.* 19. *part.* 16. & quemadmodum,
quando agitur contra pupillum actor poteſt pe-
tere, & debet quod cnnſtituatur eidem pupillo
tutor ſeu curator, ſive defenſor, *l. 3. §. fin. ff.*
*qui petunt tutores*, ita quando agitur contra uni-
ve ſitatem poteſt, & debet petere actor ut con-
ſtituatur Syndicus, & imputabitur actori ſi non pe-
tierit, *l.* 1. ubi Bart. *Cod. de jur. Keip. lib.* 10.
Nicolaus Loſius ubi *ſuprà 2. p. cap. 1. n. 5.* Syndicum
verò lege conſtitutum poterit revocare univerſi-
tas; ut notat Angel. *§. fin. in conſtituta de Pro-*
*curatorib.* Franciſc. Marc. 602. *in fin.*

Syndicus verò univerſitatis non ſolum poteſt no-
26 minari † à concilio ad lites movendas & pertra-
ctandas, verum ad obligandum univerſitatem, &
ſingulares perſonas & Reip. bona ſingularium vi-
cinorum, ut latiſſimè tradit Jaſo *in l. civitas*, *n.*
9. *cum ſeqq. ff. ſi certum petatur.* Rip. *in l. ſi is*
*qui bona*, *num. 6. ff. de pignorib.* additio ad Ab-
batem *in cap. cum omnes num. 6. lit. G. de conſti-*
*tution.* Bald. *conſ.* 117. *alias*, 165. *vol.* 2. Bart.
*in l. donationes*, *num. fin. Cod. de donat. inter vir.*
*& uxorem.* Jaſ. *in l. ſi ſe non obtulit*, *num. 23. cum*
*ſeqq. ff. de jur. jurand.* Angel. *in §. fin. inſtitut. de*
*curatoribus.*

27 Et Syndicus univerſitatis tranſigere † poteſt in
cauſa dubia, obſervat Decius *conſ. 297. col. fin.*
*in* 1. *dub.* Socin. *in conſ. 95. col. 2. poſt medium*,
*lib.* 3. qui loquitur in compromiſſo, quos refert
& ſequitur Cravet. *conſ. 238. num. 9. vol.* 1. &
eſt textus elegans in propoſito, *in l. 24. num.* 4.
*part.* 3. & ibi gloſſ. *verb. in perſonero* & ita ego
obſervavi, *in dict. tract. de paſcuis cap.* 11. *nu.*
35. ubi per argumenta & rationes apertè demon-
ſtravi, in quibus cauſis talis tranſactio in lite ſu-
per rebus univerſitatis facta & in alienatione bo-
norum cujuſcumque oppidi abſque Regia facul-
tate ſubſiſtere poſſit & quando ea indigeat.

Cum tamen Syndicus tam in tractandis juri-
bus populi habeat manum & frequenter in con-
gregationibus conciliaribus vulgo *Ayuntamiento*
adeſſe debeat, & aditum ſibi præbere Decurio-
nes non poſſunt, ejus enim præſentia ibi deſide-
ratur, ut ambitioſis ac Decurionum petulantibus
decretis bonoque publico adverſis viriliter reſi-
ſtat, contradictionem faciat, & ſi oportuerit ad
ſuperiorem appellationem emittat; quia ob hoc
defenſoribus Reipublicæ æquiparatur, ut *in l.*
*penult. Cod. de defenſoribus civitatum*, notat Bo-
bad. *lib. 3. politicor. cap. 4. num. 41. lit. B.* uti-
que non poterit locator eſſe, ſed ut aptius loquar
conductor proviſionis carnium Reipublicæ, ut ca-
vetur *in l. 3. tit. 5. lib. 7. novæ recopill.* nam licèt
ejus deciſio expreſſam in perſona Syndici, vel Pro-
curatoris Generalis prohibitionem non faciat, ta-
men ob identitatem rationis, & quia eadem dam-
na circa perſonam Syndici, quæ circa Decuriones
& alios officiales expreſsè prohibitos perpendi, &
conſiderari poſſunt, eadem debet prohibitio in-
telligi, præſertim in Republica ubi tota fraus eſt
excludenda, & alias mirabiliter prænotavit Mar-
tianus *in l. ſi quis adulterium*, 33. *ff. ad l. Juliam*
*de adulteriis*, ibi: *verbis non tenetur*, ſed tamen
dicendum eſt ut teneatur ne fraus fiat, *l. hoc mo-*
*do*, *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* ibi:
*Legem enim utilem Reipubl. adjuvandam eſſe in-*
*terpretatione legis benignius ff. de legibus*, ibi: *be-*
*nignius leges interpretandæ ſunt quo voluntas*
*conſervetur*, Bart. *in l. quemadmodum*, *num.* 4.
*Cod. de agricolis & cenſit. lib.* 11. Decius *conſ.*
64. *num.* 1. *& conſ.* 372. *num.* 9. Jaſ. *in l. ſi fi-*
*lius familias*, *num. 7. ff. ſi certum petatur*, Al-
ciat. *in l. 4. §. cati num. 146. ff. de verb. obliga-*
*tion.* Didacus Perez *in additione ad ſeguram. in l.*
*Imperator. num. 140. verſic. & legem*, *fol. 126 ff.*
*ad Trebell.* Sarmient. *in l. 1. ſelectarum cap. 22.*
*num. 6. in fin.* Menoch. *lib. 2. in fin. uſu frequent.*
*cap. 39. num. 13. & 14. fol.* 132. quam reſolutio-
nem & extenſionem dictæ legis amplectitur Ca-
ſtill. de Bobadill. ubi *proximè*, *num.* 45. licèt
Azeved. *in dict. l. 3. num.* 2. contrarium defen-
dere conatus fuerit, & *in fin. cogitandum* reli-
querit.

Syndici autem creatio † regulariter per unum 28
tantum annum durationem habet, ut *in authen-*
*tico de defenſoribus civitatum in fin.* ibi: *Sed uſ-*
*que ad hoc totum extet tempus.* quæ verba licet in
illo textu loquantur, in Regno de biennio Hiſpa-
niæ (ubi annalia ſunt officia electionis) de uno
poterunt expendi & intelligi anno, & reelectio hu-
jus officialis non poterit fieri, etiamſi major aſſiſtat
ſuffragiorum pars, niſi omnes conveniant, ut *in*
*dict. authentico de defenſoribus civitatum in fin.* ibi:
*ſed uſque ad hoc ſolum ſtet tempus*, *niſi cuncta ci-*
*vitas*, *reluctante nullo elegerit eum*, qui textus ad-
huc ſingularis eſt ſecundum Bart. *in l. omnes po-*
*puli num. 16. in fin. ff. de juſtit. & jur.* Roman.
*ſingul.* 662. incipit *ad eligendum*, *& ſingul. 96.*
*haberi fuit conſultus & conſ.* 352. & Athenis † 29
ſancitum ſtetit, ne cui iterum Syndicum fieri li-
ceret crearive à populo, ne Syndici munera ad
publicam utilitatem inventa verterentur in quæ-
ſtum compendiumque privatorum, ut tradit Pe-
trus Gregor. *in ſyntagmat. jur. 3. part. lib. 49.*
*cap. 5. num.* 3. & in reelectione aliorum officia-
lium ita obſervavit gloſ. *in l. neminem*, *Cod.*
*de ſuſceptor. & arcariis*, *lib.* 10. Felin. *in l. cum*
*omnes de conſtitut. num.* 18. Jaſ. *in l. & ſuum hæ-*
*redem*, *à num. 8. cum ſequenti*, & *in l. juris gen-*
*tium*, *§. fin. limitat.* 5. ubi Angel. *in fin. ff. de pa-*
*ctis*, Tiraquel. *in l. ſi unquam in princip. numer.*
24. *Cod. de revocat. donat.* Conrad. *in curialbre-*
*via*, *lib. 1. cap. 10. in tract. de Decurionibus*, *n.*
50. Rip. *de peſte tit. de remediis ad conſervan-*
*dam ubert. num.* 21. Socin. *in regular. 143. ff. ad*
*legem ſecundam*, Boërius *deciſ. 149. an res*, *nu-*
*mero* 5. Joan. Andreas *in cap. cum olim.* & ibi:
Bart. & ſpecialiter in reelectione Syndici uni-
verſitatis, Vincent. de Franq. *deciſ. 210. & de-*
*ciſ. 264. part.* 2. Paſchalius *de viribus patriæ*
*poteſtatis*, *4. part. cap. 10. numero* 8. Maſtrill.
*deciſ. Siciliæ* 188. *numero* 6. Riccius *collect.*
316. & à nobis jam latiùs dictum manet.

Et huic Syndico ſeu Procuratori Generali
Concilii debet aſſignari † Salarium de propriis 30
bonis civitatum & oppidorum, ut *in cap. uni-*
*co de Syndico*, docet Joan. Garcia *de expenſ.*
*cap. 20 num.* 13. Bobad. *lib. 5. politic. cap. 4.*
*num.* 62.

Sed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

31 Sed ad inſtar Syndici univerſitatis ſeu Procuratoris Generalis Concilii, pleriſque in locis inveniuntur & creantur alii officiales Reipublicæ, qui Jurati dicuntur, & in multis, Tribunis populi Romani aſſimilantur, & in aliis differunt. Et Tribunorum munus prius erexit Romulus; ( tanta enim eſt vanitas ) ut docet Valentinus Foraſterius, *in hiſtor. jur. civilis Romani cap. de Romul. lib.* 1. *cap.* 11. *verb. Roman. de verb. juris in diſcrepatione Magiſtratus Romanor. pag.* 445 *cum ſeqq.* de quorum officio, & munere plurima tradit Diodorus Siculus *lib.* 6. Livius *in* 2. *dec.* D. Auguſt. *l.* 2. *de civitate Dei cap.* 18. & videndus eſt text. *in l.* 2. §. *eiſdem temporibus de orig. jur.* Petrus Gregor. omninò videndus 3.*part. ſyntagmat. lib.* 47. *cap.* 34. *per totum.*

32 Et præcipua tribunorum † vis & poteſtas in contradictione decretorum quando Reipublicæ actum habet, conſiſtebat, ut tradit Gellius *lib.* 13. *cap.* 12. ibi: *non dicendo, nec cauſiſque re inquendis de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis quibus præſentes fuiſſent, ut injuria quæ coram fieret arceretur, ac propterea jus ad ſe vocandi adeptum, quoniam ut vim fieri, vetarent aſſiduitate eorum, & præſentium oculis opus erat. Unde* l. duodecim tabularum *cavebatur plebs quod contra ſe auxilii ergo decem crearet tribunos ejus ſumptu, quodque his prohiberent quodque plebem rogaſſent, ratum eſto*; & Plutarchus *problemate* 79. ibi: *Nam poteſtatem Magiſtratus, & nimiam licentiam comprimere tribunitiæ poteſtati ac licentiæ fas erat hæc & ſimilia ab his diſcantur qui rebus inveniendis ſtudeant Tribunatus: Cum autem ex populo originem ducat, populare in primis videatur, reliquis civibus parem ſe gerere, & omni cultu & victu infirmis civium comparare; magnitudo enim ac moles conſulem decet, & Imperatorem, Tribunum verò, quemadmodum Curtius dicere ſolebat, abjectum eſſe, nec aſpectu gravem, nec auditu difficilem, ſed facilem ac multitudini commodum, & tractabilem. Unde nec Dominis Tribunitiæ januam claudi mos erat, ſed ſemper tanquam portus quidam & perfugium quibus opitulandum eſſet, verum quo humiliori corporis habitu deprimeretur, eo magis vi ac poteſtate augeretur communem tribuni uſum ac nomine ſecundum unum poſtulant, honorem autem ſacroſanctum*, eleganter Petrus Gregor. ubi *ſuprà num.* 22. ibi: *plebis autem Tribuni erant illi quibus plebs commiſſa nominatim erat, ejuſque defenſio contra Patrum conſilium Patriciorum, & aliorum Magiſtratuum, injurias & oppreſſiones.*

33 Unde Juratorum munus cum antiquis † Tribunis plebis convenit, quia illi pro defenſione plebis, ut nuper oſtendimus, conſtituebantur, & ne gravarentur à Patribus ſeu Conſulibus, eodem modo Jurati iſti & quilibet eorum in parochia ſua habet curam plebis & ſollicitus debet eſſe ut non fiat alicui plebeio gravamen. Deinde quemadmodum ſi Senatuſconſulta non pla-
34 cebant † tribuni plebis interdicebant, ut reformarentur, ita ſimiliter Jurati noſtri temporis ſi decreta Concilii ſui Decurionum nociva perſpexerint, poſſunt & debent inſtare ut revocentur, quod ſi adeo eorum contradictio ad hanc revocationem ſeu reformationem faciendam non ſufficeret, protinus debent ad Superiorem appellare, & ibi cauſam ſequi: & ita fit quotidie in hac Pinciana urbe à Procuratoribus Generalibus qui vocantur *del commun*; loco Juratorum habentur, & quia à talibus decretis appellationem ad Curiam Regiam interponunt, ubi quoties expedit, revocantur, ſin autem juſta ſint, approbantur, & ad executionem perduci jubentur, unde quemadmodum Tribunis nec unum diem ab urbe abeſſe licebat, & domus eorum die ac nocte apertis foribus patebat ut auxilio plebis ſemper locus foret, ita nec Jurati abeſſe debent, ut hæc & alia proſequitur Azeved. *in additionibus ad curiam Piſanam, lib.* 1. *cap.* 26. & *n.* 4. & aliqua de officio Juratorum expendit & congerit Didacus Perez *lib.* 7. *ordinamenti regalis, pag.* 412. *colon.* 1. *in fin. cum ſeqq.*

Et pro horum officialium Reipub. munere eſt
attendenda & obſervanda † deciſio text. *in l.* 10. 35
*tit.* 1. *lib.* 7. *novæ recopillationis*, quæ ita ait: *Por que los Jurados que ſon de las parrochias en algunas Ciudades, Villas y lugares de nueſtros Reynos puedan mejor adminiſtrar ſus officios y dar buena y venta dellos ſean tenidos de morarymoren en las parrochias y colacione do ſon Jurados, o a lo menos bien cerca de las dichas Parrochias, y ſino lo ficieren ſiendo requeridos por ſus parrochianos puedan elegir los tales parrochianos otros Jurados en lugar de los que anſi lo hicieren* & idem cavetur *in l.* 14. *tit.* 2. *lib.* 8. *novæ recopill. cap.* 8. *verb. anſi miſmo.* Et in aliquibus Civitatibus noſtri Regni eriguntur & creantur iſti Jurati, & ad inſtar Decurionatus eorum officium quandoque perpetuum, eſt ceſſibile & renunciabile, & in civitate Imperiali ( cujus lites in hac Regali Cancellaria uſus advocatus perago ) eſt Concilium Juratorum diſtinctum à concilio Decurionum, ut prænotavit Doctor Francus de Piſa *lib. Hiſtoriarum Toleti, cap.* 35. ibi: *de mas deſta congregacion de Regidores ay otro que llaman Cavildo de Jurados en que a de aber por lo menos cinco Jurados, ſin que aſſiſta la Juſticia, ni Regidor alguno, y ſe junta por los menos el ſavado de cada ſemana per ordenacion de la Reyna Catholica Donna Yſavel, para tratar las coſas que combienen al bien commun, como Procuradores Generales que ſon de la Republica: y el poſtrero ſavado del mes de febrero, cada anno eligeren entre ſi por votos dos mayor domos que tienen aquel anno primervoto, y pueden llamar, y acer ajuntar el Cavildo cada bez que conbienen, preſidiendo el mas antiguo dellos en los nombrados, un Regidor y un Jurado; ſon* 54. *Jurados del numero que ſolean ſer quarenta y dos por las Parrochias latinas y mucarades, acomodando a cada una un Jurado, dos o mas en eſta forma, &c.* & ibi: *que ſon por todos* 54. *los quales veran en provecho y vien de la Parrochia de que ſe toma el nombre del Jurado, y de ayudar al remedio de los pecados publicos, y al bien de los pobres, eſtos Jurados ſe preſentan ante el Corregidor en ayuntamiento donde azen el juramento aoſtumbrade puede ſe eſte officio renunciar ſin demandar licenzia al Rey, viviendo los veinte dias del derecho &c.* & ibi: *los officios de Jurado ſe ſolean antes de agora proveer por votes de los Parochianos en la Parrochia a donde vacavam con authoridad del dicho Cavildo que nombra para ello* 12. *Jurados y los mayor domos que ſe hallaran preſentes, en la tal election, y tenia voto en ella juntamente con los Parrochianos.*

Et in Regno Aragonis ab antiquo † duode- 36
cim fuerunt Jurati, qui cauſam publicam tuebantur, quouſque ad ſedandas crebras plebis altercationes temporibus Regis Ferdinandi ad numerum quinarium fuerunt reducti, ut teſtatur Zurita, *lib.* 12. *Annal. Arag. cap.* 40. *part.* 3. & de



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pluribus rebus maximi momenti ab eis in Regno celebratis, & pro communi bono viriliter patratis perlegi poterit, *tom.* 2. *lib.* 7. *fol.* 102. & 4. *tom.*
37 *lib.* 1. *cap.* 10. *fol.* 14. Et quanto honore † in illo Regno Jurati iſti ſemper habiti fuerint, pluribus in locis repetit Zurita, ex magnificentiſſimo ingreſſu & aditu quem temporibus Ferdinandi V. Regis Catholici, ut nomine Regni Aragonis deoſcularetur manum & genua flecteret, fecit quidam Juratus in hac Pinciana urbe, apertè colligi poteſt, uti refert idem Zurita, 6. *tom. lib.* 7. *cap.* 1. *fol.* 54. ibi: *Y notaron por cauſa mui nueba aver entrado en Valladollid Jurado primero de Saragoza con gran acompanamiento de los Cavalleros Corteſanos y Aragoneſes que iba con un ropa de raſos carmeſi, y con ſus maças delante, y con los otros officiales que ſuelen acompannar aquel magiſtrado en Ciudad, y fueron el y Pedro Torilles y Juan Thomas Sanchez en nombre de eſta Ciudad con la ceremonia que ſe acoſtumbra a beſar la mano a la Reyna ſu hermana.*

---

## CAPUT IX.

### De Procuratoribus Curiarum, quos dicimus *Procuradores de Cortes.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Rex Hiſpaniæ vel ejus Prorex & locum Tenens, quoties ita expedire putaverit, poteſt Regnum congregare, & civitates Regni Capita ad Curias & conventus convocare.*

2 *Princeps in arduis rebus, ut feliciter peragantur, Concilium rogare debet.*

3 *Convocantur per Procuratores omnes Regni civitates in locum à Rege deſignatum, quotieſcumque ratione alicujus magnæ rei, aliquid eſt decernendum & ſubſidii aliquid à Regno impendendum.*

4 *Curiæ antiquiores quo tempore, & quo in loco habitæ fuerint?*

5 *Curiæ, uti uſu & more receptum fuit, convocantur ad quamlibet Regis Coronationem ut præſtetur juramentum fidelitatis & vaſſallagii.*

6 *Curiæ non ſemper in uno eodemque loco, ſed ubi Rex convocationem facit, ſolent celebrari, & ſemper Curia Regni caput vocatur.*

7 *Procuratores ſuos Civitates & Villæ Regni ſolent mittere ad Curias celebrandas.*

8 *Civitates quæ Procuratores ad Curias mittere ſolent, recenſentur, ordoque ſedium & vocum adducitur.*

9 *Litigium & competentia in ſede & voce in Curiis inter cives Burgenſes & Toletanos*, ibi *inſeruntur hiſpano ſermone.*

10 *Procuratores ad Curias mittendi, & nominandi ſunt per Civitates & alias communitates, vel domus aut familias ad quas talis nominatio conſuetudine vel immemoriali aut aliquo ſpeciali privilegio ſpectaverit.*

11 *Procuratores Curiarum nominandi quibus animi dotibus exornati eſſe debeant?*

12 *Equites ſancti Joannis de Maltha, an poſſint eſſe Procuratores Curiarum*, remiſſivè.

13 *Procuratores Curiarum non ſunt nominandi qui aliquo Reipublicæ debito aſtricti ſunt.*

14 *Procuratores Curiarum non debent eſſe pauperes, ſed potius divites.*

15 *Procuratorem Curiarum nullum ex plebeiis eligendum eſſe, nec quemquam ad tale officium conſequendum, literas Regias impetrare poſſe, ſumma cura ſtabilitum fuit.*

16 *Procuratoris procurari officium prohibitum eſt.*

17 *Litteris motu proprio à Rege vel principe miſſis, ut civitas eligat quem nominaverit, parendum eſt.*

18 *Rex poteſt tollere Civitatibus facultatem eligendi Procuratorem Curiarum, & ipſe motu proprio eligere quem maluerit.*

19 *Adminiſtratio bonorum Reipublicæ regulariter ad Decuriones in ſua quaque Civitate pertinet; ſed verus gubernator eorum & Dominus Rex eſt.*

20 *Litteras Regias ad perſonam officio Procuratoris aptiſſimam, Regem miſſurum credendum eſt.*

21 *Procurationes Curiarum ne emantur, meritò ſancitum fuit.*

22 *Fidelitatem officii proſternunt Procuratores qui Procurationes ſuas emunt.*

23 *Procuratoris in electione facta, ſi aliqua inita fuerit diſcordia, quid agendum ſit proviſum extat*, in leg. 6. tit. 7. lib. 6. novæ recopill.

24 *Procuratores Curiarum mitti debent cum ſufficienti mandato & inſtructione Civitatis, nec in quovis caſu fas illis erit Cancellos egredi.*

25 *Procuratores Curiarum nihil præter mandatum facere poſſunt, etiam in rebus notoriè utilibus Civitati ſive Regno.*

26 *Tributorum in conceſſione, an Procuratores Curiarum neceſſariò debeant intervenire & conſentire, an autem illorum præſentia & communicatio in vim conſilii & deferentiæ tantum exquirenda ſit.*

27 *Expenditur pro aſſenſu neceſſario Procuratorum, textus*, in leg. 1. tit. 7. lib. 6. novæ recopill. *qui ibi adducitur.*

28 *Rex quoties neceſſitas publica poſtulaverit, ex ſua autoritate & juris diſpoſitione, ſine alio interventu, non ſolum de perſonis, ſed de bonis Vaſſallorum jure hæreditario adjutorium & ſubſidium expoſcere poterit.*

29 *Regia Majeſtas in corporalibus nullum recognoſcit Superiorem.*

30 *Donatio non eſt quod à Vaſſallis tempore neceſſitatis publicæ tribuitur, & ſolutio debiti Regalis à Procuratoribus facta*, & num. 31.

32 *Militare expenſis Regni communibus Princeps poterit, ſi reditus Regni & exactiones conſuetæ non ſufficiant.*

33 *Imperii deſtructio ſequitur ſi minuantur fructus quibus Reſpublica ſuſtentatur.*

34 *Intelligitur deciſio textus* in leg. 1. tit. 7. lib. 6. recopill. *qua in re procedat.*

35 *Petri Fernandez Navarret. diſcurſui politicorum reſpondetur & ſatisfit.*

36 *Major vir publicus in bona juriſprudentia prævalet & præponderat minori.*

37 *Hoſpitia condigna præſtanda ſunt Procuratoribus dum in Curiis aſſiſtunt.*

38 *Procuratores dum aſſiſtunt Curiis, non poſſunt per illud tempus capi nec detineri pro debitis.*

CUm autem de Syndico ſeu Procuratore univerſitatis, & Juratis cujuſque oppidi in ſuperiore cap. à nobis actum ſit, quorum officium

& mi-

& miniſterium inſtitutum eſt, bono ſemper Rei-
publicæ providere, lites utiliter agere, commo-
da perficere, decretis Superiorum iniquis ſeu præ-
judicioſis libenter obſiſtere (ut dictum manet)
ex ante dictis conſentaneum, & à fine eſt, ut
conſequenter in hoc cap. circa Procuratores Re-
gni & civitatum, qui cum mandato, ad Curias
Regis ſolent vocari & noſtro hiſpano ſermone
*Procuradores de Cortes*, nuncupantur, verba fa-
ciamus. Pro cujus rei dilucidatione, illud noſſe
1 oportet quod invictiſſimus † Rex noſter quotieſ-
cumque id expedire putaverit, vel ejus Prorex
& locum Tenens ſpeciali poteſtate, poteſt Re-
gnum congregare, & civitates Regni Capita ad
Curias & Conventus convocare ex Angel. *in l.
apertiſſimè*, *in* 1. *notabil. Cod. de Judiciis*,
Calvus *de fiſco dubit.* 8. *num.* 28. *& in extravag.
curia*, *cap.* 4. & Olivan. *de jure fiſci cap.* 6.
*num.* 18. Caved. *deciſ.* 3. *p.* 2. Fontanel. *de pa-
ctis nuptialibus*, *clauſ.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 36. & ibi
Boërius.

Cum itaque in arduis Princeps debeat, ut fe-
2 liciter omnia peragantur, † conſilium ſemper ro-
gare & expoſcere, ut per exempla tradita; Eſt-
her. *cap.* 1. ibi: *interrogavit ſapientes qui ex mo-
re Regio ei aderant*, *& illorum faciebat cuncta con-
ſilio*; *ſcientium leges ac jura majorum*, & ita Theo-
doric. *apud Caſſiodorum*, *lib.* 6. *epiſt.* 6. ibi: *De-
clarationis noſtræ conſilium virorum prudentium*,
*requirit obſequium*, *ut utilitatis publicæ ratio ſa-
pientiæ miniſterio repleatur*, & habetur *Prover-
bior. cap.* 15. ibi: *diſſipantur cogitationes*, *ubi non
eſt conſilium: ubi verò plures ſunt conſiliarii con-
firmantur:* unde Alphonſus II. Rex Hiſpaniæ in
Curiis Matriti celebratis, ita ait: *Coſa digna es
a la Real magnificencia*, *ſegun ſu loable coſtumbre
tener tales Barones de Conſejo cerca de ſi*; *y ha-
cer y ordenar todas las coſas por Conſejo de los ta-
les*, & plura in propoſito tradit Ferdinand. Loa-
ces, *in allegatione pro Marchione de los Vellez*,
1. *dubit. p.* 7.

Quotieſcumque ratione vel eminentis periculi
3 aut † incendii vel alterius magnæ rei, eſt quid
decernendum pro certo, aut cum eſt aliquid mu-
neris, ſervitii, aut ſubſidii impendendum à Re-
gno, & Vaſſallis, convocantur omnes Civitates,
ut per Procuratores ejus in loco à Rege deſi-
gnato in unum conveniant, ut ibi in præſentia
Regis conferatur, & agatur, quod in contingenti
cauſa faciendum & exequendum ſit: & congre-
gationes iſtæ ſeu conventus in noſtra Hiſpania
Curiæ, vulgo dicuntur *Cortes* & à tempore Ro-
manorum originem habent, ut *in cap. de prohi-
bit. feudi alienatione*, per Federicum tradit De-
lug. ubi Sa *Rubric. in princip.* & ibi Borellus *ad-
dit. nihil de Banitat. part.* 1. *ſecundi temporis*,
*quæſt.* 56. *circa med.* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 306.
*ff. de origine juris*, Afflict. *in conſtitutione ſtatui-
mus*, Calcan. *in extravagant. Curiarum*, *cap.* 2.
*verſic. tertium probatur*, Caved. *de ſeſſ. in part.*
2. Gutierrez *de tutelis*, *part.* 1. *cap.* 18. Surg.
de Neapol. *capit.* 11. *numero* 24. & Romani con-
ventus hos comitia appellabant, Galli verò, &
Germani Dietam communiter appellant, Ma-
ſtrill. *lib.* 2. *de Magiſtratibus*, *cap.* 5. *nu.* 2. *cum
ſeqq.* Et quid ſit Dieta, & quæ perſonæ in ea
congregentur in Germania, refert Pater Pruden-
tius de Sandobal Epiſcop. Salpitonenſ. *in Chro-
nica Caroli V. Imperatoris*, *lib.* 26. §. 7.

Et antiquiores Curiæ poſt Roderic. ultim. Go-
4 thorum Regem in Regno Legionenſi factæ † fue-
re, tempore Sancii cognomento, *el Gordo*, ad
quas ejus juſſu & convocatione in urbem Legio-
nenſ. inter alios præſtantiſſimos Heroes & Pri-
mates, venit fortiſſimus, & non ſatis unquam
laudatus Religione & pietate præſtantiſſimus vir,
Chriſtiani nominis defenſor ſtrenuus, Saraceno-
rum flagellum & fatale exitium Comes Fernan-
dus Gonzalez, qui tunc temporis Regno Legio-
nenſi, cum comitatu Caſtellæ ſubditus erat, ut
tradunt pater Marian. Zamalloa Garibay, &
aliis Chronicæ noſtræ Hiſpaniæ, & noviſſimè
Carrill. *in ſuis annalibus*, *lib.* 63. *fol.* 226.

Poſt verò & alias Curias celebratas Toleti ab
Alphonſo VI. qui civitatem hanc è manu & fau-
cibus Maurorum liberavit, confectas invenio an-
no Domini 1095. in quibus vulgo traditur ſatis-
factum fuiſſe Roderico de Vivar, pro injuria &
contumelia filiabus ſuis, per Comites ſeu Infan-
tes Carrionenſes facta, quorum meminit Doct.
Piſa *lib.* 3. *hiſt. Tolet. c.* 35. Hiſtoriam, in gene-
rali Hiſpan. referens.

Ob quod in eis agitatum, & concluſum, an
à veritate prorſus alienum ſit, non ego dicam qui
Carrione natus teſtis ſuſpectus aliquibus videri po-
tero ut pro amore patriæ naturaliter omnibus in-
ſito oſtendit Rex Rodericus *apud Caſſiodorum*,
*lib.* 1. *epiſt.* 21. ibi: *unicuique patria ſua carior
eſt*, *dum ſupra omnia ſalvum fore quæritur*, *ubi
ab ipſis cunabulis commoratur*; *aves per aëra va-
gantes proprios nidos amant*; *& erratiles ad cu-
bilia dumoſa feſtinant*; *voluptuoſi piſces per cam-
pos liquidos tranſeuntes tabernas ſuas indagatio-
ne perquirunt*, & *dict. lib.* 1. *epiſt.* 4. ibi: *Quan-
do dicuntur augmenta patriæ reddunt qui aulica
poteſtate creverunt*, & *lib.* 3. *epiſt.* 10. *quia no-
biliſſimi civis eſt patriæ ſuæ augmenta cogitare*, *&
pugnare pro patria optimum eſt*, ut ait Ariſtotel.
*in* 6. *ibi Rhetor.* Plura Chaſſaneus, *in Catalog. glo-
riæ mundi* 1. *part. conſiderat.* 6. Fonſeca *in lib.
de amore*, *cap. fin.* & verius antiquorum teſti-
moniis, & illuſtribus hiſtoriarum & monumento-
rum inſtrumentis, evidenti & omninò conclu-
denti diſcurſu pro nobilitate ac fidelitate Comi-
tum, ac Infantium Carrionis, & falſo ac men-
tito mendacium expellendo reſpondeant & pere-
leganter viri graviſſimi Pater Antonius de Ye-
pes *in Chronica ſancti Benedicti*, *tom.* 6. *cap.* 3.
*per tot.* Abbas ſancti Joannis de la Penna *lib.*
4. *cap.* 13. Carillo *ſuper annalium libro* 4. *ſub an-
no* 1099. *fol.* 261. Didacus *in comitibus Barce-
noniæ*, *lib.* 2. *cap.* 85. & per ipſum ſentire &
aſſentire videntur, D Piſa ubi *ſuprà* & Mariana
*in Chronica Hiſpaniæ* ſub Alphonſo VI. *lib. cap.*
quod *in libris de antiquitate Carrionis* Patriæ
meæ, quam Deo annuente Hiſpano ſermone ad-
diturus ſum, apertè demonſtrabo.

Sed & plures aliæ Curiæ (ut arbitror tempo-
ribus Pelagii) Alphonſi Catholici & Alphonſi
Ramiri primi & ſecundi, abſque dubio fuerunt,
quis enim hæſitare poterit; quæ ad tot bella,
incendia & apparatus firmandos, omnes nobiles
Regni & cæteri civitatum, & oppidorum Pro-
curatores, Regis juſſu prius veniebant & con-
gregabantur; itaque ſemper uſu receptum fuit
& more uſurpatum quod ad quamlibet Regis
Coronationem & juramentum fidelitatis & Vaſ-
ſallagii præſtandum convocantur † hæ curiæ, 5
ut ſucceſſione Regni Alphonſi VI. Imperato-
ris Toleti, traditum reliquere omnes Chroni-
ci, & Hiſtoriographi ſuprà relati, & ab illo
tempore uſque ad præſens, ita per dictum tempus
& an-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& annum 1632. ad juramentum præſtandum cu-
riæ fuerunt Matriti convocatæ, ubi Dominus
Balthaſar Carolus hujus nominus primus, magni
Philippi quarti, invictiſſimi Monarchæ, & Catho-
licæ meæ Auguſtæ D. Eliſabeth de Borbon,
Chriſtianæ Religionis & Catholicæ fidei prote-
ctorum, Regum Hiſpaniarum, & novi orbis Pri-
mogenitus fuit Princeps ſolemniter juratus.

Et ad negotia pleraque Regni præſtanda hoc
anno 1632. fuerunt ibi Curiæ factæ, in quibus
quod noviter fuerit ſtatutum ſive ſancitum, ex
eis quæ ipſi mandata ſunt perſpici poterit. Hæ
6 autem Curiæ † non ſemper in uno loco, ſed
ubi Rex convocationem facit, ſolent celebrari;
& ſemper Curia caput Regni vocatur, ut *l. 1.
in princip. tit. 4. part. 3.* & locus quilibet ubi
Rex aſſiſtit, ut *in l. 27. tit. 9. part. 2. & tit. 7.
lib. 6. novæ Recopill.* & ad Curias celebrandas ci-
7 vitates, & villas hujus Regni mittere † ſolent
ſuos Procuratores, ut *in l. 1. tit. 7. lib. 6. novæ
Recopill.* & quamvis ille textus loquatur de omni-
bus oppidis, ut patet ibi: *Procuradores de todas
las Ciudades, Villas y lugares deſtos Reynos*, ta-
men civitates quæ habent ſuffragium & vocem
ac ſedem in Curiis Regalibus ſunt ſexdecim &
duæ Villæ, & earum nomine conveniunt 36.
Procuratores, ut refert Didacus Perez, *in l. 1.
tit. 11. lib. 2. ordinament. Reg.*

Civitates autem quæ mittunt hos Procuratores
8 † ſunt hæ: Civitas Burgenſis, quæ habet pri-
mam vocem, & ſedem in Curiis habere intendit
& tentat; & lis adhuc indeciſa manet inter ip-
ſam Civitatem Burgenſem & Toletanam, ob-
ſervato tamen quodam medio, per Alphonſum
Regem II. invento, & uſque ad hæc tempora
pro fœdere harum urbium perducto, & cuſtodi-
to, ut infrà latiùs dicemus: Et civitas hæc ſolet
mittere duos Procuratores, qui nominantur ſorte
& eliguntur ex Decurionibus hi qui aptiores re-
putantur, & ferè ſemper rectiſſimè procedunt. Item
Civitas Legionenſis quæ ſecundam vocem, & ſe-
dem habet, & mittit & nominat in Procuratores
duos Decuriones ſorte electos.

Item civitas Granatenſis, quæ tertiam vocem,
& ſedem habet in Curiis, & mittit in Procura-
tores duos Decuriones ſorte electos, qui vulgo
dicuntur *Veinte y quarto*. Item civitas Hiſpalenſis,
quæ quartam ſedem, & vocem habet, quæ mit-
tit Decurionem unum vulgo *Veinte y quarto*, &
unum juratum & utrumque ſorte electum.

Item civitas Cordubenſis, quæ quintam ſedem
& vocem ſortitur, & mittit duos Decuriones vul-
go *Veinte y quarto*. Item Civitas Murciæ quæ
ſexta voce & ſede potitur, mittit duos Decurio-
nes ſorte electos.

Item Civitas Jaen quæ ſeptimam ſedem & vo-
cem habet, quæ mittit duos Decuriones vulgo
*Veinte y quarto*, ſorte electos. Deinde ſubſequi-
tur civitas, & Villa..., quæ mittit duos Decurio-
nes ſecutos per turnum, provenit electio & tan-
git Procuratio: Villa Matriti quæ nominat ſor-
te unum Decurionem, & alterum nobilem E-
quitem, ex una ex Parochiis, cui pro illa vi-
ce per turnum competit: Civitas Zamorenſis quæ
mittit unum Decurionem ſorte electum, & unum
Equitem ex nominatione & creatione communi
Civitatis. Civitas Segovienſis, quæ mittit duos
Decuriones ſorte electos, qui etiam oppidorum
extremorum loquuntur, & vocem habent: Ci-
vitas Salmantica, duos ſorte electos: Civitas
Soriæ, quæ mittit duos Equites, & duodecim
domus quæ vocantur *de los linaje*. Civitas Val-
liſoletana, quæ mittit duos Procuratores, qui
nominari debent ex domibus quæ vocantur *de
los linajes de Tovar, y de Royo*, prout eis per
turnum, attenta antiquitate ingreſſus, & recep-
tionibus in illis domibus, obtingit. Civitas de
Guadalajara, quæ mittit unum Decurionem ſor-
te electum, & alterum Equitem etiam ſorte ele-
ctum inter duodecim, qui ad hoc nominantur,
Civitas de Quenca, quæ mittit Decurionem
unum & alterum Equitem, utrumque ſorte ele-
ctum: Et Civitas Taurina, quæ mittit duos De-
curiones, unum ſorte electum, & alterum nobi-
lem ſorteque electum.

Et ut ſciatis litigium, & competentiam † in 9
ſede, & voce in his Curiis, cujus ſuprà memi-
nimus, inter cives Burgenſes & Toletanam Ci-
vitatem, hìc inſerere volui ad literam, quæ in
propoſito noſtro, hiſpano ſermone tradit D. Piſa
*dict. lib. 2. hiſtor. Toletan. cap.* 30. quæ ita ait:
*Algunas perſonas curioſas han platicado en la ra-
zon que pudo aver, de donde naveſſen eſtas di-
ferencias entre eſtas dos inſignes Ciudades, que
parezen ſer propoſito, y preſupueſto, que mi en-
tencion no es quitar a ninguno ſu preeminencia, y
dignidad, ſolo direlo que hallo eſcrito en las hiſto-
rias cerca deſto.*

*Primeramiente ſi la antiguedad annale nobleza,
Toledo es uno de los mas antiguos lugares de Eſ-
panna ſegun avemos probado, y ſe ſaca de hiſtorias
antiguas, es otroſi muy fuerte, y muy noble en
tiempo de los Gogdos enſalcada con nombre, y di-
gnidad de Cabeza de las Eſpannas, de Ciudad
Real, ſilla y aſſiento de los Reyes, y ſu Prelado
fue entonzes, y es agora el mayor del mundo deſ-
pues del Romano, y ſummo Pontifice, y tiene la
preeminencia de las Eſpannas, y Francia Gotti-
ca, y aun el tiempo que eſtubo en poder de Mo-
ros, fue por ellos en jalçada con titulo real, y de
Cabeza del Reyno, y el Rey della ſe tenia por el
ſegundo Rey de Eſpanna, contando el de Cordoua
por primero a donde por aver venido en perſona
ſu Propheta Mahoma, hicieron los Reyes Moros
deſde principio ſu aſſiento, y oubieron ſu ſilla
Real. Y deſpues que eſta Ciudad volviò a poder de
Chriſtianos Reyes, queriendole reſtituir ſu titulo
antiguo le dieron titulo Imperial como queda pro-
bado por armas, un Emperador ſentado en tribu-
nal. Pues ſi queremos contar por nobleza las gran-
des mercedes, gracias, exempciones, que los Re-
yes Chriſtianos le an dado por mas la honrrar,
y ennoblezer, y en quanto tubierenla en ſu po-
der, y quanto aſſeguro, y acrecento ſus Reales
Eſtados ſeria nunca acavar contarlo en particular,
y pues eſtas, y otras coſas, que a eſte propo-
ſito ſe podrian dezir, ſon notorias y magnifieſtas,
y no es de creer, que el Rey Don Alonſo el On-
zeno las ignoraſſe, ni los otros que puſieron eſto
en competencia, y opinion; veamos que cauſas y
raçones pudo aver de donde eſtas diferencias na-
cieſſen entre eſtas dos Ciudades, fue pues el ca-
ſo que el excelente y magnifico Rey Don Alonſo
el Onzeno deſte nombre hizò cortes entre otras
en la Villa de Alcala, en las quales hubo gran-
des devates, y diferencias entre los Procurado-
res deſta Ciudad de Toledo, y los de Burgos, ſobre
quales avian de hablar primero en ellas, y el Rey
deſſeando poner en ello remedio, y ſatisfacer ambas
partes, y eſcuſar los dannos que ſobre eſtas altera-
ciones podian recrecer, a avido ſobre ello diligen-
te conſejo, dio ſaviamente la ſentencia, que haſta*

oy en

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*oy en eſtas dos Ciudades ſe guarda, conviene a ſaver que el Rey, y los otros Reyes ſucceſſores hablaſſen primero, por que Toledo como ſus patrones, y defenſores diciendo eſtas palabras: Los de Toledo haran todo lo que yo les mandare, y aſi lo digo, yo por ellos, hable Burgos. Con la qual ſentencia todos fueren contentos, y como quiera que eſta determinacion del Rey, verdaderamente fue en aumento y authoridad deſta Ciudad, por querer el miſmo tener ſu voz como ſu ſennor, toda via queriendo embeſtigar la cauſa que le movio a dar eſta ſentencia con eſtos limites: Y tan vien, que cauſa pudo aver de donde nacieſſen eſtas diferencias entre las dos Ciudades, ſe offrecen dos principales. La una es que al tiempo que el Rey Don Alonſo el VI. gano eſta Ciudad de Toledo, los Moros conforme à los conciertos con que la entregaron, ſe quedaron con el Regimiento, y governacion de ella, y los Chriſtianos con una pequenna parte; como avemos dicho donde tenian de por ſi ſu govierno, y Regimiento particular con nombre de Alcaldes Alguaciles, hombres buenos de Toledo, ſin tener nombre de Concejo ni Regimiento y las tartas que emblavan al Rey, ſe llavanlas con el ſello de ſus officiales, y no tenian pendon ni armas publicas de la Ciudad, ſino que cada Rico Home ſaca el pendon de ſus armas, ni lo tubieron aſta, que el Rey Don Pedro les dio el ſuyo, como en ſu hiſtoria ſe eſcrive.*

*La ſegunda cauſa dije que fue lo que pareze por las hiſtorias de los Reyes de Eſpanna, conviene a ſaver que todas olos mas Cortes que hacian deſpues, que eſta Ciudad ſe gano, y no antes las celebravan en Caſtilla la vieja, y en las otras Ciudades, de allende los puertos anſi por la coſtumbre, que dello tenian como por eſtar en medio de las otras Ciudades, y lugares que entonzes poſſeian, y por otra cauſa mas principal, por que caſi todas las cortes, que en aquel tiempo ſe juntavan, eran para moſtrar los Reyes a los Procuradores de las Ciudades las neceſſidades que tenian, y la falta de dineros, para proſeguir las guerras, que hacian a los Moros, o a los otros Reyes comarcanos, y para pedirles, que repartieſſen entre los pechos, y ſervicios, para la proſecucion de ellas, y como los moradores deſta Ciudad de Toledo fueſſen libres de ſemejante pecho y ſervicio, no los llamavan ni ellos embiavan a ellas ſus Procuradores, de manera que no ſe juntavan en corte, ſine lo que tenian conſejo, y contribucion en los pechos, y ſervicio Real, y como durante eſta coſtumbre la Ciudad de Burgos fueſſe mucho mas en alcada y magnificada por el ſennor Rey Don Alonſo el IX. y le fueſſen por el dados titulos de Ciudad Real, y Camara de Caſtilla, parece que por eſta cauſa deſpues de ſu engrandecimiento tubo el primer voto en las cortes donde no ſe ajuntavan ſino las Ciudades de Caſtilla la vieja, y tierra de Campos la qual pareze, que duro ſin contradicion de ninguno haſto eſta Cortes de Alcada, que hizo ajuntar eſte Rey Don Alonſo el Onzeno; en las quales, por que ſe ajuntaron allende los puertos, y ſe tratava de negocio general de todo el Reyno, fue neceſſario que ſe ajuntaſſen todos los Procuradores de las Ciudades de el camo a cauſa tan importante, y por eſto fueron a ella los Procuradores de Toledo, por que la Ciudad de Burgos quiſo gozar de ſu poſſeſſion, y hablar primero, como lo hacian antes; los Procuradores deſta Ciudad lo contradijeron, alegando ſu antiguedad, dignidad, y preeminencia. Y como la Corte ſobre eſto ſe partieſſe en dos van dos y pareceres, el Rey deſſeando no paſaſſe adelante, y por ſatisfazer a ambras partes dio como ſe vio, la ſentencia que avemos dicho; por la qual cada uno penſo que le davan la mayor honrra, y ventaja; Burgos creyendo que hablava primero, y Toledo que ella era la primera, pues el miſmo Rey hablava por ella. Mas a la verdad eſto no ſe puede atribuir a otra cauſa, ſalvo a la grandeza, nobleza, y favor que los Reyes an querido hazer, y dar a Toledo; como conſta claramente por las palabras del privilejio de el Rey Don Pedro en el capitulo paſſado que el Rey que ſuccedio immediatamente deſpues de Don Alonſo el Onzeno, y de eſtas alteraciones, y no por las raçones, y ocaſiones, que curioſos imaginanſmo por ſer Toledo y aver ſido Cabeza, del Imperio de Heſpanna, lo miſmo que en eſtas Cortes ſe hizo en lo que taca al voto, y voz ſuccedio bien de los aſſientos, y por que Burgos por las miſmas cauſas, y raçones dichas tenia el aſſiento de la mano derecha del Rey; y ſi le demandaron los Procuradores de Toledo, el Rey ordeno, no quitando a los de Burgos ſu lugar, que alos de Toledo ſe les hicieſſe un nuebo aſſiento en frente del miſmo Rey, dondeſe aſſent aſſen los dos Procuradores deſta Ciudad apartados de todos los otros, como oy ſe haze.* Quod eodem modo ſcri-
bit & teſtatur Zamalloa Garibay *in compend. hi-
ſtor. Hiſpan. lib. 14. cap. 23.* Procuratores ve-
rò Curiarum debent † numerari per civitates, 10
& alias communitates, vel domus aut familias
ad quas talis nominatio conſuetudine immemo-
riali vel aliquo ſpeciali privilegio ſpectavit; ut *ſu-
prà* diximus: & tales nominati debent eſſe † 11
viri cordatiſſimi, & ſumma integritate conſpi-
cui, qui attenti bono publico provideant, ut
ſint undequaque honorifici, & ſuæ patriæ iſtiuſ-
que Regni acerrimi & circumſpecti defenſores,
& pauperum patres, conſtantes animi, & timo-
ratæ conſcientiæ; qui animosè injuſtis Conciliis
aut Decretis reſiſtant, & opponantur, ut *in l.
4. lib. 6. novæ Recopill.* ubi: *Eos Procuradores
que nos emblaremos a llamar para las nueſtras
Cortes, ordenamos que ſean embiados tales quales
las Ciudades y Villas, que libremente los puedan
eligir en ſus concejos, tanto que ſean perſonas honr-
radas, y no ſean labradores, ni ſeſmeros y ſean
dos Procuradores, y no mas de cada Ciudad y
Villa.* Et an Equites Divi Joannis † de Malta 12
poſſint eſſe Procuratores Curiarum, vide Vellu-
gan, *in ſpeculo Principum Rubric. 4. liter. D.*
Bobadill. *lib. 2. cap. 18. n. 232. & lib. 3. cap.
8. nu. 13.*

Nec nominari debent qui aliquo Reipub. de-
bito † adſtricti ſunt, & ære ejus pergravati ma- 13
nent, ut in facto reſpondiſſe tradit Oroſcius *in
l. 1. nu. 26. col. 487. ff. de offic. Procuratoris Cæ-
ſaris.*

Quin imò Procuratores hoc addiderint, pau-
peres † eſſe non debere ſed divites, ne intui- 14
tu alicujus lucri ſeu præmii conſequendi, move-
ri poſſint & à veritatis & juſtitiæ via declinent &
publicis diſpendiis privata compendia comparent,
nam, ut habetur *Eccleſiaſtic. cap. 7. propter
inopiam multi deliquerunt*; & *in l. 2. tit. 9.
part. 2.* ibi: *Por que por verdad trae a lor hom-
bres a gran codicia que es raez de todo mal.*
Et paulò inferius ibi: *Y ſiendo ricos, no lo ha-
zan carrera de hazer mal por razon de codicia,*
& *altera l. part. 1.* ibi: *Y ſobre todo deve el
reſcatar que los que puſſiere en tal officio, como
eſte ſean homes que ayan algo, por que por men-*

*gua*

*gua no ayan de fazer coſa que les eſte mal:* tradit Ariſtot. *lib. 3. politicor. cap.* 9. Dionyſius Halicarnaſſeus florebat illo tempore ubi Patricios appellabant ex illis tribus familiis & pollentes opibus, penes quos fuit civitatis regimen, & *Eccleſiaſt. cap.* 40. ibi: *Nam vita pauperis non eſt in cogitatione victus,* & facit text. *in l. 3. in princip. ff. de teſtibus* ibi: *An locuples, an egenus ſit, lucri quod cauſa facile admittat,* & illud Horatii *lib. 3. ode* 24.

*Magnum pauperies opprobrium, jubet*
*Quidvis facere & pati,*
*Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

Unde ab officiis publicis pauperes rejiciendos teſtatur Plutarch. *ex ſententia Solonis in ejus vita pag.* 225. & Theodoricus Rex *apud Caſſiodorum, lib. 1. variar.* ibi: *Indigentiam juſte fugimus quæ ſuadet exceſſus dum pernicioſa res eſt imperante tenuitas,* quapropter ad officia quatuor Decuriarum, vel Decurionum apud Romanos nequaquam eligi poterant, niſi qui bonorum certam quantitatem vel præſcriptam habebant, ut tradit Plinius, *lib. 33. cap. 2. & Plin. ſecund. lib. 1. epiſtolarum,* & Gellius *lib. 16. cap.* 10. Petrus Gregor. *Syntagmat. jur. 2. p. lib. 18. cap. 13. num. 8. & 3. part. lib. 47. cap. 10. num.* 15. & in jure quod Magiſtratus exoſi pauperes habiti ſunt, ut *in l. cura, §. inopes, & l. honor. verſ. facultates quoque vel reſcriptio ff. de muneribus & honoribus,* ibi: *Cæterum, ſi ita tenues exhauſti ſunt, ut non modo publicis honoribus pares non ſint, ſed & vix de ſuo victu ſuſtinere poſſint, l. ad ſubeunda, Cod. de Decurionibus, lib. 10. Authentic. de defenſoribus civitatum,* (quæ magis propoſito noſtro arridere videntur) *§. interim, & §. jusjurandum, & §. final.* & tamen à nobis ſupra in capite primi libri hoc exornatum manet, vide Navarret. *in diſcurſu politico,* 28. *fol.* 192. *cum ſeqq.* Et merito *in dict. l.* 4. ſtatuitur quod Procuratores iſti Curiarum debeant eſſe honorifici non plebeii, ibi: *Y ſean no labradores, ni ſeſmeros,* quaſi apertè dicat, debere eſſe nobiles, quadam neceſſitate conſtringuntur ne ab antiquorum probitate degenerent, & Theodoric. Rex *apud Caſſiodor. lib. 2. epiſt.* 15. dum origo nequit deficere quæ conſuevit radicitus pullulare. Unde ex parte Dei & pro cælo hujus Regni abjuro & proteſtor Decuriones, & cæteros electores horum Procuratorum quod in re tam magna, & tanti præjudicii videant, & diligentiſſimè, ac tota mente pervideant, & autumentur, eorum merita & animi dotes, & virtutes, ut electio juſta ac laudabilis ſit; & cum Caſſiodor. *lib. 5. epiſt.* 22. audaciter dicere valeant: & judicium noſtrum non per caſuale votum, ſed per electionem ſtudium doceamus eſſe cœptum.

Unde cum tanta integritas & perſonarum induſtria ac virtus in his Procuratoribus deſiderantur, ſumma curatione ſtabilitum fuit quod nul-
15 lus † precibus ad tale officium eligatur, nec ad id conſequendum literas Regias ſeu principales impetrare tentet, ut *in lib. 5. tit. dict. 7. libro* 6. ibi: *Mandamos que ninguno ſea oſado a ganar carta de ruego ni mandamiento ni del Principe nueſtro charo, y amado hijo ni de otro ſennor, ni perſona alguna; pare que perſonas ſennaladas vengan por Procuradores a las nueſtras Cortes, y ſi algunos llevaren las tales cartas por el miſmo effecto pierdan los officios que tubieren en las dichas Ciudades Villas y que ſean privados para ſiempre de ſer Procurador; por que las dichas Ciudades libremente elijan, y en bien los Procuradores dichos ſegun ſe contiene en la ley antes deſta, y que las tales cartas ſean obedecidas, y no cumplidas, y eſto ſe entienda ſalbo quando nos con peticion de perſona alguna, mas de nueſtro propio motu, entendiendo ſer aſi cumplidero a nueſtro ſervicio, o otra coſa nos pluguiere diſponer e mandar.*

Itaque Procuratori † procurari officium pro- 16
hibeatur, ut aliàs dixit Juſtinian. *in l. ſi quenquam, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ibi. *Tantum ab ambitu debet eſſe depoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus decedat, invitatus effugiat,* ut D. Bernard. *lib. 4. de conſideratione,* ibi: *ſane huic negotio non ſe ingerat rogans, conſilio, non prece agendum eſt,* & iterum Juſtinian. *in dict. l. ſi quemquam* ibi: *non pretio ſed precibus ordinetur Antiſtes.* Plinius *in panegyrico: horum memoriæ litteriſque mandandum: præfectum prætoris non ex ingerentibus ſe, ſed ex ſubtrahentibus legere,* & facit text. *in l. contra publicam Cod. de re militari,* ibi: *Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit evenire,* & *in l. fin. Cod. de primicerio,* ibi: *Ne per ambitionem & gratiam aut cujuſlibet occaſionis obtentu publicorum liceat graduum ſeriem cuiquam conturbare.* Unde exclamat Sot. *de juſt. & jur. lib. 1. q. 1. art. 1. Porro ergo pudendum eſt quod tamen licentia tanquam perfricata fronte præfecturæ hujuſmodi petantur, procurentur & ambiantur:* plura tradit Azeved. *in l. 1. tit. 5. lib. 6. Recopill.* & per nos, *alibi* jam dictum manet.

Regi vel Principi utique obedire debent, li-
teræ autem † motu proprio à Rege vel Princi- 17
pe miſſæ, aut civitas eligat Procuratorem, quem nominaverint, ut patet *in dict. l.* 5. ibi: *Salvo quando nos no a peticion de perſona alguna, mas de nueſtro propio motu entendiendo ſer aſi cumplidero a nueſtro ſervicio, otra coſa nos plugiere mandar y diſponer:* & merito, nam qui imperio dignus eſt, hic velit aut nolit imperio perfruatur oportet, ut tradit Ariſtot. *lib. 2. politicor. cap.* 7. quædam enim tametſi honeſtè deſpiciantur, inhoneſtè tamen petuntur, ut *in l. 1. ff. de variis extraordinariis cognitionibus.*

Et in hoc caſu limitatur deciſio text. *in l. 4. dict. tit. 7. lib. 6.* quæ liberam eligendi talem Procuratorem facultatem concedit civitatibus & villis.

Rex enim poterit hanc electionem † tollere ci- 18
vitatibus, & motu proprio eligere quem maluerit; & credendum eſt eligere velle Procuratorem aptum & miniſterio habilem. Et maxima ac vehemens pro electione à Principe facta aſſiſtit & urget præſumptio in donatariis, ut *in Authentico, ut judicis ſine quo ſuffragio, §. eos authent. ut, verſic. Quis enim,* ibi: *quis enim non diligat eum, & honeſtate compleri magna putet, qui noſtro decreto Judicioque tui culminis ad ſingulum veniat, teſtimoniumque habens quod ſit optimus,* & Theodoric. *apud Caſſiod. lib. 1. epiſt.* 3. *Judicii noſtri culmen excelſum eſt, cumque à nobis probatur præcipuus & plenus meritis æſtimatur: nam ſi æquabilis credendus eſt quem juſtus elegerit, ſit temperantia præditus, quem moderatus aſcivit, omnium profecto capax merito debet eſſe.* cum enim invictiſſimus Rex noſter ſupra jus poſitivum ſit, ut *in cap. propoſuit deciſione præbendæ;* & *in l. principes, ff. de legibus,* & nedum jus ambiguum poteſt interpretari, ut *in cap. inter alia de ſententia excommunicatio-*

*nis,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nis, ubi gloſſ. *verb. interpretatio, l. fin. Cod. de legib.*
*cap. clericum,* §. *ex his omnibus*, 11. *quæſt.* 114.
*tit.* 1. *part.* 1. & ibid. *gloſſ. in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *novæ*
*recopil.* Didac. Perez *in* 2. 2. *proœmialium ad le-*
*ges ordinamenti*, & latiſſimè Burg. de Paz *in*
*proœmio Legum Taur. numero* 37. Sermo etiam
ſit quando ob cauſam publicam poſſit motu pro-
prio, & plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia
tollere tertio jus quæſitum, præſertim ſi parvum
ſit, Alex. *conſ.* 126. *num.* 24. *lib.* 2. Decius *conſ.*
309. *num.* 52. & *conſ.* 271. *num.* 8. Alphat. *de*
*præſumpt. reg. præſumpt.* 11. *num.* 12. Fretin. *in*
*cap. nulli in princip. verſic. fallit.* 4. *ſub num.*
*de reſcriptis*, Pariſius *conſ.* 3. *num.* 77. *lib.* 4. &
alias refert Ludovic. Molin. *de Hiſpan. primogen.*
*lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. & *num.* 24. Azeved. *in l.*
2. & 3. *tit.* 14. *lib. novæ Recopil.* quemadmodum
per Regem ſancitum extitit, quod nominatio ho-
rum Procuratorum regulariter pertineat ad civitates
& oppida hujus Regni; ita & eodem modo
potuit concedere quod id non procederet quan-
do proprio motu vel ſpecialiter Procuratorem
nominavit, præſertim quia *l.* 3. regulariter admi-
19 niſtratio † bonorum Reipub. ad Decuriones per-
tineat reſpectivè in ſua quaque civitate; ſed ve-
rus gubernator eorum & Dominus Rex eſt,
ut *in l.* 9. *tit.* 19. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez
*gloſſ. fin.* Bobad. *lib.* 5. *politicor. cap.* 4. *nume-*
*ro* 2. quapropter præſtantiori titulo quam ipſæ
civitates poterunt Procuratorem Curiarum no-
minare.

Et utique credendum eſt Regem noſtrum ad
20 perſonam † officio aptiſſimam miſſurum Regias
ſuper hoc literas expeditas juſtiſſimas ei, ex tra-
ditis à Chaſſaneo *in Catalog. gloriæ mundi*, 5. *part.*
*conſiderat.* 24. *verſ.* 2177. *pro Principe*, ut nu-
per diximus, & ex ratione ſuperius tradita meri-
21 to etiam fuit ſancitum † ne Procurationes iſtæ
emantur, ut *in l.* 7. *dict. tit.* 7. *lib.* 6. *recopil.* ibi:
*Por que nos a ſido fecha relacion que alguno com-*
*pran de otros las Procuraciones de Corte, y lo qual*
*es coſa de mal exemplo: mandamos, y ordenamos*
*que ninguno ſea oſado de comprar por ſi, ni por*
*otro la tal Procuracion, y el que la compare por*
*el miſmo effecto, la pierda, y otra ne aya aqual*
*anno dende adelante, y ſea inhavil para la aver,*
*y el que la vendiere por el miſmo effecto pierda*
*el que tubiere.*

Si enim Procuratores iſti Procurationes emunt
22 utique ex fructu & lucro † earum & pro redi-
mendo pretio præſtito, & pro ſuis commodis
facillimè officii fidelitatem proſternunt, ut con-
ſiderat Ariſt. *lib.* 2. *politicor. cap.* 9. ubi nam-
que qui magiſtratus emit, his quæſtibus aſ-
ſueſcere probabile eſt, facit text. *authentic. ju-*
*dicis ſine quo ſuffragio*; ubi in officiis vendibilibus
timorem magnum venditæ Juſtitiæ affirmat Juſ-
tinian. ibi: *Quod non aliter fiet niſi & ipſi ſingu-*
*la ſine mercede accipiant, aut aurum dant ut ac-*
*cipiant in adminiſtrationem*, & *in conſtitut.* 25.
ibi: *Propter factas Provinciarum venditiones*:
quare D. Thomas *in epitome ad Duciſſam Bra-*
*bantiæ*, conſulit quod nullo caſu aſſentiret offi-
cia Juriſdictionalia vendi: Et idem inconveniens
judicatur in cæteris officiis præſertim tanti pon-
deris, ſicut ſunt Procurationes iſtæ de quibus
loquimur, ut dicunt ſingularia verba text. *in dict.*
*authent. ut Judiciis ſine quo ſuffragio*, ibi: *Com-*
*putavit autem & emendum impenſas largiores, &*
*quædam ſibi mittere ponere quæſtum in tempore*
*præſenti in quo forſan non adminiſtravit*, quod

& in *vita Senecæ lib.* 1. *de benefic. cap.* 9. ibi:
*nam provincias expoliari & nummorum tribunalibus*
*audita utrumque limitatione & alteri judici nimi-*
*rum quandoque teneris vendere gentium jus &c.*
proſequitur latè Maſtrillus *de magiſtratib. lib.* 1.
*cap.* 20. & à nobis ſuo in loco dictum manet.

Si autem in electione Procuratoris facta, ali-
qua fuerit † inita contrarietas, & diſcordia 23
quod in hoc caſu faciendum proviſum extat *in*
*l.* 6. *dict. tit.* 7. *lib.* 6. *novæ recopil.* ibi: *Man-*
*damos que quando.*

Procuratores verò Curiarum, mitti debent
cum ſufficienti † mandato, & inſtructione civi- 24
tatis in quovis caſu, ſuos cancellos egredi ne-
fas eis erit, ut *in l. diligenter*, *ff. de mandatis*,
*lib.* 3. §. *in bello*, *ff. de re militari*, *cap. cum*
*olim de offic. delegati*, *cap. cui denom. de Præ-*
*bend.* Decius *conſ.* 77. attenditur enim ſola man-
dati qualitas; Rota *deciſ.* 79. *in noviſſim.* Decius
*in l. tranſactiones n.* 1. *Cod. de tranſaction.* & for-
ma mandati non ſervata corruit actus. Alex. *conſ.*
22. *numero* 4. *vol.* 2. Socin. *conſ.* 77. 75. *vol.* 3.
ſive præter, ſive contra formam actum ſit; So-
cin. junior *conſ.* 12. *num.* 22. *vol.* 3. Gabriel.
*conſ.* 155. *num.* 30. *vol.* 1. latiſſimè Burſat. qui
ad plures quæſtiones infert, *conſ. præter manda-*
*tum* 395. *num.* 13. niſi mandans ſciverit factum
præter mandatum, & tacuerit. Surd. *deciſ.* 209.
*numero* 8. Barbat. *prudentia collat.* 6. *Cod. de*
*delatore*, 69. *num.* 1. *lib.* 10. Aviles *in cap.* 54.
*Prætorum*, *gloſſ. ha de hazer n.* 1. & *in cap.* 1.
*gloſſ. verb. mandando.*

Quod adeo procedit, quod etiam in rebus
notoriè utilibus civitati, ſive Regno præter † 25
mandatum quidquam facere non poſſunt, ex
Barbatia, Platea, & Aviles ubi *proximè*, licet
in hoc caſu contrarium obſervaverit Bald. *in l.* 3.
*immo* Alexand. *in l. ſi quis mihi bona*, §. *ſed ſi*
*mandavit per text. ibi*, & *in* §. *ſi coram*, *ff. de*
*acquir. hæred.* & *in l. ſicut*, §. *ſed ſi permiſerit*,
*verſ. in contrarium*, *ff. quib. mod. pign. vel hypo-*
*thec. ſolvitur.* Idem Alexand. *in l. ſi quis pube-*
*rem collat.* 2. *verſic. ſed ad illud Cod. de jur.*
*dict. lib.* ubi ait per illud textus ſatis eſſe man-
datum in pinguiore fortuna adimpleatur, Tiraquel.
*de utroque retract.* §. 36. *gloſſ.* 4 *num.* 59. *text.*
*in dict. l. diligen.* §. *fin.* ibi: *melior ſuum ſibi man-*
*daſſent, ut ſtetium cum emeris, tu eum minoris*
*vendideris, vel tantidem, ut tamen aliud quidquam*
*ſervo accederet, utroque enim caſu aut non ul-*
*tra pretium aut intra pretium feciſti*, nec inep-
te poteſt in ſimili expendi deciſ. text. *in cap.* 3.
*de jurejurand.* ibi: *non enim propoſitum aut pro-*
*miſſum infringit, qui in melius illud commutat*, &
ſimul arridere videtur Regul. text. *in l. non eo*
*minus cum ibi notatis*, *Cod. de Procuratoribus*, &
in iſtis Procuratoribus Curiarum ita advertit Bo-
badill. *dict. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 85.

Poſtquam autem in Curiis Procuratores iſti,
cum aliis convenerint, & nota (ſicut debent) ſua
mandata Regi & cæteris Procuratoribus fece-
runt, ut *in l.* 6. *dict. tit.* 7. *lib.* 6. *Recopill.* tenen-
tur Regno & ejus civitatibus, prout expedierit
conferre & inter ſe communicare, ut ſuas in
conſpectu Regis in Curiis preces emittant, & re-
medio ac proviſione digna proponant: ſed il-
lud diſputatione dignum circa ea, quæ in Curiis ſo-
lent tractari, quoad Procuratorum poteſtatem ſpe-
ctat, ſeſe mihi offert; † utrum Procuratorem iſti 26
neceſſariò in tributorum conceſſione intervenire
& aſſentire debeat, an verò eorum præſentia,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut communicatio in vi conſilii & deferentiæ tantum exquirenda ſit.

Et pro his Curiarum Procuratoribus, nedum eorum conſilium, ſed aſſenſus ſit neceſſarius, & nova conceſſio tributorum ſeu impoſitio, in Regno fiat & civitates ei obnoxiæ, & diſtrictæ
27 maneant, pro loco expendi poſſunt verba † text. *in l. 1. tit. 7. lib. 6. novæ recopill.* quæ ita ait: *Los Reyes nueſtros Progenitores eſtablecieron per leyos y ordenanzas fechas en Cortes, que no ſe echaſſen ningunos pechos ſervitios pedidos, ni otros ningunos tributos nuebos eſpecial, y generalmente en todos nueſtros Reynos, ſin que primeramente ſean llamados a Cortes los Procuradores de todas las Ciudades, y Villas de nueſtros Reynos, y ſean otorgados por los dichos Procuradores que a las Cortes binieren:* ponderatis illis verbis: *Sin que primeramente ſean llamados &c.* & ibi: *Sean otorgados por los dichos nueſtros Procuradores.* Nam illa dictio copulativa, eſt, & tam caſum vocationis & aſſiſtentiæ quàm conſenſus requirit, & ita horum verborum autoritate firmat Azeved. *in dict. l. 1. numero 6.* ibi: *Nam cum prajudicare poſſit civitatibus, villis & populis pro quibus mittuntur, neceſſariò requiritur approbatio, vel improbatio talium Procuratorum, etenim hoc licet in aliis arduis Rex Concilium Procuratorum horum requirere vel ſaltim ſequi non teneretur; in his tamen tributis & collectis noviter in Regno imponendis, aſſenſus etiam dictorum Procuratorum requiritur ex textu noſtro pro forma & ſubſtantia actus, & ideo Procuratores hi plurimum debent in præſtando aſſenſu eſſe cenſati, & maturo conſilio ſeſe deliberare, & non aliter ſeſe prærumpere, nam ubi majus periculum vertitur, ibi cautius eſt agendum.*

Verum contraria ſententia, & opinio, nempe quod invictiſſimus Rex noſter abſque aſſenſu horum Procuratorum poſſit nova imponere tributa, neceſſitate publica ſuadente, ſequentibus adſtruitur, & ſuadetur fundamentis.

28 Primò quia Rex noſter quoties neceſſitas † publica poſtulaverit, ex ſua autoritate, & juris diſpoſitione abſque alio interventu, non ſolum de perſonis, ſed de rebus & bonis Vaſſallorum jure hæreditario poterit adjutorium, & ſubſidium expoſcere, ut *l. 8. tit. 1. part. 2.* ibi: *Mas el Rey puede demandar, y tomar del Reyno, lo que uſaron los otros Reyes, que fueren antes que el. Y aun mas a las raçones que lo hubiere mas meneſter para pro communal de la tierra, que no lo pueda eſcuſar, bien aſi como los otros nombres que ſe accorren al tiempo de la quita de lo que es ſuyo por heredamiento:* & conducunt notata *in cap. omnis anima de cenſib.* & *in cap. 10. quæ ſunt regalia feudi in uſibus feudorum*; latè Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, part. 1. conſiderat. 24.* quia hanc publicam neceſſitatem indicare, & manifeſtam facere Regno aut Procuratoribus præſertim belli, incendii, haud opportunum eſt, & nec ratio ſtatus id admittere poteſt; ne inimici, (hoc conſtituto) contrarient horum tributorum impoſitioni, ex ore imperantis & jubentis Regis noſtri abſque aliorum deliberatione proſilire debet.

Tertiò quia alias quodammodo Regia majeſtas coanguſtaretur, & ex Vaſſallorum pende-
29 ret arbitrio, cùm tamen in corporalibus † nullum recognoſcat Superiorem, nec ei poſſit quiſquam dicere, cur ita facis, ut habetur, *in cap. in memoriam, 29. diſtinction.* eſt enim ei pro ratione voluntas, *l. 1. ff. de conſtitutionibus Princip.* Lucas de Penna *in l. contra; Cod. de re militar. lib. 10.* & temerarium eſt majeſtatem Regiam velle terminis limitare, & cor Regium inſcrutabile eſt, ut ex *Proverbior. cap. 25.* Hæc & alia plura tradit Chaſſaneus, *in Catal. gloriæ mundi, 5. part. conſiderat. 24. verſic. ſexageſimo ſecundo, Nemo, & verſ. 18. necne.*

Quartò, quia in tempore neceſſitatis publicæ 30
non eſt † donatio quod fit à Vaſſallis ſeu eorum nomine; ſed debiti à Procuratoribus Regalis ſolutio, ut tradit Diodor. Sicul. *lib. 1. de liberalit. Eccleſiaſtica, cap. 9. conſiderat. 7.* Burg. *controv. 11. deciſ. 156.* Marquez *de gubernator. Chriſtiano, lib. 1. cap. 16.* Camill. Borrell. *de regal. catalog. Præt. cap. 42.* Nam bona Regs & populorum, ſemper ſunt neceſſitati publicæ expoſita, ut *in l. 11. tit. 28. part. 3.* ibi: *Los haveres del Rey ſe mantengan honrradamente, y con que pueda amparar ſus tierras y Reynos, y guerrear contra los enemigos de la ſe.* Et ideo tempore Romanorum tot erant tributa impoſita, ut fuit Canon, oblatio, & indictio, de quibus per Buxeum, *lib. 4 de aſſe*, Petrus Gregor. *lib. 3. ſyntagm. cap 4. numero 7. & in fin. numero 20. & 23.* noſtris ferè temporibus, vel propriis quæ in his vel aliis Regnis fuerint pronunciatione publica impoſita tributa recenſet Peguer. *deciſ. 57.* Boër. *deciſ. 136.* Petrus Gregor. *dict. lib. 3. cap. 6. n. 37. & 38. & 42.* Carolus de Tapia *in Rubric. de inſtitution. Principum, n. 78.* Suret. *1. part. Chronicæ de Aragon. lib. cap. 52.*

Quintò huic ſententiæ arridere videtur illud *Deuteronom. cap. 13.* ibi: *Non erit vectigal dependens ex filiis Iſraël*, quæ verba ſupponere vi-
dentur tributorum † conceſſionem non in Vaſ- 31
ſallis & eorum conſenſu conſiſtere, quin imò expreſsè in propoſito firmat hoc Petr. Gregor. *de Republ. lib. 24.* his verbis: *Tertia pars convocationis Regni eſt neceſſitas imponendi tributa & ſubſidia nova populo; convocatis enim ſtatibus Princeps vel alius ejus nomine delegatus à populo qui ejus vices ſuſtineat, aperit urgentia Regis & Regni negotia, quæ auxilium & opem ab ſubditis neceſſario, & juſtè exigunt, & hortatur & rogat, ut ſponte in tantis negotiis Regi vel Regno deeſſe nolit, ſed ſubveniat modis & expeditionibus, quibus conſultaverit minus populum gravari poſſe; quæ proponuntur à Rege, non ut ideo populus arbitretur ejus nutu Monarchiam, Regiamque poteſtatem pendere, nam & ſine conſenſu populi poteſt jure ſuo Princeps tributa exigere, itaque vocatio Procuratorum neceſſaria eſt, non pro aſſenſu, ſed ut quomodo tributa perſolvi debeant, eligantur & excogitentur*; quod ita obſervavit Gregor. Lopez *in l. 8. tit. 1. part. 2. in gloſſ. verb. venga*, ibi: *vel dic quando differentia ſtat, non in imponendo quando neceſſitas exigit, ſed in modo imponendi, nam Imperator debet hoc facere de voluntate ſubditorum, Rex verò communi terræ utilitati, etiam non vocatis ſubditis poſſet*, lucidè etiam de jure videatur, quòd Imperator tali caſu poſſit cogere ſubditos quando ipſi nolunt, ut *in dict. l. unica*, & ibi DD. ibi Lucas de Penna dicit, quod honeſtum & neceſſarium eſſet, eos quos hoc negotium tangit ad rei examinationem evocari, ut ex conſenſu omnium fiat; & ſic videmus etiam in Regibus, de conſuetudine fieri &c. Avendanno, *in cap. Prætor. 14.* ibi: *Si enim Princeps eguerit tributis, vel Collectis, pro ſubvenienda neceſſitate, ipſemet poterit ea percipere ſua propria autoritate*, & tempore Henric. III.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

facta eſt ad bellum contra Mauros Granatenſes
contributio, in Regno per Procuratores in Curiis
Toleti celebratis, decies centum millia ducatorum,
ea conditione, quod ſi illa quantitas pro bello
faciendo non ſufficeret, alia adderetur etiam
non vocatis nec conſentientibus Curiarum Pro-
curatoribus, ut tradit Mariana, *lib.* 19. *hiſtor.
Hiſpan. cap.* 14.

Sextò cum Princeps militet pro noſtri Regni
utilitate, pro honeſto ſtatu Regali conſervan-
32 do, ſi reditus Regii non ſufficiant † nec exactio-
nes conſuetæ, poterit expenſis communibus Re-
gni militare, ut in primo Pauli *ad Corinth. cap.*
9. quod habetur, *in cap. cum ex officiis de præ-
ſumption.* Eleganter Archidiac. *in cap. quia*, 10.
*quæſt.* 3. *verſ.* Et inde ibi: *Princeps qui mili-
tat pro utilitate communi, debet etiam de com-
munibus vivere, & communitatis negotia procu-
rare, vel per reditus deputatos, vel ſi hujuſmo-
di deſint, aut ſi ſufficientes non fuerunt, per ea
quæ à ſingulis colliguntur, & ſi illis ratio eſſe vi-
detur, ſi aliquis caſus de novo emergat, in quo
oportet multa expendere pro utilitate communi, vel
pro honeſto ſtatu Principis conſervando, ad quem
non ſufficiunt reditus proprii vel exactiones con-
ſuetæ, puta ſi hoſtes terram invadunt, vel aliquis
ſimilis caſus emergat, tunc etiam præter ſolitas exa-
ctiones, poſſit licitè terram Princeps à ſuis ſubdi-
tis aliquam exigere cum utilitate communi*, ut
concludit hoc cum quadam morali ratione Caſ-
ſiodor. *lib.* 1. *variar. Epiſt.* 19. periculoſa enim
res eſt in imperio tenuitas, cujus meminit Afflict.
*in rubric. quæ ſint Regalia collat. penult. in fin.
verſ.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 1. *n.* 64. & ſe-
33 quitur, *lib.* 2. nam deſtructio † Imperii ſequi-
tur ſi fructus quibus Reſpublica ſuſtinetur minu-
antur, ut ex Tacito, *lib.* 13. *Annal.* tradit Juſtus
Lipſius *lib.* 4. *cap.* 11.

Septimò hanc partem ultra ſuprà relatos, de-
fendunt D. Thomas *lib.* 3. *de regimine Princip.
cap.* 11. Egid. Thom. *in tract. de collectis, ver-
ſic. neſciente*, *n.* 8. Petrus Antibol. *de munerib.
quæſt.* 54. *n.* 2. gloſſ. *in l. neminem verb. Peran-
garic. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Oldrad. *conſ.*
48. Joan. Gerſon. *de remed. contra adulatores*,
*part.* 4. *conſiderat.* 6. & 10. Joann. Drudon. *lib.*
2. *de libert. cap.* 5. *Chriſtiana*, eleganter Lu-
cas de Penna, *in l. originarius in fin. numero* 3.
*Cod. de agricol. & conſtitutis*, *lib.* 11. ibi: *Bona Pro-
vincialium Principis ſunt ad neceſſitatem, & uſum
Principis, omnia quæ Provincialium ſunt, de jure
exponuntur, Provincia tota quaſi arca Principis*, &
ibi: *Nam Provinciales quaſi quiddam ſuperfiſca-
le ſunt; & quoties neceſſitas exigit, rerum ſuarum
non tam Domini ſunt quàm cuſtodes.* Molin. Theol.
*tom.* 3. *de juſt. & jur. diſp.* 667. *num.* 1. Cevall.
*commun. contra commun. quæſt.* 708. & *quæſt.* 96.
*n.* 72. Marquez per plura fundamenta, *ubi ſuprà
de cap.* 56. quem omninò perlegas obſecro, &
*in arte Regis document.* 20. & 21. Leſſius *de Ju-
ſtit. & jur. lib.* 20. *cap.* 13. *dubit.* 6. *num.* 48.
Ubi oſtendit etiamſi Rex culpa ſua Ærarium ex-
hauſit, vel in Ludis, conviviis, profundis largi-
tionibus, bellis inconſultis; adhuc etiam urgente
neceſſitate, nova tributa imponere poterit ſi alia
ratione non poterit publicum damnum avertere,
Simanc. *lib.* 7. *de Republic. cap.* 24. *numero* 3.
& 15. & plures alios refert, & ſolidiſſima pro
hac opinione fundamenta adducens Joann. Bap-
tiſt. Velazq. *conſ.* 99. & *numero* 1. uſque ad
*numer.* 28. qui loquitur latè de hac re & Ju-
ſtificatione donativi & ſubſidiarii ſervitii, quod
quandoque neceſſitate publica exigente, fit à
Regno: & conducunt tradita per Afflict. *de-
ciſ.* 165. *numero* 5. Surd. *conſ.* 464. *numero*
17. Marc. Giurb. *deciſ. Siciliæ* 118. *numero* 5.
& non minus Joann. del Caſtill. *tom.* 7. *tract.
cap.* 9. & *cap.* 41. & *numero* 47. uſque ad
*numer.* 75. & *cap.* 41. & *numero* 44. uſque ad
*numer.* 82. quem per multum temporis poſt ſcri-
pta vide.

Quibus non obſtabit † text. *in dict. l.* 1. *dict.* 34
*tit.* 7. *lib.* 6. *Recopill.* quia illius textus deciſio
juris poſitivi eſt, & de honeſtate hac regulariter
procedit, non tamen liberam poteſtatem Regi ex
jure Regali competentem imponendi tributa po-
teſt limitare & coarctare.

Nec etiam obſtat, quod etiam Reipub. in-
tereſt, & maxima utilitas intervenit in eo quod
tributa nova non imponantur, & nobis vigilan-
tibus non graventur Regna, ut diligentiſſimè per-
pendit Licentiat. Petrus Fernandez Navarret.
vir apprimè omnium litterarum ornatiſſimus, &
totius Hiſpaniæ politicæ, & rationis ſtatus Ma-
giſter, *in ſuo peculiari tract. de conſervatione Mo-
narchiar. diſcurſ. politic.* 28. & 29. quia præter-
habeo adnotata, quæ huic † difficultati modum 35
& facilem exitum præſtant, etiam eleganter ei
ſatisfactum reliquit Joann. Baptiſt. Valenzuel.
*dict. conſ.* 29. & 24. ibi: *Et hujuſmodi conſi-
derationes, & fundamenta non ceſſant, etſi di-
catur etiam publicam utilitatem intervenire in eo
quod pro Reipublic. part.* 1. *cap.* 12. Simanc. *dict.
lib.* 9. *cap.* 24. *Theſaur. politic. dict. cap.* 10. quia
ſolum debet attendi major utilitas Reipublicæ
quæ in eo concurrit, quæ ſatisfaciat neceſſitati
Regis, & ſui patrimonii, & in bona juriſprudentia
major vir † publicus prævalet & præponderat 36
minori, *lege cætera, §. ſed ſi quis* ubi Paul. de Caſtr.
*ff. de leg.* 2. Sforc. *tract. de in integrum reſtit.* 18.
*art.* 8. *n.* 52. cum ex eo reſultare debeat bonum,
ſecuritas, & unicum remedium evidentis periculi
quod imminet populis iſtius Regni, conſiderato
ſtatu in quo reperitur ſua majeſtas, exhauſto, &
quaſi conſumpto ejus Regio patrimonio pro de-
fenſione & conſervatione illius in pace & tran-
quillitate qua fruitur, cum privatorum, & Rei-
public. beneficio.

Tandem & ad Procuratores Curiarum redea-
mus, & finem capitulo huic ponamus, *l.* 3. *dict.
tit.* 7. *lib.* 6. *Recopill.* ſancitum exiſtit, quod dum
in Curiis ſunt condignè † hoſpitentur ibi, *ſean* 37
*bien trodo y apoſentados*, ſuper quibus verbis Aze-
vedo ibi rationem reddens ita ait, *ut hi enim qui-
bus cura Regni incumbit, & pro Regno curam addu-
cunt, benigne tractandi ſunt & hoſpitia eis præ-
ſtanda, nam qui in uno oneratur in alio debet reo-
nerari, licet olim Procuratores Curiarum non one-
rari in aliquo, ſed honorari & præmiari aſſeritur, &
communiter ſic ab omnibus concipitur qui quidem
honorentur, revera in maximo honore conſtituan-
tur permaximum onus ſuſcipiunt, ſi attente conſideraſ-
ſent, cum ex eorum votis plerumque univerſa Regni
ſalus, & quies pendet; & ærario maxima inquietudo &
maximum incommodum à ſuis malis conſiliis, ſi quæ
mala præbuerint, oriantur: ideo attentè ac ſenſatim &
mature ſeſe in illis gerendum eſt, nec naſcantur injuriæ,
unde, ut tritum eſt Brocardium*, jura naſci debent.

Et pro illo tempore quo in Curiis aſſiſtunt, non
poſſunt capi, † nec detineri pro debitis, ut *in* 38
*l.* 10. & 11. *dict. tit.* 7. *lib.* 6. quas leges ad
concordiam reddunt, cum modo unaquæque



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

earum intelligi debet, ut ibi exponit Azeved. *n.* 4. & melius Greg. Lopez *in l.* 4. *tit.* 3. *p.* 3. *in gloſſ. verbo Sobre pleyto*, & regulare eſt, ut miſſus cauſa legationis, vel ex publica, & neceſſaria cauſa, prout in convocatione ad Curias conſideratur, quis habeat jus revocandi domum; *in l.* 2. *§. legatis*, ubi Doctores & noviſſimè Barboſ. Abbat. *in cap. fin. de foro competenti*, Jaſ. *in l. qui Romæ in princip. n.* 12. *ff. de verbor. obligat.* Azeved. *in Curia Piſan. cap.* 11. *n.* 7.

---

## CAPUT X.

### De officio Oeconomi Civitatis, Villæ ſeu cujuſcumque Concilii, qui vulgo dicitur *Mayor Domo de propios.*

#### *SUMMARIUM.*

1 *Bonorum cujuſlibet oppidi in duplicem ſpeciem diviſio*, & n. 2.

3 *Bona in corpore Civili & Myſtico cujuſlibet oppidi cur neceſſaria?*

4 *Oeconomus vulgo* Mayor Domo de propios *inter vicinos oppidi ſolet nominari ab univerſitate ſeu Concilio, qui quidem œconomus bona univerſitatis fideliter adminiſtret.*

5 *Oeconomi officium à nullo vicinorum urbis poteſt recuſari, & ad illud acceptandum quilibet poteſt compelli, niſi adſit juſta excuſatio.*

6 *Oeconomi officium, utrum honorabile, an verò humile reputetur?*

7 *Provinciarum diviſio quo tempore fuerit facta, & bona cuilibet oppido applicata?*

8 *Bonorum deſtinatio ad Regem pertinet.*

9 *Bona oppidorum ex deſtinatione facta à Rege vel immemoriali tempore, à Dominio Regis ſeparata fuerunt.*

10 *Intelligitur in propoſito nullatenus contrarius textus* in leg. de precario, ff. ad leg. Rhodiam de jactu.

11 *Bonorum oppidi adminiſtratio ejus concilio & univerſitati incumbit.*

12 *Bonorum oppidi adminiſtratores veri ſunt Decuriones cujuſlibet urbis, qui totum concilium repræſentant.*

13 *Oeconomus bonorum oppidi non ſolùm tenetur exigere reditus bonorum Reipublicæ tempore adminiſtrationis creatos, verùm etiam eos quibus anteceſſor ſuus in officio rationibus ſuis redditis, debitor extitit.*

14 *Oeconomus ſi exactam diligentiam in exigendis Reipublicæ debitis ſe feciſſe Concilio actu oſtenderit, liber & ſecurus manebit.*

15 *Oeconomus qui Chirographa ſeu Schedulas, aut alia inſtrumenta, quorum virtute aliquam exactionem ratione officii facere tenebatur, Concilio vel Decurionibus reddiderit, dum rationes ſuas retulit, ſummis & quantitatibus in eis contentis non erit onerandus.*

16 *Adminiſtratoris ſeu œconomi diligentia in officii exercitio, qua ratione probetur.*

17 *Requiſitio urbana ab adminiſtratore facta debitori, an ab ipſo Adminiſtratore negligentiæ ſuſpicionem excludat, & non ſit imputandum ipſi damnum decoctionis poſteà à debitore factæ.*

18 *Culpa vacare videtur qui de jure procedit in ſua adminiſtratione.*

19 *Affertur in propoſito textus* in lege ſi benè de uſuris.

20 *Requiſitio urbana ad debitum etiam fiſcale exigendum, pluribus commendatur juribus.*

21 *Quæſtio propoſita ſolvitur diſtinctione ab Eſcobar deſumpta.*

22 *Oeconomi ſeu Adminiſtratoris oppidi officium in quo conſiſtat.*

23 *Oeconomus oppidi nihil poterit ſolvere, niſi de mandato judicis & Decurionum vel aliorum qui populum repræſentant.*

24 Lex Regia 22. tit. 6. lib. 3. novæ recopil. *quæ ad ſolutionem per œconomum faciendam, interventum judicis requirit, jus novum inducit.*

25 *Schedula vulgo* Carta de pago *de qua* lex 22. tit. 6. lib. 3. novæ recopill. *loquitur, etſi ſimplex ſufficiat ad ſolutionem faciendam, hoc tamen debet intelligi reſpectu Prætoris vel Decurionum, quorum juſſu & decreto ſolutio fuit ordinata & commiſſa.*

26 *Oeconomus ſolvere poterit in exiguis & parvis quantitatibus, & ſufficiet ad ipſius exonerationem, quod ſibi verbo tenus præcipiatur, & ſtabitur ipſius aſſertioni & libri ſui ſcripturæ.*

27 *Quantitas parva in ſolutione per œconomum facta, quando dicatur, judicantis arbitrio relinquendum eſt.*

28 *Oeconomus pro ſolutione facienda ſibi commiſſa aliquod munus accipiens, pravi adminiſtratoris notam incurrit & pluribus pœnis & noxis fit reus.*

29 *Domus, cenſus conſtitutus aut quælibet alia res ſi empta fuerit ab œconomo civitatis, ipſius quidem œconomi pecunia, non verò civitatis, emptor in dubio cenſebitur œconomus*, & n. 30.

31 *Reſpublica ſeu civitas contendens rem aliquam ab œconomo ſuo emptam fuiſſe ſua pecunia, id probare tenetur tanquam fundamentum ſuæ intentionis.*

32 *Reipublicæ pecunia aliquam rem ab œconomo comparatam fuiſſe, ſi probetur, cui res cum lucro applicanda ſit, diſtinctione deciditur*, & n. 33.

34 *Adminiſtrationis ratio ab œconomo civitatis in unoquoque anno per ſucceſſorem in officio, exquirenda eſt.*

35 *Adminiſtrationis ratio exigi poterit ab œconomo etiam ante annum & finitum officium, ſi de fuga aut decoctione ſuſpectus fuerit.*

36 *Adminiſtrationis rationem reddere nullo modo poterit recuſare œconomus.*

37 *Expenditur in propoſito textus deciſionis.* in authent. de ſanctiſſim. Epiſcopis, §. œconomus coll. 9.

38 *Adminiſtrationis rationem reddendi præceptum omni juri conſonum eſt, & adminiſtrator qui talem fugit rationem, juri reſiſtit.*

39 *Adminiſtrator quilibet, ſive voluntarius ſive neceſſarius, ab homine ſive judice aut lege conſtitutus, etiamſi ſine mandato adminiſtravit, rationem referre tenetur.*

40 *Adminiſtrationis in reddenda ratione, utrùm œconomi libris tam pro ſe quàm contra ſe ſtandum ſit.*

41 *Adminiſtrationis ratio poſtquam ab Adminiſtratore fuerit reddita, an reliquatum quod vulgo* Alcanze final *vocatur, poſſit, non obſtante*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*obſtante appellatione interpoſita , exequi abſque metu & periculo attentati.*

1 BOnorum cujuſlibet oppidi duplicem † ſpeciem omnia jura agnoſcunt : nam alia ſunt publica, & communia omnibus vicinis & incolis, quia in uſu publico , & communi utilitate ſunt conſtituta, ut *in l. 9. tit.* 28. *part.* 3. ibi : *E los montes de las debeſas , e todos los otros lugares ſemejantes deſtos , que ſon eſtablecidos , otorgardos paro pro comunal de coda Ciudad , o Villa , o Caſtillo o otro lugar. l.7. tit.19. ead. part. fol.13. tit.9. part.5.* ibi : *O lugar publico aſi como la plaza , e las carreras de los exidos , e los rios , e las fuentes que ſon del Rey o del commun de algun Concejo , l. 1. & l. 11. tit. 7. lib. novæ recopill.* & de jure communi expendi ſolent jura *in l. ſed celſus , ff. de contrahend. emption. l. inter publica ff. de verb. ſignific.* ubi Rebuff.

2 Alia verò ſunt bona † propria ipſius oppidi quæ uſui publico non ſunt deſtinata , nec vicinorum aut incolarum commodo particulari inſerviunt , ſed in peculio, reditu , vel pecunia ipſius oppidi , vel ut patrimonium vel ut bona ſeu pecunia ſervorum civitatum , procul dubio , publica habentur , *l.* 10. *tit.* 28. *part.* 3. ibi : *Mas los fructos , y las rentas que ſalieron dellas deben ſer metidas en communal de toda la Ciudad y Villa cuios fueron :* Quamvis partitam bonorum cujuſlibet oppidi ſectionem conſtituunt , & proſequuntur Gregor. Lopez *in l.26. tit.37. part.3. gloſſ.4. & in dict. l.* 15. *gloſſ.* 2. Avend. *de exeq. mand.* 2. *part. cap.* 10. Bartholom. Cepola *in tract. de ſervit. tit. de ſervit. ruſticor. cap.* 3. *de ſervit. num.* 22. Humad. *in l.* 5. *tit.* 26. *part.* 2. *gloſſ.* 6. *num.* 16. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 7. *novæ Recopill. num.* 1. Bobadill. *lib.* 5. *politic. cap.*4. *num.* 3. & *num.* 5. *verſ. Preſopongo* & *in gloſſ. littera D.* Felician. *quæſt.* 9. *de cenſibus , lib.* 12. *cap.* 3. Gaſpar. Roderic. *lib.* 2. *de annuis reditibus , quæſt.* 14. *à num.* 67. Velazquez de Avendano *tract. de cenſib. cap.* 68. *ferè per tot.* Anguian. *in tract. de legibus , lib.* 3. *controverſ.* 3. Nicolaus Loſæus *in tract. de jure univerſitatis , part.* 3. *part.* 1. & ipſum obſervavimus , *in noſtro tract. & lib. de Paſcuis & jure paſcendi , cap.* 2. *per tot.* de quibus bonis intelligendus eſt tot. titulus , *ff. de adminiſtration. rerum ad civitatem pertinent. & Cod. de adminiſtration. Reipublic. lib.* 11. *§. quibus autem , & §. ult. ff. quod cujuſcumque univerſ. nomine , l. bona civitas , ff. de verb. ſignificat. l.* 1. & 2. *Cod. de diverſ. prædiis urbanis , lib.* 11. & *text. in dict. l.* 10. *tit.* 18. *part.* 3. & totus titulus §. qui inſcribitur , *de los propios y rentas de los Concejos , lib.* 7. *novæ recopil.*

Quæ utique bona in corpore civili, & my-
3 ſtico † cujuſlibet oppidi , ſeu univerſitatis , ſunt neceſſaria & præſtantiſſima ligamina , & vincula in quibus vires ejus conſiſtunt , & ſplendor enitet , & duratio ſecura redditur , ut tradit Ariſtot. *lib.* 1. *Politic. cap.* 7. & *l.* 7. *cap.* 8. eleganter Cicer. *in oratione pro lege Manilia :* omnia enim obediunt pecuniæ , ut habetur *Eccleſiaſt. cap.* 10. unde Petronius Arbiter , *in ſatyra.*

*Quidvis , nummis præſentibus , opta ,*
*Et venient : clauſum poſſidet arca Jovem.*

Et Horat. *lib.* 2. *ſermonum ſatyra* 3.

*Omnis enim res ,*
*Virtus , fama , decus , divina , humanaque , pulchris*
*Divitiis parent : quas quis conſtruxerit , ille*
*Clarus erit , fortis , juſtus , ſapiens , etiam & rex.*

Otero de Officialibus.

Unde Evodius , *lib.* 2. de operibus , pecuniam animam mortalium appellavit , & facit illud *Eccleſiaſt. cap.* 29. *gratiam fidejuſſoris non obliviſcaris ; dedit enim pro te animam ſuam ,* & Tertullian. *in cap.* 14. *Zachariæ* , aurum & argentum vocat omnem valentiam , in illis verbis : *& congregavit omnem valentiam populorum , per circuitum , aurum , argentum ;* ex tranſlatione 70. interpretum , ubi Vulgata habet , *omnes divitias ,* ipſi legunt , *omne robur.* Tertullian. autem , *omnem valentiam ;* maximè in bellis , ex Cornel. Tacit. *lib.* 18. *annalium.* Unde Philip. Rex Macedoniæ cum arcem munitiſſimam capere , & in ſui poteſtatem redigere intenderet ; id impoſſibile fore ſibi nuntiantibus ita reſpondit. *Num uſque adeo difficilis eſt aditus ad illam , ut nec aſinus auro onuſtus poſſit accedere , ut* refert Plutarch. *in ejus vita* , quod & Alchumeni & Theopomp. Spartæ Regibus etiam fuit reſponſum , tum demum vincendos Lacedæmonios , cum aurum , & argentum in pretium cœpiſſent habere : & facit Danaes fabula , cujus meminit Marc. Tullius *lib.* 2. *officior.* & Plutarch. *in Laconic.* Moia , *lib.* 4. *Philoſoph. Secret. cap.* 37. quæ in id fuit inventa , ut ſuaderet nulla cuſtodia , auri & argenti inſultum arceri poſſe : & Marc. Tullius , *in Verrem , nihil eſt tam altum , quod non expugnari pecunia poſſit* , conducit textus *in l. quæ tutoris , Cod. de adminiſtratione , tit.* ibi : *Ipſius pecuniæ in qua robur omne patrimoniorum conſiſtit* , & plura in confirmationem adducunt ultra Hoſt. & Joann. Andreas *in cap. ſignificantibus poſt princ. de offic. delegat.* Salicet. *in l. receptitia , col.* 3. *verſ. item notæ , Cod. de conſtit. pecun.* Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. ex numero* 5. Chaſſaneus *in Catal. gloriæ mundi* , 8. *part. conſiderat.* 21. & *cap.* 71. *conſiderat.* 21. & *cap.* 71. *conſiderat.* 27. & copiosè , 12. *part. conſiderat.* 54. Caſtill. de Bobadill. *lib.* 5. *politicor. cap.* 5. Gregor. Lopez Madera *in ſuo eleganti lib. de excellentiis & magnitud. Regni Hiſpan. cap.* 70. Auguſtin. Mori. *in empor. juris , tit. de jur. omn. Judic. quæſt.* 10. *ex num.* 3. Pater Joann. de Salazar. *in ſua politic. Hiſpan. propoſition.* 14. §. 1. *fin.* 250. facunde & utiliter Hieronym. Cevall. *in art. Regia document.* 3. qui per ſolidiſſima argumenta non ſolum ſuadet , ſed & convincit , nedum Regnum ſed quamlibet Rempublic. ærario indigere.

Cum ergo tota cujuſlibet oppidi magnitudo, & duratio in his bonis & pecunia redituali , & patrimonio conſiſtat , ut ait Ulpian. *in l. bonor.* 1. *ff. de verbor. ſignific.* bona enim ex eo ſic refert dici quod beant omnes & beatos faciant, eorum maxima cura eſt habenda : Et ideo ſolet à Conſilio vel univerſi-
tate † nominari aliquis ex vicinis qui bona hæc fi- 4
deliter adminiſtret , reditus vel pecuniam publicam expoſcat & recipiat, & eam juſſu Superiorum diſtribuat, vel in ſumptus publicos convertat , qui vulgo dicitur, *Mayor Domo de propios , o del Concejo* , de quo *iſto in cap.* verba faciemus.

Quod utique officium † neceſſarium eſt & ad 5
ejus exercitium & uſum, quilibet compelli poterit ex doctrin. Alberic. *per tot. ibi in l. munerum in princip. ff. de muner. & honorib.* Bart. *in l.* 1. *numero* 18. *Cod. de mulierib.* Bart. *in l.* 1. *num.* 18. *Cod. de mulieribus & in quo loc. lib.* 10. & ita praxi receptum tradit Avendan. 1. *part. per tot. cap.* 19. *numero* 24. *verſ. quod maximè procedit* , Bobadill. *lib.* 1. *politicor. cap.* 15. *num.* 46.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod tamen intelligas velim, niſi adſit juſta excu-
ſatio, ut eo loco dicemus: & an hujuſmodi offi-
6 cium nobile † vel oneroſum & humile reputetur,
alibi etiam à nobis differendum veniet; interim
tamen vide quod notat Burgas, *de nobilit. cap.*
10. *num.* 3. *in fin.* ubi ait quod in Villa de Mon-
tejo, nobiles liberati fuerunt ab iſto officio, quia
vile & oneroſum reputabatur, ſed in hoc ſemper
eſt attendenda communis opinio, ut à me dictum
eſt.

Verum ut indiſtinctè percipias circa quod offi-
cium iſtius œconomi, ſeu publici adminiſtrato-
ris rerum ac bonorum cujuſlibet oppidi verſetur,
& quid ejus curæ ſit & commendetur, prius noſ-
ſe oportet, & præmittendum duxi quod tempo-
7 ribus Auguſti Imperatoris diviſæ † fuerunt Pro-
vinciæ, ut colligitur ex Strabon. *lib. fin. Geogra-
phiæ, in fin.* Zonara *in Auguſt.* quod refert Pe-
trus Gregor. 1. §. *ſyntagmat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.*
9. Bobadill. *lib.* 5. *politic. cap.* 4. *nu.* 3. & bona
fuerunt ab eis cuilibet oppido applicata, nam ad
8 Regem ſpectat hæc † deſtinatio bonorum, ut *in
lib.* 2. *tit.* 1. *part.* 38. *Y ſolo otroſi es poderoſo de
partir los terminos de las Provincias, y de las Vil-
las*, tradit Mexia *ad l. Toleti*, 2. *part. fundament.*
9. *n.* 53.

9 Et ex prædicta deſtinatione vel facta † à Rege
vel immemoriali tempore & uſu qui vicem ceſſio-
nis, vel principalis privilegii ut deſtinationis ob-
tinet, ut *in l.* 2. §. *Ductus aquæ, ff. de aqua quo-
tidian. & æſtiva & cap. ſuper quibuſdam, de verb.
ſignificat.* bona oppidorum, à Dominio Regis fue-
runt diſtincta & ſeparata.

Cui utique animadverſioni non obſtabit deci-
10 ſio textus † *in l. de precario, ff. ad l. Rhodiam de
jact. Ego quidem mundi Dominus*, & *in l. bene à
Zenone, Cod. de quadriennio, præſumption.* ibi:
*Cum omnia Principis eſſe intelligantur.*

Prædicta enim jura non negant præfatam Do-
minii ſeparationem, licet ea ſuppoſita omnium re-
rum Dominium univerſale, quoad protectionem
ſub Regis manu inſidere; ut autoritate vulgari
docet, *gloſſ. verb. omnia in dict. l. bene à Zeno-
ne*, ſimilis gloſſ. verb. *ſanctionem in proœm. ff.* &
ita eſt intelligenda gloſſ. *in cap. cum venio*, 23.
*quæſt.* 8. *& in cap. cum per venerabilem qui filii
ſint legitimi*, & gloſſ. *per nulli, in l. Barbar. Phi-
lip. ff. de offic. prætoris*, & firmat Bart. *in l.* 1.
*col. fin. ff. de jur. omnium judic. & in l.* 2. §. *per
hanc actionem, ff. de rei vindicat.* & ibi Curtius
*num. fin.* Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *numero*
8. *& in regul. peccatum*, 2. *part.* §. 9. *numer.* 7.
*verſ. his tandem, cum ſeqq.* ubi latè & Avendan.
*in cap. diligenter*, 20. *notabil. de præſcript.* Joann.
Andreas *in cap. fin. de offic. Archid.* Chaſſaneus
*in conſuetud. Burg. dict. rubric.* 3. §. 4. *gloſſ.
apres verſic. num quid*, latè Camill. Borrell. *ad-
dit. ad Bellug.* Petrus Antibol. *in tract. de mu-
nerib.* 3. *part.* §. 4. *numero* 195. *vol.* 1. Alciat.
*lib.* 2. *diſput. cap.* 5. *reſtaur.* Caſtall. *de Impera-
tor. quæſt.* 2. Bacona *lib. declarationum, declarat.*
16. latè Bernard. Alfan. *in collectanea juris* 4.
*Imperator.* Oroſcius *in l. quidam, col.* 328. *num.*
9. *ff. de rer. diviſion.* contrarium tamen conatur
fundare Humada, *in dictis Scholiis, ad l.* 5. *tit.*
26. *gloſſ.* 6. *n.* 18. & talia bona à Regibus oppidis
eſſe aſſignata affirmat Avendan. *dict. cap.* 10. *Præ-
torum, num.* 4. & vicinis oppidorum; Gregor. Lo-
pez *in dict. l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. *in gloſſ. verb.
conſtituidos*, de qua bonorum & termini deſtina-
tione, & quomodo eorum Dominium ad con-
cilia cujuſque oppidi ſeu univerſitatis pertineat
animadvertunt Avendan. *in* 1. *part. Prætor. cap.*
12. *num.* 3. *& cap.* 4. *n.* 4. *verſ. conſtito & num.*
5. Azeved. *in l.* 3. *numer.* 10. *lib.* 7. *Recopil.*
Bobad. *lib.* 2. *Politic. cap.* 16. *num.* 52. *& lib.*
5. *cap.* 4. *num.* 3. & latiſſimè egi, ac plura ad
propoſitum, ſatis conducibilia retuli, *in lib. &
tract. de paſc. & jure paſcendi, cap.* 9. *per tot.* ubi
videre poteris.

Unde cum à Regis Dominio mediante illa ſe-
paratione diſceſſerint, & oppidorum propria ef-
fecta fuerint, eorum adminiſtratio † ipſi popu- 11
lo & Concilio incumbit, cujus nomine Decu-
riones, & deputati miniſtri de his bonis, & re-
ditibus diſponunt, & quid faciendum decernunt,
unumque vicinum, in œconomum & ſpecialem
Adminiſtratorem creant & erigunt ut ſuprà dixi,
quem non ita generale mandatum, & amplam
facultatem in oppidis noſtræ Hiſpaniæ intelligas
habere, ut de rebus & bonis iſtis, pro libito
diſponere valear; & de actore & de adminiſtra-
tore publico ſentit Alexand. *lib.* 11. §. *Plerum-
que num.* 22 *ff. de pactis*, & *in l. civitas* 27. *n.*
17. *ff. ſi certum petatur*, Paul. de Caſtro *in dict.*
§. *plerumque, num. fin.* & *in l. Procurat.* 58. *ff.
de Procuratoribus*, Bald. *in l. unic. numer. fin.
Cod. etiam per Procuratores cauſa reſt. in integr.*
& de Syndico univerſitatis, tradit Decius *conſ.*
297. *num.* 1. *&* 2. & de utroque latè Nicolaus
Loſæus, *de jur. univerſitatis, part.* 1. *cap. fin.
ex num.* 108. Iſti enim habent mandatum ſpecia-
le cum libera, ut notant Bart. Jaſo, & Curt.
*in l. præſes*, 12. *Cod. de tranſaction.* Franciſ-
cus Marcus *deciſ.* 780. *num.* 8. *vol.* 1. *& deciſ.*
701. *per tot. vol.* 2. & veri adminiſtratores, ut
de his rebus & bonis diſponant & circa earum
adminiſtrationem, ut quidquid velint (ſerva-
ta tamen juris forma, & præſcriptis cancellis)
agant, ſunt Decuriones † cujuſlibet oppidi, qui 12
totum concilium repræſentant, ut *in ſpeciali offi-
cialium iſtorum cap.* diximus: Adminiſtrator ve-
rò noſter, de quo loquimur qui vulgo dicitur,
*Mayor Domo de propios*, expoſcendi & recipien-
di reditus bonorum Reipublicæ, curam habet,
burſam retinet, & quaſi Theſaurarius & Suſcep-
tor publicus eſt; qui juſſu Decurionum, vel
totius Concilii perſolvere ex his debet, quid-
quid ſibi ordinatum fuerit, & ad hoc mini-
ſterium hujus officii fuit facta creatio, ut *ſuprà*
dixi.

Itaque Oeconomus iſte non ſolum tenetur † 13
exigere reditus bonorum Reipublicæ tempore ſuæ
adminiſtrationis cauſatos, verum eos quibus ante-
ceſſor ſuus officio, & rationibus ſuis excuſſus de-
bitor extitit ut *in l. periculum, ff. ſi certum peta-
tur & in l. ſi tutor conſtitutus*, & ibi Bart. *ff. de
adminiſtrat. tutor.* docet Plac. *per text. ibi in l.
ſuſceptorem, Cod. de ſuſceptoribus, lib.* 10. Ca-
ſtill. *in l.* 27. *Taur.* §. *nona particula eſt, verſ. ita
tenentur ſi non exigunt debita*, Montalvus *in l.* 3.
*tit.* 17. *gloſſ. Por arrendar, in fin. lib.* 3. *fori*, Avi-
les *in cap.* 45. *Prætor. gloſſ. Poner. nu.* 3. Bobadill.
*dict. lib.* 5. *politic. cap.* 5. *n.* 79. & dicemus *in
cap.* de officio Theſaurarii.

Si tamen œconomus vel Adminiſtrator exactam
† diligentiam, in recuperandis ſeu exigendis Rei- 14
publicæ debitis fecerit & actu oſtenderit, Con-
cilioque nuntiaverit, liber & ſecurus remanebit,
ut *in dict. l. ſi tutor conſtitutus & in dict. l.* 2.
*Cod. arbitrium tutelæ*, obſervat Socin. *conſ.* 2.
*col.* 2. *lib.* 7. Damaceder. *in tract. de tutore, cap.*
7. *num.* 38. & licet jura ſuperius adducta loquan-
tur in tutoribus, tamen id ipſum intelligendum
eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt in quolibet alio adminiſtratore, ex textu ſingulari, *in l. 1. ff. de contr. & utili actione tutelæ*, Bernard. Diaz *in reg. 219. verb. Eccleſia*, ubi ait quod ſi Prælatus Eccleſiæ debita paſſus fuit præſcribi, ipſi & ejus hæredes tenebuntur ad reſartionem damni, quem ſequitur Cavalcan. ubi *ſuprà num.* 118. Gregor. Lopez *in l. 15. tit.* 8: *part. 5. verb. Pe‹bar.* Ayora *de partition. cap. 4. num. 37. part.* 1. Et immeritò qui negligens fuit in recuperandis creditis uxoris, eſt text. celebris, *in l. 15. tit. 71. part.* 4. & generaliter in quolibet Adminiſtratore, ita tradit Cuman. *conſ. 24. col.* 3 Plat. *in l. ſi quando, n.* 277. *Cod. unde vi*, Baëza *de decima tutoris part. cap. 2. num.* 720. *cum ſeqq.* Joann. Garcia, *de expenſis, cap. 20. n.* 16. Et in iſto officio alias (de quo loquitur) expreſsè id ipſum firmat Eſcobar, *de ratiociniis, cap. 19. n.* 21.

Circa quod illud animadverſione dignum eſt,
15 quod œconomus qui † Chirographa ſeu Schedulas, aut alia inſtrumenta, quorum virtute aliquam exactionem ratione officii tenebatur facere, Concilio vel Decurionibus tempore depoſitæ rationis, reddiderit, & præſentaverit, de ſummis & quantitatibus in eis contentis non erit onerandus, & habet de jure pro ſe præſumptionem & fundatam intentionem, quod in eorum exactione diligentiam quam potuit, adhibuit, ut docet Bart. *in l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem & in l. complures, §. fin. ff. de adminiſtratione tutor.* Baëz. ubi *ſuprà n.* 148. Ayora *de loco deciſ. Genuenſ. 76. num. 8. & 9.* Munnoz de Eſcobar. *dict. cap. 19. numer.* 13. Maſcard. *de probat. concl.* 192. qui expreſsè notant quod alleganti negligentiam incumbit onus probandi, negligentia autem iſta informatur quod ſenſu corporis percipi poſſit, ut ex doctrin. Bartol. *conſ.* 102. *chariſſime Domine*, tradit Menoch. *de recuperand. poſſeſſion. remed. 7. numer. 19. quæſt.* 5. per teſtes directè probari non poteſt; ut notat Angel. *in l. teſtium, Cod. de teſtibus & in auth. Cod. de hæredib. & falcidia, §. ſi vero obſint:* imo teſtes aſſerentes ſimpliciter, & directè aliquem negligenter ſe geſſiſſe, viderentur potius judicare per intellectum, quàm deponere, ſeu teſtificari de facto ad quod ſunt adhibiti, & ideo eorum dictum vitiaretur ſecundum Innoc. *in cap. cum cauſam de teſtibus*, Bart. *in l. qui in teſtament. §. fin. ff. de teſtamentis & dict. conſ.* 102.

16 Probabitur autem negligentia † adminiſtratoris, ſi hæc duo concurrerent ſimul, nempe quod exactionem ſeu debitorum recuperationem potuerit facere, cum ad id ratione & intuitu officii eſſet obſtrictus, & non fecit; ex Bart. ubi *proximè & in l. ſi ab hoſtibus, §. fin. ff. ſoluto matrimon. & in l. idemque perſonæ, & in l. tutor qui repertorium, §. penult. ff. de adminiſtrat. tutor.* Joann. Andreas *in cap. ſtatutum de reſcript. in* 6. Bald. *in l. 3. §. ſi ad diem, ff. de re militar. & in l. qui committatis, ff. eod. & in l. juſſ. ignoran. Cod. qui admittit*, Felin. *in cap. ſi autem, num. 3. de reſcriptis.* Aymon. Cravet. *conſ. 132. num.* 4. & facit text. *in l. chirographis, 58. ff. de adminiſtr. tutor.* cujus verba ante ſignatam reſolutionem mirificè comprobant ibi; *Chirographis debitorum incendio etſi teſtes cum ex inventario tutores convenire eos poſſent ad ſolvendam pecuniam aut ad novationem faciendam cogere, cum idem circa proprios debitores propter eundem caſum feciſſent, & id omiſiſſent circa debitores pupillorum, an ſi quis propter hanc eorum ceſſationem pupilli damni contraxerint judicio tutelæ conſequantur. Reſpondi ſi probatum fuerit, eos tutores per dolum vel culpam, prætermiſiſſe, præſtari ab eis hoc debere:* & ibi advertit Bartol. tunc Adminiſtratorem in dolo vel culpa fuiſſe, quando cum poſſit debitores convenire, illud facere neglexerit. Damacer. *de tutore, cap. 7. num.* 38. Baëza ubi *ſuprà num.* 111. Munnoz de Eſcobar. *nu.* 27.

Sed cum frequenter contingat, quod tranſacto aliquo tempore in quo Adminiſtrator † ju- 17
dicialiter exactionem intentare omiſit; urbana contentione, ſeu requiſitione contentus, debitores efficiuntur non ſolvendo vel decoquunt, difficile in hoc caſu ſolet reputari, an iſta urbana requiſitio ab Adminiſtratore facta excludat in eo negligentiæ ſuſpicionem, vel an ob moram in exigendo debita in Judicio, damnum decoctionis Adminiſtratori ſit imputandum & adſcribendum.

Et ſanè movet difficultatem, quod non videtur † in culpa eſſe qui de jure procedit, ſed ex 18
juris diſpoſitione, prius quàm quis judicialiter conveniatur, debet urbanè requiri extrajudicialiter & blandis verbis ſ.aderi, ut ſolvat, ut *in l. quidam Iberius 17. ff. de ſervitut. urbanor. prædior.* ibi: *Qua de re volo cum Ibera loquaris*, & *in l. debitores, 1. Cod. de pignoribus*, ibi: *Debitores præſentes, prius denuntiationibus conveniendi ſunt*, probat text. *in cap. ſi quis erga, 2. quæſt.* 7. ibi: *Nam prius Primates adeat Judices quàm ipſos à quibus ſe læſum exiſtimat familiariter conveniat, non ſemel, ſed ſæ iſſimè; ut ab eis aut ſua judicia accipiant aut excuſationem*, & *in l. debitoribus, 18. Cod. de adminiſtr. tutelæ*, ibi: *Parare ſolutionem denuntiant.* exornat Didac. Perez *tom. ordinament. col.* 728. Rebuff. *ad l. gallicas tract. de ſponſis art. 1. nu.* 17. Paz *in praxi tom. 1. part. princip. 2. temp. ex n.* 1. Pichard. *in §. appellamus Inſtit. de actionibus, n.* 5.

Præterea eſt † text. *in l. ſi bene de uſuris*, ibi: 19
*Dummodo non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.* Si ergo quilibet in acerba, & nimis rigoroſa exactione exoſus in jure reputetur, quid eſt quod culpæ Adminiſtratori ſeu œconomo urbana expectatione uti tribuatur?

Deinde & talem † modum exigendi & debi- 20
tum recuperandi etiam fiſcale plura jura commendant, ut *in l. 2. Cod. de commerciis, & mercatoribus*, ibi: *ut honeſtas poſtulat.* & iterum ibi: *tolerabilis fiat agnoſcendæ devotionis effectus*, quem text. ſummat ibi Bart. *Benigne & ſalva congrua honeſtate ſunt compellendi homines ad ſolutiones fiſcalium*, & Bald. in hunc modum, *Negotiatores Principis & etiam mercatores debent benigne moneri, ut vectigalia & debitas penſiones ſolvant*, & *in l. 1. Cod. de navi‹ulariis: vel nec conceſſiones perpeti nec aliquid genus incommodi*, & *in lib. 8. tit. 7. part.* 2. ibi: *E porende mandamos que los que hubieren demandar, e recaudar eſte derecho por nos que los demande de buena manera*, condu‹it text. *in l. doli, ff. de novationibus*, ibi: *Nam etiam ſi ſciat, diſſimulare debet ne curioſus videatur, l. Div. ff. de bonis damnat.* ibi: *Quod per quam nimiæ diligentiæ eſt*, Eraſm. *proverb.* 385. & *in 2. proverb.* 130. Bobadill. licet aliud agens *lib. 2. politic. cap. 3. n.* 19.

Ad cujus hæſitationis, & dubii nodum ſolvendum, veriſſima ſemper mihi, & in praxi amplectenda viſa fuit celebris & bipartita ca-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

21 ſuum ſectio ſeu † diſtinctio, quam in propoſito
tradit Eſcobar, *dict. tract. de ratiociniis, cap.*
19. *numer.* 29. *propè finem*, qui ita ait, *Ego ta-
men in propoſita ſpecie diſtinguendum eſſe arbitror
inter adminiſtratorem, qui Chirographa guarenti-
gia vel Schedulam privatam habebat, & eum qui
tantum actione perſonali ordinaria teſtibus pro-
bandi agere intendebat; primus enim duobus ca-
ſibus ad executionem & recognitionem ſecundum
Domini mandatum celeriter præcurrere debuit,
ut quanto tutius poſſet, debita ſolutio à ſe cura-
retur*, & Damaud. loco ſuprà citato, *cum enim
mandatum ad recuperandum ſit ſtricti juris, ut*
in l. ſi Procurator Cod. de Procuratoribus, *fi-
nes mandati minime excedere debet*, l. diligen-
ter, ff. mandati, *tenetur namque adminiſtrator
prævenire quod accidere poſſet*, argument. text.
in l. ſi illicitas, §. cæcutio, ff. de offic. Præſi-
dis, l. 2. verſ. eſſe Patricio, & nobili viro cau-
ſas exorantibus, in quo verſatur ignorare, &
*in propoſito Valerius Maxim.* lib. 7. cap. 2.
exemplo 2. *dixit; turpe eſt in re militari dice-
re non putaram, quæ omnia loquendo in admini-
ſtrationibus refert Bobadill.* in lib. 3. politic.
cap. 3. num. 42. in fin. *quod maximè procedit
ubi præſumi poſſet quod erat periculum in mora;
hoc enim quilibet diligens pater familias feciſſet
ne debitor fugeret. Secundo verò caſu licitum eſt
adminiſtratori urbane rem gerere, ut* in dict. l.
quidem Iberus, & in dict. l. debitores, *Nec
intelligas eſſe præciſe neceſſarium, ubi adeſt in-
ſtrumentum guarentigium, ut prius cum debitore
creditor vel adminiſtrator creditoris loquatur,
prout aliqui dicere voluerunt ex verbis*, dict.
leg. quidam Iberus *ibi:* Qua de re volo cum
Ibero loquaris: *quia hoc non fuit de mente ju-
riſconſulti Proculi, ſed magis de conſilio fuit lo-
quutus, ut voluit Accurſius*, in dict. l. Debito-
ribus & in §. appellamus verbo denuntiare
Inſtitut. de actionibus, *Alberic.* in l. creditor
de diſtractio. pig. *Lara de* alimentis, §. ſi quis
ex his num. 16. *vel poteſt reſponderi ad textum*,
in dict. l. quidam Iberus, *quod ibi non Proculus
juriſconſultus, ſed qui Proculum per Epiſtolam
conſuluit, prædicta verba protulit, ut eleganter
animadvertit* Duaren. lib. 2. diſp. cap. 8. *di-
cens perquam ridiculum eſſe dicere quod prædi-
cta verba fuerint à juriſconſulto reſponſa. Unde
cum Procurator ad recuperandum debitum di-
ligenter, & ſine cunctatione debeat procedere,
ut* in dict. l. diligenter, ff. mandati, *nec tacite
vel expreſsè poſſit ſolutionem prorogare in Do-
mini præjudicium, ut* in l. à Divo Pio, §. ſed
ſi emptor, ff. de re judicata, & in l. ſi Pro-
curator, §. 1. ff. de jure fiſci: deciſ. Ge-
nuenſ. 202. num. 3. *Dici non poterit quin ad-
miniſtrator in culpa non fuerit, non convenien-
do debitorem ſtatim ac potuit, maximè ubi ali-
qua ſuſpicio fugæ vel fracturæ timeretur; alias
autem etſi expectaſſet per ſpatium decem die-
rum, non diceretur malè adminiſtraſſe, ſi inte-
rim de his eſſet, quia non debuit venire debitor
cum ſacco paratus*, ex gloſſ. in verb. confeſtim
in §. omnis Inſtituta de verbor.

Sed & officium iſtius œconomi & Admini-
22 ſtratoris † publici, conſiſtit in eo quod ex pe-
cuniis & reditibus publicis à ſe perceptis &
exactis ſolvat debita oppidi, quæ utique per-
ſolvere tenetur, ſervata forma ſibi præſcripta,
*in l. 22. tit. 6. lib. 3. novæ Recopill.* ibi: *Cato-
men, y acaben de tomar no paſſando en quenta,
ſalbo de lo que ſe moſtrare libramiento librado
de la juſticia y Regidores con carta de pago.*
Itaque nihil poterit † ſolvere niſi de manda- 23
to judicis & Decurionum, vel aliorum qui po-
pulum repræſentant, aliàs tenetur reſarcire de
novo, ut notatur *in l. 1. Cod. de contr. judic.*
Bald. *in rubric. Cod. de conſtituta pecunia, nu-
mer.* 11. *verſ. unum enim*, & *in l. etiam nu-
mer.* 2. *Cod. de fideicommiſſ.* Caſtill. *in l.* 27. *Taur.
in tract. de rationibus*, 8. *part. verſ. ideo benè
faciunt.* Aviles *in cap.* 30. *per tot. gloſſ. verb. Li-
bramiento.* Avendanno *in cap.* 10. *per tot.* 1.
*part. cap.* 9. *numer.* 3. & 1. *part. cap.* 10. *nu-
mero* 29. Bobadill. *dict. lib.* 5. *politic. cap.* 4.
*numero* 65.

Et quatenus prædicta lex Regia † requirit Ju- 24
dicis interventum, utique jus novum inducit;
ſi quidem jure communi attento, Decurionibus
tantum horum bonorum adminiſtratio, & di-
ſtributio commiſſa erat, ut advertit Lucas de
la Penna, *in l. 3. Cod. de quibus muneribus*,
*lib.* 10. *q.* 8. Avendan. *in dict. cap.* 10. *in fin.*
ut ſuo loco dicemus.

Schedula autem † iſta vulgo *Carta de pa-* 25
*go*, de qua loquitur dicta lex regia, etſi ſim-
plex ſufficiat, ut colligere poteris ex Jaſon. *ni-
hil admonendi, numer.* 133. *ff. de jurejurand.*
Avend. ubi *proximè numer.* 32. & Bobadill.
*dict. loco*, qui *numer.* 6. utiliter advertit quod
licet prædicta lex Regia non aliter approbet ſo-
lutionem factam ab œconomo niſi commiſſio,
ſeu delegatio ſolutionis vulgo *Libramiento* juri
ſit conſona; ut patet ibi: *Siendo la tal libran-
za juſta*, quæ verba inducunt formale impedi-
mentum; hoc tamen debet intelligi reſpectu
Prætoris, vel Decurionum, quorum Juſſu &
decreto ſolutio fuit ordinata, & commiſſa.

Sed in parvulis, † exiguis & parvi momen- 26.
ti, & quantitatibus minutis, veluti uſque ad
ſex drachmas, non ad unguem, ut aiunt, ob-
ſervanda diligens & rigida dictæ legis Regiæ re-
gula, ſufficiet namque ad exonerationem œco-
nomi, quod verbo tenus ſibi præcipiatur, ut ex-
pendat vel ſolvat, & ejus ſtabitur aſſertioni &
ſui libri ſcripturæ, & notis, ut tradit Caſtill.
*in dict. l.* 37. *Taur. verſ. Aut data vel ſumptus,
num.* 19. Puteus *de ſyndic. in verſ. reductio, cap.*
2. *num.* 4. Aviles *in dict. cap.* 30. *per tot. gloſſ.
libramiento.* Avendanno *dict. cap.* 10. *num.* 33.
& plura tradit Maſcard. *de probat. concl.* 119. *n.*
2. *cum ſeqq.* & *concl.* 776. *num.* 58. Petrus Ve-
ga *de ſpecul. Princip. rubr.* 17. *verſ. videamus*,
*num.* 14. & ibi Camill. Borrell. Joann. Garcia *de
expenſ. cap.* 20. *n.* 23. Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar.
centur.* 6. *caſu* 503. *nu.* 7. Bobadill. ubi *ſuprà nu.*
73. & id ipſum innuit *dict. l.* 22. ibi: *Y lo que ſe
gaſtare por menudo informenſe ſi ſe gaſto verdade-
ramente, y ſi fue bien gaſtado, y ſi huvo algun frau-
de.* Unde in propoſito ad exonerationem œcono-
mi multum proficiet quod hi ſumptus minutatim
perſoluti, ſecundum conſuetudinem oppidi vel
communitatis veriſimiliter ſunt facti & perſoluti,
& ex reditibus publicis perſolvi communiter ſole-
bant ut advertunt *ſuprà* relati.

Quando autem parva † quantitas in propoſito, 27
& ſimilibus caſibus dicatur judicantis arbitrio ne-
ceſſe eſt ut relinquatur, ut tradit Philip. Cor-
neus, *in l. fin. §. in computatione, num.* 5. *Cod.
de jur. deliber.* Bald. *in l. id quod pauperibus, in
fin. Cod. de Epiſcop. & cleric.* Menoch. ubi *ſu-
prà & lib.* 2. *de arbitr. centur.* 1. *caſu* 52. *num.*
11. Caſtill. ubi *ſuprà num.* 19. & Avendan. *nu-
mero* 3.

28 Si autem œconomus iſte pro ſolutione † fa-
cienda ſibi commiſſa, aliquod munus vel in pecunia ſeu re æquivalenti perceperit, perperam utique ſe gerit, & pravi Adminiſtratoris nomen, & notam incurret, pluribus pœnis & noxis reus fiet ex Bart. *in l. omnes populi, num.* 40. *in fin. ff. de juſt. & jur. & in l. miſſi opinatores*, & ibi Platea *num.* 7. *verſic. Quinto nota, Cod. de exactoribus tributor. lib.* 10. Jaſo *in §. trip. inſt. de actionibus*, pro quo videndus text. *in l.* 25. *tit.* 8. *part.* 2. *& l.* 14. *part.* 7. *& in l.* 15. *&* 17. *&* 19. *&* 20. *tit.* 16. *lib.* 9. *Recopill.*

Sed & nunc diſputandum ſe offerebat utrum œconomo iſti cum pecunia Reipublicæ negotiare fas eſſet, & lucrum vel damnum ex tali negotiatione proveniens ei eſſet adſcribendum, niſi quæſtionem hanc cum pluribus in propoſito occurrentibus ad longum diſſertam haberem in cap. de Theſaurario & Depoſitario publico.

Illud tamen animadverſione dignum cenſeo,
29 quód in dubio Domus, cenſus † conſtitutus aut alia quælibet res empta ab œconomo civitatis, ipſius quidem œconomi pecunia, non verò civitatis aut oppidi, emptor cenſebitur, arguit textus *in l. ſi ventre*, *§. fin. ff. de privil. creditor.* ibi: *in dubio ſemper quis præſumitur emere propria pecunia*, ut docet Roman. *in conſ.* 224. *& in conſ.* 3. *in fin. verſic. Item quia & in conſ.* 346. *num.* 10. Alexand. *conſ.* 134. *in fin. vol.* 5. Corn. *in conſ.* 122. *col.* 3. *verſic. Nec ergo volunt in conſ.* 98. *col.* 4. *verſ. cenſetur vol.* 14. Joann. de Aym. *conſ.* 124. *n.* 7. Decius *conſ.* 21. *num.* 10. *in conſ.* 628. *num.* 2. Curt. Jun. *dict. l.* 1. *n.* 10. Cravet. *conſ.* 129. *n.* 2. *& in conſ.* 131. *n.* 12.

Et idem deducitur † *ex l.* 2. ubi Bart. Bald. An-
30 gel. Fulgoſius & Paulus de Caſtro advertunt, quod ſi ſocius rem emit, præſumitur emere de propria pecunia, non de communi, Bart. *in l. ſi patruis, Cod. communiter*, vide Bald. & Salicet. *in l. penult. Cod. ſi quis alteri vel ſibi:* Roman. *in conſ.* 3. *& in conſ.* 134. Abbas *in conſ.* 46. *in* 3. *dub. vol.* 1. Card. *in conſ.* 149. *col. fin.* Alexand. *in conſ.* 78. *in fin. vol.* 2. Bard. *in conſ.* 22. *col.* 1. *vol.* 1. Decius *conſ.* 21. *penult. in fin. & in conſ.* 99. *num.* 2. Curt. Junior *in l.* 1. *Cod. de furtis*, Rip. *conſ.* 112. *num.* 9. Proſequitur Petrus Surd. *deciſ.* 15. *ex num.* 1. Maſcard. qui plura in propoſito congerit, *concl.* 611. *tom.* 2. *de pro-*
31 *bationibus.* Itaque ſi Reſpublica vel civitas ex † ſua pecunia rem comparatam eſſe contendit, id probare tenetur tanquam fundamentum ſuæ intentionis, ut *in l. ei qui dicit, ff. de probation.* Petrus Surd. ubi *proximè, numero* 3.

Si autem pecunia Reipublicæ res empta pro-
32 betur, † adminiſtratori vel Reipublicæ cum diſtinctione ſequenti, res iſta applicabitur, ut cum lucro ex ea proveniente acquirat: aut enim talis pecunia alicui uſui & utilitati Reipublicæ erat deſtinata, aut non.

In primo caſu Reſpublica rem ſua pecunia emptam cum fructibus, petere poterit; ſecundo verò caſu minimè, ſed tantum ſuam pecuniam cum intereſſe, legitimè exigere poterit, ut *in l. ſi curator, Cod. arbitrarium tutelæ*, ibi: *Si curator poſt decretum Præſidis pecunia quæ ad operationem poſſeſſionis fuerat depoſita ſibi prædium comparavit, eligendis malis in emptione negotium ſibi eum geſſiſſe, an quia in uſus ſuos pecuniæ converſæ ſunt, legitimas uſuras ab eo accipere.* Ex quibus verbis apertè oſtenditur, quod ad hoc ut electio minori detur, opus eſt ut ipſius pecunia in uſum curatoriæ converſa, ad emptionem fundorum vel annuorum redditūum fundata fuerit ſeu deſtinata per Judicem; aliàs enim quantumcumque quis fundum ex pecunia nomine tamen proprio emerit, procul dubio res efficitur ejus qui emerit, & Imperator ſolum ad pecuniam tradendam cum intereſſe compellitur, ex text. *in l. ſi ea pecunia, Cod. de rei vindic. & in l.* 1. *Cod. ſi quis alteri vel ſibi & in l. ſi Patriciis, Cod. communia utriuſque judicis.*

Quin imo & talis electio non ſolum † Reipu- 33
blicæ & minoribus, verum & majoribus quandoque in caſu propoſito conceditur, ut probat elegans & ſingularis deciſio text. *in l.* 49. *tit.* 5. *part.* 5. ibi: *E decimos que debe de ſer de aquel que fizo la compra en ſu nombre, ſueras ende, ſi tales dineros fueſſen de Cavallero que eſtubieſſe en la Corte del Rey, o en otro lugar, o en ſu ſervicio, o ſi fueſſe major de veinte y cinco años, el que ficiere la compra, le tubieſſe en guarda, o ſi fueſſen los dineros de alguna Ygleſia, e el Prelado e el que fueſſe guardador a la ſaçon ficieſſen la compra, o ſi dieſſen los dineros de la dote de alguna muger, e ſu marido con voluntad della hicieſſe la compra, ca en tales coſas magruer el comprador compre la coſa, en ſu nome gana el ſeñorio della, aquel cuyos eran, los dineros que fueren pagados por el precio della, pero en ſu eſcogencia es de cada uno della tomar la caſa comprada, o los dineros qual mas quiſiere.* Ubi notat Gregor. Lopez *in gloſſ. verb. en guarda*, proſequitur Eſcobar. *de ratiociniis, cap.* 54. *num.* 31. *verſic. ſed opportune cum pluribus ſeqq.* ubi talia ſcitu digna, & in praxi frequenter occurrentia in propoſito mirificè annectit.

Ab hoc autem œconomo in unoquoque † an- 34
no, per Succeſſorem in ſuo officio, ratio Adminiſtrationis exquirenda eſt, ut *Authentic. de collat. & §. ſed nec, verſic. ſingulis*, & *in Clement. quia contingit, §. illud etiam de Religioſis*, Caſtill. *in dict. l.* 27. *Taur. n.* 18. *verſic. quoad quintum*, Aviles *in cap. per totam, cap.* 3. *in gloſſ. verbo y accaven, in princ.*

Verum ante annum, & finitum † officium talis 35
ratio ab eo poterit exigi, ſi ſuſpectus fuerit de fuga vel decoctione, ex *gloſſ.* 1. *in fin. in l. neminem, Cod. de ſuſceptoribus, lib.* 10. *& in dict. Authentica de Collatoribus, §. jubemus*, docet Caſtillo ubi *ſuprà verſic. tema. de miniſtratore.* Bobadill. omninò videndus qui de praxi & communi ſtylo teſtatur, *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 4.

Iſtam autem rationem Adminiſtrationis recuſare nullo modo poterit œconomus, ſeu Adminiſtrator oppidi ex dictis juribus, nec a præcepto de reddenda ratione, appellatio interpoſita habebit ſuſpenſivum, ut *in authentica de Sanctiſſimis Epiſcopis, œconomus Collat.* 9. Cujus textus
deciſio, licet loquatur in Adminiſtratore † loci 36
pii, ut tradit Marant. *de ordin.* 6. *part. tit. de appellat. num.* 186. Petrus Dueñas *reg.* 42. *limit.* 21. Lancellot. *in tract. de attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *limit.* 19. Scova *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 29. *num.* 1. Ruginelus *eod. tract. §.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 56. Barb. *in remiſſionibus, ad Concilium Trident. ſeſſione* 22. *de reformatione, cap.* 8. *num.* 12. tamen ad cæteros Adminiſtratores etiam rerum profanarum extendenda eſt, & ſic in œconomo rerum civitatis (de quo loquimur) intelligenda & practicanda eſt.

Pro qua extenſione illud primò facit quod licet textus † *in dict. §. œconomus*, principaliter diſ- 37
ponat cauſam rationis ſuſcipiendæ, ad Epiſcopum & ordinarium Eccleſiaſticum pertinere, & coram

eo omninò debere tractari, ultra tamen procedit ad realem, & effectivam exactionem œconomum adſtringentem, ut patet ibi: *Apud proprium Epiſcopum cui ſubjacent conveniri, & rationem ſuæ gubernationis facere, & exigi quod ex ipſis debentes oſtenduntur &c.* & ibi: *ita ut ad Metropolitanum ſuperiorem cauſa non trahatur ante exactionem, & rationis redditionem*, ibi: *Si verò putaverint ſe gravari, poſt repetitionem, Metropolitanus cauſam examinet*, & clariùs etiam apparet *verſic. non enim*, ibi: *Non enim ante examinationem debiti proprios Epiſcopos declinare, & ad alia venire judicia.* Sicque inter cætera hoc ſimul diſponit. Et licèt textus mentionem tantùm faciat de Adminiſtratoribus loci pii, tamen ejus ratio fundamentalis realis eſt, & aliorum Adminiſtratorum comprehenſiva, quæ in otio Adminiſtratorum, debito tempore rationem non reddentium, nititur, ut probat Eſcobar *dict. tract. de ratiociniis cap. 4. num. 5.* Unde cum ratio deciſionis realis ſit, debet ad cæteros caſus Adminiſtrationis extendi, ut voluerunt Petrus & Sinus, ut *in l. Jura non in ſingulas, ff. de legibus, & in l. quod vera contra rationem, ff. eod.* Bald. *in l. de quibus, eod. tit. & in Authent. poſt fructus, l. 2. Cod. de legibus hæred. & in cap. quia vero ante finem, de judiciis*, quod quidem contingit non per extenſionem, ſed per tacitam diſpoſitionem ejuſdem; ut ipſe Bald. dicit *verbo, notari in l. his ſolis, Cod. de revocat. donat.* Petrus Anchar. *conſ. 46. ſuprà dicta col. 1.* Paul. Caſtrenſ. *caſu 83. præſens caſus, col. 2.* Hieronym. Alaudent. *in acceptione legis ſi emancipati, quæſt. 5. num. 54. Cod. de collat.* Surd. *conſ. 302. num. 22. vol. 3.* adeo ut etiamſi ſit conſtitutio odioſa, non dicatur extendi quando ex rationis identitate & mente ejus extenditur, ut notat Bald. in re omninò huic ſimili, *in dict. l. de quibus col. 11. verſic. item nota quod non dicitur.* Joann. Andreas *in cap. ſi poſtquam de electione, lib. 6.* Ipſumque dictum Baldi non ſolum procedit in diſpoſitione odioſa, ſed etiam pœnali, ut per Alex. *in l. uxorem, col. ult. Cod. de his quibus, ut indignis.*

38 Deinde, quia præceptum de † reddenda ratione, omni juri conſonum eſt; ſed Adminiſtrator, qui talem rationem fugit, & vitare intendit, juri reſiſtit, & adverſatur juxta illud, *Lucæ cap. 16.* ibi: *redde rationem villicationis tuæ*, quæ verba ſcripta habentur, *in cap. qualiter & quando, de accuſationibus*; & facit textus *in cap. 1. de obligatis ad ratiocinia, & in l. 23. tit. 6. part. 1.* ubi Gregor. Baëza *de decima tutor. cap. n. 154.* Roland. à Valle *conſ. 49. n. 1.* Menoch. *l. 2. de arbitr. centur. 2. n. 1.* ad quam obliga-
39 tionem tenetur † omninò quilibet Adminiſtrator, ſive voluntarius ſive neceſſarius ab homine vel judice, vel lege conſtitutus, etiamſi ſine mandato adminiſtravit, Damaſcer. *in tract. de tutore, & curatore. n. 17.* Eſcobar *de ratiociniis, cap. 3. nu. fin.* quod adeo verum eſt, quod etiamſi Summus Pontifex fuerit Adminiſtrator eodem jure tenetur, ut obſervat Boërius *quæſt. familiari 15.* Joſephus Ludovicus *deciſ. 4. n. 4.* Roman. *conſ. 414. in princip.* Dec. *conſ. 90. verſic. cura ſedum*, appellatio autem non datur, nec licita eſt ab obſervantia, & diſpoſitione juris; *in cap. conſului, & 3. de appellat. ab obſervatione decreti debeas obtinere*, ex quo textus ſingularem quandam concluſionem deduxere DD. præcipuè Maranta, *de ordine judiciorum, 6. part. tit. de appellat. num. 345.* quam referens ſequitur Guttierrez *verſ. 10. num. 11.* videlicet ab actu geſto ſecundum legis ſeu juris diſpoſitionem, & Canonicas ſanctiones à judice exequente, non eſſe licitam appellationem, nec enim appellandum eſt ne fiat quod de jure fiſci decet fieri aut poſt *l. ex conſenſu §. fin. ff. de appellat.* cum nobis olim de electione, *cap. 10. ex ore in fine, in his quæ fiunt à majore parte Capituli Archid. in cap. decernimus in verſ. Offerantur, ibi quæſt. 7.* proſequuntur eruditè, & per hæc & per alia fundamenta Salgado, *de Regia protectione, part. 2. cap. 11. per tot. ex num. 6. uſque ad num. 33.* qui *in numer. 341.* limitat, ut hæc reſolutio non procedat quando negatur, vel non conſtat conventum vel requiſitum ad ratiocinia Adminiſtratorem fuiſſe, quia text. *in dict. §. œconomus*, procedit ſuper certo, & cognito Adminiſtratore recuſante rationem. Eſcobar *dict. num. 5.* & quando refundatur ſuper tali qualitate, non procedit ut ejus diſpoſitiones prius de qualitate appareant ex gloſſ. *in l. mancipia verb. advocandum, Cod. de ſervis fugitivis*, docet Joann. Garcia *de conjugal. quæſt. num. 133. & num. 120.* Guttierrez *conſ. 1. n. 16.* Roland. à Valle *conſ. 10. num. 14. lib. 4.* Et ſecundò limitat quando quis ad ratiocinia de jure excuſatus eſt, vel ſi ante tempus compellitur, & exemplificat Eſcobar *dict. tract. de ratiociniis, cap. 5. & 6.* Nam ſi quis excuſationem non reddendæ rationis propoſuerit, & appellaverit, appellatio hæc legitima erit quoad utrumque effectum, ut *in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellandum ſit*, ibi: *Sed inter tempora præſtituta excuſationem allegandam habet, & ſi fuerit repulſatum, demum appellare debebit, cæterum ante fruſtra appellatur.*

In hac autem ratione, utrum † paratis libris 40
ipſius œconomi, tam pro ſe, quàm contra ſe ſit ſtandum, unde text. *in l. quædam §. numerarios, juncta gloſſ. ff. de edendo, & indem. unica, verbo rationum de uſur.* Caſtillo ubi *ſuprà* & quos refert & allegat Boerius *deciſ. 105. num. 2.* Maſcard. *de approbat. concl. 976. per tot. 2. tom.* Petrum Veluda *in ſpeculo Principis rubric. 17. verſ. videamus n. 14.* & ibi Camil. Borrell. Bobadill. *dict. lib. 5. cap. 4. num. 72.* qui ibi advertit hanc rationem non eſſe nimis ſcrupuloſè inquirendam ex juribus & Doctoribus ab eo adductis.

Poſtquam autem hæc ratio ab † Adminiſtra- 41
tore fuerit exacta, an reliquatum quod vulgo vocamus, *Alcanze final* poſſit, non obſtante appellatione interpoſita, exequi abſque metu & periculo attentati, diſputant Aviles *in capitibus Prætorum, cap. 30. in gloſſ. verb. faga pagar.* Parlad. *lib. 2. rerum quot. cap. fin. 1. p. §. 6. numer. 1.* Girond. *de gabellis, 2. part. §. 1. numer. 10.* Guttierrez *in tract. lib. 1. cap. 37. num. 2.* Azeved. *in dict. l. 22. tit. lib. 3. Recopill.* Bobadill. *cap. 4. num. 84.* Salgad. *ubi proximè ex numer. 37.* qui plura in propoſito ſe offerentia & admodum conducibilia adducit, & mirabiliter diſponit. Tandem illud meminiſſe juvabit, quod exactio & requiſitio hujus rationis non ſolum poterit fieri ſingulis annis per ſucceſſorem in officio œconomi, & in Syndicatu; verum etiam quandocumque libuerit Principi, & miſerit, neceſſitate cogente, vel ut malitiis provideat, judicem rationum qui videat & revideat quomodo civitatis, vel oppidi bona fuerint conſumpta, diſtincta & ſeparata à patrimonio Principis, ut *ſuprà* diximus, tamen exactio hujus rationis ad eum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad eum ſpectat, ut *in l. 9. tit. 19. part.* 3. ibi: *Por que ſi el Rey quiſiere de mandar eventa de como fueron diſpendidos, que lo pueda hazer por alli.* Avendan. 1. *part. per tot. cap.* 1. Gregor. *in dict. l. 9. gloſſ. fin.* Azeved. *in dict. l.* 22. Et idem eſt in Baronibus & Dominis oppidorum, qui in jure, negotio, mediante conceſſione Regia, quoad hoc ſucceſſerunt, *l.* 12. *tit.* 1. *part.* 2. *lib.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recopill.* Bobadill. *dict. cap.* 4. *lit. B.*

---

## CAPUT XI.

### De Officio Theſaurarii publici, Regalis, & cujuſlibet Depoſitarii publici ſeu privati per Judicem conſtituti.

#### *SUMMARIUM.*

1 *Theſaurarii publici varia nomina antiqua.*
2 *Quæſtoris officium à quo tempore fuerit inſtitutum.*
3 *Penſitationum ſeu ſolutionum tria genera tempore Romanorum fuerunt, quæ in Ærario publico conſtituebantur.*
4 *Quæſtores hodie quo nomine appellentur.*
5 *Quæſtorum officium maximo ſemper honore fuit habitum, licet antiquitùs etiam ex plebeis & ignobilibus eligerentur.*
6 *Theſaurarii tantum à Rege nominati in unaquaque Provincia, & judices rationum patrimonii Regii, nobile officium gerere reputantur; non verò Suſceptores ſeu Exactores vectigalium in unoquoque oppido à Concilio nominati.*
8 *Receptor quidam ſeu Depoſitarius Cameralium pœnarum à Prætore ſeu judice loci creatur in quolibet oppido ubi juriſdictio exercetur.*
9 *Depoſitarius pœnarum Cameralium in magnis & populoſis urbibus, provinciæ Capitibus & Curiis magnis, debet & ſolet nominari à Rege,* & n. 10.
11 *Depoſitarius fiſcalium pœnarum quibus rationem reddere debeat,* & n. 12.
12 *Condemnationes Cameræ vel ſumptuum juſtitiæ integræ & intactæ ſervandæ ſunt.*
14 *Condemnationes Cameræ, utrum deficientibus juſtitiæ ſumptibus pro miniſterio ejus poſſent expendi?*
15 *Theſaurario Regio Gabellarum, vulgo* Alcavalas Reales, *in Pinciana civitate conſtituto, quid curæ incumbat.*
16 *Theſaurarius Regius Gabellarum qua ratione compellendus à creditoribus Regis, ut ſolvat ipſis cenſus vulgo* juras *ſuper Gabellis conſtitutos.*
17 *Theſaurarii Gabellarum officium à Regia conceſſione ſolet procedere, & perpetuum venditionis titulo conceditur alicui & ejus hæredibus.*
18 *Theſaurarii Gabellarum officium nobile cenſetur.*
19 *Theſaurari & Decurionis officia quare ſint incompatibilia.*
20 *Theſaurarius creatus non ſolum debet exigere quæ debentur ratione præſentis anni, ſed etiam quæ ab aliis in præteritis annis inſoluta extant, & antiqui Suſceptores non receperunt.*
21 *Adminiſtrator quando poſſit ab alio exigere debita quæ percipere vel recuperare omiſit,* remiſſivè.
22 *Theſaurarius confeſſus recepiſſe debitum Regium, debitorem liberat, etiam ſi realiter non receperit, modo tamen Theſaurarius ſit ſolvendo.*
23 *Receptorum ſeu Theſaurariorum bona ex juris diſpoſitione, obligata & obnoxia manent ſolutioni pœnalium condemnationum ſicut aliorum debitorum bona.*
24 *Theſaurariorum in bonis, an præferatur fiſcus cæteris creditoribus, vel mulieri pro dote expreſſam hypothecam habentibus,* remiſſivè.
25 *Hypothecæ privilegium, utrum pro tributis æquè competat Dominis ſive Baronibus ac Regi, quando tributa vel condemnationes fiſcales ad eos Regia conceſſione pertinent?*
26 *Receptores ſeu Theſaurarii Regis, utrum pecunia à fiſci debitoribus exacta, & à ſe jam recepta, poſſit uti & cum ea negotiare, & an tale lucrum ex tali pecunia reſultans debeat eſſe Theſaurarii an verò Regis?*
27 *Adducuntur in propoſito multa jura quæ contra Theſaurarium pro patrimonio Regali faciunt.*
28 *Theſaurarii officium nihil aliud eſt quàm Arca & Domus deputata ad cuſtodiam & conſervationem pecuniæ Principis.*
29 *Depoſitarius non poteſt uti re depoſita; & ita faciendo dicitur eſſe in dolo, & furti tenetur.*
30 *Expenditur* lex deſiderium & lex fin. Cod. depoſiti.
31 *Theſaurarius vel Exactor pecuniæ non poteſt aurum receptum convertere in maſſam, vel monetam in aliam ſpeciem.*
32 *Theſaurarius non dicitur ſimplex Depoſitarius.*
33 *Theſaurarius videtur effici Dominus pecuniæ ſibi numeratæ,* ex doctrina Burſati.
34 *Pecunia quæ datur numerata & non in ſacculo transfertur in Dominium Theſaurarii qui de ea poteſt diſponere,* ex Doctrina Alciati.
35 *Alciati & Burſati rationibus reſpondetur quod ſola numeratio pecuniæ non efficit ut tranſeat in Dominium Receptoris, nec ut tantumdem reddatur, ſed ut ſciatur quantum fuerit ſolutum & receptum.*
36 *Theſaurario qui ſolvit, non ea agit intentione ut Dominium tranſeat, ſed ut Principi ſolvat, & obligatione nexu liberetur.*
37 *Tutor efficitur Dominus pecuniæ quam pro pupillo recipit.*
38 *Tutoris adminiſtrationem inter & Theſaurarii quænam differentia?*
39 *Tutor ſi ſit obligatus in genere tamen pecunia non deſinit eſſe pupilli, nec dicitur eſſe Tutoris.*
40 *Theſaurarii officium moderni hujus temporis, diverſum eſt ab officio antiquorum Suſceptorum, Exactorum ſeu Arcariorum.*
41 *Theſaurarius per gratiam & conceſſionem à Principe in titulo officii acceptam poteſt cum pecunia fiſci recepta negotiare.*
42 *Monetæ diminuto valore ex nova pragmatica ſive lege principis, an periculum diminutionis debeat ſubire Theſaurarius in moneta & pecunia, quam ut principi perſolveret, jam receperat & cuſtodiebat,* & n. 43.
43 *Depoſitarii in diminutione pretii monetæ, quale periculum ſubeant diſtinctione deciditur* & n. 45.

44 *De-*

44 *Depoſitarius pro judiciali depoſito periculum diminutionis monetæ non ſubit, ſed ipſe Dominus pecuniæ.*

45 *Monetæ diminutæ periculum ſubibit ille qui oblatam à parte pecuniam pro redemptione cenſus, renuit accipere & inde à judice deponi juſſa fuit.*

46 *Affertur in propoſito ab Autore cauſa & ſucceſſus litis motæ per villam de Rus contra Comitem de Villamor, ſuper depoſito ſortis principalis, & recenſentur omnes rationes & jura ab utraque parte allatâ* & num. ſeqq.

47 *Lis quando movetur contra abſentem à Regno, defenſor ei creari debet cum quo acta fiant.*

48 *Adverſarium abſentem cum quo litigii concertatio ineunda eſt, nullus in jure arctatur quærere maximis ſumptibus & expenſis.*

49 *Theſaurarius utrum pro pecunia Regis vel depoſita, vel ſibi à latronibus furto ſubtracta teneatur, an verò allegans & probans caſum furtivum immunis remaneat?*

50 *Theſaurarius quomodo ſcribere in ſuo libro debeat, & qua forma & ſtylo pecunias quas intuitu & ratione ſui officii recepit.*

51 *Pecunia judicis juſſu apud Depoſitarium conſtituta, ſi iterum ad petitionem alterius creditoris ſequeſtrare videatur, & Depoſitario ſeu Theſaurario, mandato judicis intimetur quod eam retineat, tunc in iſto caſu, ſi quilibet ex creditoribus ſententiam conſequatur ut ſibi ſolutio fiat, Theſaurarius prædictâ ſententiâ requiſitus non tenetur ſtatim ſolvere, niſi compulſus à judice, & appellatione ab ejus mandato interpoſita, aliàs non rectè ſolvit.*

52 *Depoſitum quodlibet judiciale abſque juſſu judicis regulariter revocari non poteſt, nec bona deponenti, nec alii ſunt reſtituenda.*

53 *Bartoli Doctrina circa depoſiti reſtitutionem, explodenda.*

54 *Theſaurarii Generalis ſalarium ſpeciali Schedula ſeu proviſione Regia, ſolet ex bonis & reditibus oppidi ſeu univerſitatis perſolvi.*

55 *Depoſitarius, ſi nobilis vel agricola, vel quomodocumque privilegium habeat ut pro debito civili incarcerari non poſſit, utrum pro reſtitutione vel ſolutione depoſiti tale privilegium amittat?*

56 *Privilegium amittere videtur, qui eo abutitur.*

57 *Maritus ob dolum privatur Privilegio reverentiali quod habet & ei competit adverſus uxorem.*

58 *Depoſitarius nobilis vel agricola, qui depoſitum non reſtituit, furtum committit & bonam fidem non agnoſcit.*

59 *Referuntur Doctores aſſerentes quemlibet Depoſitarium depoſitum non reſtituentem excidere privilegio quo gaudebat ut non incarceraretur.*

1 THeſaurarii hujus temporis antiquo † ævo
Quæſtores nominati ſunt, poſt Suſceptores, &
Arcarii dicti fuerunt, quorum munus à populo
Romano in principo naſcentis Civitatis ortum,
& originem habuit ut tradit Pomponius *in l.* 2.
*§. deinde cum ærarium, ff. de orig. jur.* Ulpian.
*in l. unic. ff. de officio quæſtoris*, qui & antiquitatem ac hujus muneris dignitatem his verbis
oſtendit, *Origo quæſtoris creandi antiquiſſima eſt,
& pene ante omnes Magiſtratus*, Gratian. *lib.* 7.
*de poteſtatibus*, etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium binos Quæſtores habuiſſe, quos
ipſi non ſua voce ſed populi ſuffragio crearent
refert: ſed ſicuti dubium eſt an Romulo, & Numa Pompilio regnantibus Quæſtor fuerit, ita
Tul. Hoſtilio Rege, Quæſtores † fuiſſe certum 2
eſt, & ſanè crebrior apud veteres opinio eſt Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe
Quæſtores, & à genere quærendi Quæſtores dictos initio, & Junius & Trebatius, & Feneſtella
ſcribunt.

Quod ut radicitùs percipias advertendum cenſeo cum Budeo *in dict. leg. unic.* Romanorum
tempore tria fuiſſe † penſitationum ſeu ſolutio- 3
num genera, quæ in Ærario publico conſtituebantur. Primum quod communiter dicebant Canon, qui conſiſtebat in portoriis, vectigalibus &
tributis hujus generis; ſecundum illud tributum,
quod dicebatur oblatio (& auxilia nunc dicimus) *ut octava vini heminatim decidentis & viceſima ejus quod cupatim, calcatimque venit, reliquarumque mercium, quæ quia à ſolidariis negotiatoribus venduntur, quos groſſarios appellant,
quæque à mutuatariis & venditoribus qui & propolæ dicuntur, hoc eſt non ſua vendentes, ſed à
negotiatoribus emptitata, pluris poſtea venditantes.* Tertium Indictio quam talem vocamus, antiqui Collectionem vocant; Cicero etiam collectam dicit: de quibus tributorum ſpeciebus, ex
quibus patrimonium Regum formabatur, accuratiſſimè plura congerit Petrus Gregor. 1. *part. ſyntagmat. cap.* 4. *cum tribus ſequentibus*, hodie
Coactores, † Canonarios, Oblationales, Indictio- 4
nales, & Fiſcarios & Ærarios, aliiſque nominibus appellare licet latinè loquendo officiales iſtos,
qui exactione penſitationum illarum, & Ærarii
cuſtodiæ, adminiſtrationi ſive diſtributioni incumbebant, qui profecto plures erant, & pro negotii, confidentiæ aut impenſæ curæ qualitate, variis nominibus diverſiſque titulis, ſeu dignitaribus notabantur, ut patet *ex tit. Cod. de palatinis ſacrarum largitionum, & in l. unica, Cod. de
officio comitis rerum privatarum, & in l. unica,
Cod. de officio comitis ſacrarum largitionum ex tit.
Cod. de numerariis & actuariis, & Cod. de exactoribus tributorum, & Cod. de ſuſceptoribus, &
arcariis*, quod latiſſimè proſequuntur Chaſſaneus,
*in Catalog. gloriæ mundi, 6. part. conſiderat.* 17.
*cum tribus ſeqq.* Guillelm. Benedictus *in repetitione Capituli Reinuncius in verbo & uxorem nomine Adelaſiam, ex numero* 114. *uſque ad num.*
119. Petr. Gregor. *lib.* 3. *ſyntagm. part.* 1. *cap.*
2. *num.* 12. *cum duobus ſeqq.* Guid. Pancirol. *de
notitia utraque dignitatis tam orientis quàm occidentis ex cap.* 73. *uſque ad cap.* 89. ubi in propoſito priſtina monumenta omnia ad ſaturitatem
perſpicere poteris.

Itaque ſecundum ſuprà dictos, Quæſtoris officium † maximo honore fuit habitum, licet anti- 5
quitus ex plebeiis, & ignobilibus eligerentur, ut
tradit Boër. *in tract.* Joannes Montaigne, *de autoritate magni conſilii*, relatus à Chaſſaneo *dicta
conſider.* 17. idque per textum *in dict. l.* 2. *§. deinde cum ærarium, ff. de origine juris, & in l.
unica, ff. de officio quæſtoris*, ubi gloſſ. *in verb.
plebeios.* Cum tamen Quæſtores regulariter
ſpectabiles, clariſſimi & illuſtres paſſim nominentur in jure, ut *in l.* 2. *Cod. de officio Quæſtoris.*

Quod utique intelligendum puto de Quæſtoribus, & Theſaurariis, † à Rege nominatis in 6
unaquaque Provincia, & de Judicibus computorum
& ra-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& rationum patrimonii Regis, ut *in dict. l. 1. ff. de officio Quæſtoris*, ibi: *Ex Quæſtoribus quidam ſolebant Provincias ſortiri ex Senatus conſulto, quod factum eſt Decio, Druſo, & Procenna Conſulibus, ſanè non omnes Provincias ſortiebantur, verum excepti erant candidati Principis, hi enim ſolis libris principalibus in ſenatu legendis vacabant, hodie obtinuit indifferenter Quæſtores creari tam patricios, quàm plebeios:* tradit Caſſan. *dict. loc. & 7. part. conſtit. de ra-*
7 *tion.* 15. Nam alii † Suſceptores ſive vectigalium Exactores ab eis vel à Judicio, ſeu Concilio in unoquoque oppido nominati, utique nobile officium gerere non reputantur, ſed quod plebeiorum ſtatui convenit, quinimo ſi aliquis nobilis ad tale officium à populo eligatur, illud invitus ſuſcipere non compellitur, ut tradit Joan. Guttierrez *lib. 3. practicar. quæſt.* 13. *numer.* 106. Laſart. *de decima venditionis, part. cap.* 18. *numer.* 65. Azeved. *in l.* 14. *&* 15. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recopil. n.* 10. *&* 11. & facit *lex* 10. *tit.* 14. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Seyendo pechero.*

Sed in unoquoque oppido ubi juriſdictio exer-
8 cetur, ſolet eſſe quidam † Receptor, ſeu Cameralium pœnarum Depoſitarius qui ex Regio titulo, & principali conceſſione non fuerit creatus, ſpecialiter debet eſſe Tabellio Concilii, ut *l.* 11. *tit.* 14. *lib.* 2. vel à Prætore ſeu Judice loci vel illius territorii creari poteſt, ut obſervat Bald. *in* l. *præcipit, Cod. de canon. largition. lib.* 10. & ibi Joan. de Platea *num.* 6. Et in Regno noſtro expreſsè ita, *cap.* 45. *Prætorum* cavetur ibi: *Ante ni Eſcribano publico del numero que para ello fugais eſcoger y poner*, ubi Aviles *in gloſſ. verbo Poner* Bobadill. *lib.* 5. *politic. cap.* 6. *n.* 17.

9 Frequenter tamen in locis, & Curiis † magnis, urbibus populoſis, Provinciæ Capitibus, ſive plurium vicinorum, & oppidorum matricibus, talis Depoſitarius, ſeu Theſaurarius Regius à Rege noſtro ſolet, & debet creari ut *in l. exactores, Cod. de jure fiſci*, & ſuo periculo ſolet fieri, Regia curia confirmante, hoc eſt principali authoriſante, aſſenſu & placito.

Et in hoc Regio Conventu, & Pintiano (inter cæteras) merito ſublimi, & laudabili Hiſpaniæ antiquiſſima Cancellaria, tot ſemper Senatoribus literatiſſimis & omni virtutum genere apprimè ornatiſſimis juſtitiæ veris patribus, & cultoribus & inſignibus Advocatis, & legum Magi-
10 ſtris condecorata, eſt quidam † Fiſcalium pœnarum Receptor, & Depoſitarius, & aliorum ſumptuum quos vernaculo ſermone appellamus *Gaſtos de juſticias*, de quibus videndus eſt totus titulus 14. *lib.* 2. *novæ Recopil.* præſertim *lex* 13. quæ per varia capita horum officialium munus, & in quibus converti, & erogari vel diſtribui prædictæ pœnæ debeant, & quibus ab iſtis Receptoribus,
11 & Depoſitariis † debeant reddi rationes, apertè decernunt, & in Receptoribus curiæ Regni Gallæciæ videndæ ſunt leges 2. 21. *&* 32. & 62. *lib.* 3. *Recop.* & in Curia judicum, quos diximus *de los Adelantamientos, lex 66. tit.* 4. *eod. lib.* 6.

12 In aliis verò inferioribus Tribunalibus † Prætor ſeu judex ordinarius rationem expoſcit & exigit ab iſtis Receptoribus,, ut *in l.*42. *tit.* 4 *lib.* 2. *& l.* 35. *tit.* 6. *& l.* 19. *tit.* 7. *lib.* 3. *& lib.* 1 . *tit.* 14. *n.* 18. *verſic. Otroſi mandamos que los Juezes ordinarios*, Azeved. *in dict. l.* 35.

13 Et tales condemnationes Cameræ † vel ſumptuum juſtitiæ intactæ, & integræ debent ſervari, ut *in l.* 35. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopil.* Avendan. *in cap.* 10. *per tot.* 2. *part. numer.* 16. *verſic. Caveat tamen judex*, Boniſac. *in peregrin. verb. adminiſtratio, verſ. Quæro utrum poteſtas*, quæ ſecundum Bobadill. ubi *ſuprà num.* 19. poterant notari illis verbis quæ Jul. Cæſaris cerva inſcripta in fronte portabat nempe: *nullus me tangat quia Cæſaris ſum.*

Et utrum condemnationes † Cameræ poſſint 14
deficientibus ſumptibus Juſtitiæ pro miniſterio ejus expendi? diſputat Bobadill. ubi *ſupra num.* 20. & quandoque per viam mutuativam ſolet fieri, nullo verò alio modo niſi ad ſolvenda Salaria Tabellionis niſi à ſupremi Senatus Judicibus cum judice Sindicatore, ut *in l.* 43. *tit.* 41. *lib.* 2. *Recopil.* ſub variis & acerrimis pœnis, à Judicibus uſurpari prohibentur, nec in aliam cauſam quam ſpecialiter deſignatam & publicam converti, ut *in l. ſciant judices Cod. de his quæ ex public. collatione illata ſunt, lib.* 10. ubi Joan. de Platea, & *in l. fin. in authentic. de collation. §. jubemus nullam, collation.* 9. *gloſſ.* & ubi Angel. *in §. ſunt præterea, Inſtituit de public. Judicibus*, ubi ait quod ſi quis habet Adminiſtrationem publicam, & ex ea aliquod uſurpat, vel commodo proprio applicat, incidit in pœnam tertiæ partis, docet Bart. *in l. miſſi opinatores, Cod. de exactoribus tributorum, lib.* 10. ubi ait quod ille textus urget contra officiales, & Collectores publicarum functionum, quod ſi aliquid retinent de eo quod exercuerint, vel aliquid muneris aut ſervitii receperunt ab his qui debent aliquid à communi recipere, ut eis fiat ſolutio, puniuntur, Oſaſcus *deciſ.* 74. *numero* 9. proſequitur Aviles *dict. cap.* 45. *Prætorum gloſſ. ni tomar. numero* 2. *& numero* 3. & facit *l.* 4. *tit.* 14. *part.* 7. Avend. *in cap.* 10. *Prætor. numero* 24. *lib.* 2. latè Rip. *de peſte, tit. de remed. ad conſervation. ubertatis in princip.* Tiraquel. *in tract. de reb. exiguis verſic. Quinquageſimo ſecundo*, Erau Medicis *de Regul. jur. reg.* 5. *limitat.* 24. *n.* 103. de jure noſtro Regio, uſurpatio ſeu occultatio hæc ſeptennalem pœnam habet, ut *in dict. l.* 35. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopil.* licèt in aliquibus cauſis ſpecialiter quadruplici pœna eſt inſita, ut *in l.* 11. *tit.* 6. *& in l. fin. tit.* 9. *dict. lib.* 3. *Recopil.* Bobadill. ubi *ſuprà. n.* 28.

Eſt etiam in noſtro Cancellaria, & alius Depoſitarius marapetinorum omnium qui ex agitatione & controverſia litium in ea concurrentium, prout cauſæ ſtatus ſeu qualitas expoſcit à judicibus ſequeſtrari præcipiuntur, qui a Reverendiſſimo Præſide, & Senatoribus creatur, etſi à Rege noſtro (ut ab aliquibus percepi) creari ſolebat, qui etiam & reditus tam Præſidi quàm Senatoribus, & criminalium cauſarum ſummis Prætoribus, judici Biſcaynorum & Cantabriæ, Provinciæ majori Præſuli, notabilitatiſque cauſarum Prætoribus à Rege noſtro in aliquali præmio aſſignatos ſui miniſterii, ſolet perſolvere: quod utique Depoſitarii officium & prædictorum redituum ſumma cura, & fideliter nunc exercet Ludovicus Victoria & in civitate iſta eſt ejus ſpecialis Depoſitarius ad idem miniſterium conſtitutus; nam, *ex l. Regia* 13. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recopil.* ita ſpecialiter cavetur ibi: *Otroſi mandamos que nueſtras Juſticias, deputen en cada lugar perſona llana y abonada, en quien ſe hagan los depoſitos, que por ſu mandado ſe huvieren de hazer, y que la tal perſona no ſea eſcrivano de la cauſa ſobre que ſe hiciere el depoſito.* Itaque Judex ex debito officii

tenetur Depoſitarium in unoquoque loco conſtituere tutum, & idoneum, & ſuo periculo, ex Bart. *in l. ſi ſoluturus*, *num.* 1. *ff. de ſolutionibus*, & Bald. *in l. acceptam. q.* 10. *Cod. de uſuris*, ut latè probat Aveved. omninò videndus *in dict. l.* 33. *num.* 5. qui contendit ex ea non poſſe Judicem ſe ipſum Depoſitarium nominare; quidquid contrarium affirmaverint plures ab eo relati. Et an huic Depoſitario aſſignari debeat ſalarium de propriis bonis populi, tradit Avendan. *cap.* 10. *Prætorum. numer.* 17. *& cap. num.* 8. *part.* 1. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *q.* 8. *lib.* 3. *ordinam.*

Et in hac civitate eſt quidam Theſaurarius Re-
15 gius † cujus curæ eſt nominare Collectores Gabellarum quas communiter dicimus *Alcavalas Reales*, & mittere per omnia territoria oppida, per diſtrictum Exactores qui eas, una cum aliis Regiis tributis expoſcant, & ad ſuam domum & arcam conferant, ut ipſi Regi noſtro, vel ejus Theſaurario generali, vel rationum majoribus judicibus fideliter exſolvat, & veram præſtet rationem, cum tamen ei ſoleat committi ut ex tali pecunia aliqua debita Regia, & cenſus ſuper his vectigalibus, & gabellis conſtitutos, quos communi nomine vocamus *Juros*, ſatisfaciat.

16 Quod ſi hos Regios cenſus vulgo *Juros* ibi conſignatos renuerint perſolvere, duplici remedio creditores Regii adverſus eos poterunt uti: primo quod ſi contra eos fuerint datæ litteræ, vulgo *Libramiento de los Contadores majores*, earum virtute poterit contra eos via executiva agi, & licèt fidejuſſorem evictionis, quod in caſu vacamus *de ſaneamiento*, poterunt in carcere detineri quouſque realiter creditoribus Regiis ſatisfaciant, ut *in l.* 14. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil. & in l.* 10. *tit.* 16. *eod. lib.* & utrobique Azeved. Laſarte *de ultima venditionis parte cap.* 18. *n.* 17. Altero quod ſi Theſaurarii à creditoribus requiſiti intra triduum debitum non perſolverint, creditores ipſi Regios judices computationum poterunt adire à quibus litteras impetrabunt ut ſalarii ſeu expenſarum nomine quatuor centum marapetirum ſibi in unoquoque die perſolvantur, quouſque debiti integri ſatisfactio fiat, ut *in l.* 23. *tit.* 6. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: &c. quod ſpecialius fuit proviſum ex Schedula Regia lata anno 1621. ibi: *Y ſi aviendo ſe requerido.*

17 Et tale officium à Regia conceſſione † procedere ſolet, & perpetuum venditionis titulo quandoque conceditur alicui, & ejus hæreditatibus, tametſi, *ex l.* 6. *tit.* 3. *lib.* 9. *Recopil.* id prohibetur cum gravamine, quod qui ejus exercitium injverit ſufficientes præſtet, & innovet fidejuſſiones, ut pecunia Regia in tuto ſit, quia regulare eſt in talibus miniſteriis, & caſibus dejuſſiones idoneas præſtare, ut *in l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 9. *Recopil.* tradit Laſſart. *de decim. vendition. part. cap.* 18. *& num.* 16. & cum pluribus præeminentiis, qualitatibus & prærogativis in titulo ſeu conceſſione contentis, prout invictiſſimo Regi noſtro placitum eſt.

18 Iſtius verò Theſaurarii officium † nobile utique eſt ex his quæ ſuprà diximus. Unde infert Lucas de Penna *in l. præcipimus*, *col.* 1. *Cod. de canon. larg. tit. lib.* 10. quod Theſaurarii civitatis immunes ſunt à collectis durantibus eorum officiis, quia regulariter honorem ſuſtinenti munus imponi non poteſt, ut *in l. honor. ubi gloſſ. ff. de muner. & honor.* & ita obſervat Aviles ubi *ſuprà in gloſſ. verb. poner*, *verſic. adde n.* 3. The-
19 ſaurarii autem † officium non poteſt ſuſcipere qui eſt Decurio, hæc enim duo officia, ut evitentur fraudes, juſtis de cauſis Regni jure noſtro incompatibilia fuerunt habita, *in l.* 23. *tit.* 16. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Y anſi miſmo mandamos que los dichos Theſoreros no puedan ſer, ni ſean Regidores, ni Jurados, ni Alcaldes, ni Eſcribanos en los lugares donde fueren Theſoreros, ſo pena de cinquenta mil maravedis a cada uno para nueſtra Camara, y fiſco, y perdimento de ſus officios para que los podemos proveer en quien fueremos ſervidos:* Et cætera officia quorum intuitu & prætextu in civitatum ſeu villarum aut oppidorum Conciliis, & congregationibus ſuffragium quis eſt habiturus, ut *in l.* 28. *tit.* 10. *dict. lib.* 9. *Recopil.* nec Decurio poteſt eſſe fidejuſſor pro Theſaurario, ut *in l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 7. *ejuſdem Recopil.* & plura in propoſito tradit Joann. Guttierrez omninò videndus, *lib.* 4. *pract. q.* 55. *& q.* 56. *per tot.*

Et Theſaurarius creatus, † non ſolum debet 20
exigere quæ debentur ratione præſentis anni, ſed etiam quæ ab aliis in præteritis annis inſoluta ſtant, & Suſceptores ſeu antiqui Theſaurarii non perceperunt, ut *in l. ſuſceptorem*, *Cod. de ſuſceptis præpoſ.* Anchar. *lib.* 10. ubi expreſsè notat Joann. de Platea, Montalv. *in l.* 3. *tit.* 17. *lib.* 3. *fori Regni in gloſſa verb. por arrendar*, *in fin.* Aviles *dict. cap.* 45. *Prætorum in gloſſa verb. poner*, *n.* 3.

Quando verò unus Adminiſtrator, poſſit ab
alio exigere, † debitaque percipere vel recupe- 21
rare omiſit, diſputat Bald. dico Bart. *in l. qui proprio*, *§. fin. cum l. ſequent. ff. de procurator.* & *in l. cum plures*, *ff. de adminiſtration. tutel.* & *in l.* 2. *Cod. eod. tit.*

Quod ſi Theſaurarius confeſſus † fuerit re- 22
cepiſſe debitum Regium debitorem liberat; tametſi verè & realiter non receperit, quod tamen intellige ſi Theſaurarius ſolvendo ſit, ſin autem non, recurſus erit Regi noſtro & ejus Procuratori, ſeu fiſco contra debitorem, ut advertit Lucas de Penna *in l. ſecuritates*, *Cod. de ſuſceptoribus*, & Anchar. *dict. l.* 10. quam ſequitur Aviles ubi *proximè n.* 5.

Illud tamen in propoſito animadvertas velim
horum Receptorum ſeu Theſaurariorum † bo- 23
na ex juris diſpoſitione tacitè obligata & obnoxia manere ſolutioni, & ſatisfactioni pœnalium ſeu fiſcalium condemnationum, ſicut aliorum debitorum bona, ut *in l. auſertur*, *§. fiſcus & l. deferre §. Papinianus*, *ff. de jure fiſci*, *l.* 1. *&* 2. *Cod. in quibus cauſ. pignus vel hypothec. l. ſi quis poſthac*, *juncta gloſſ. verb. habuit*, *Cod. de bonis præſcriptorum*, & ibi Salicet. *l.* 1. *Cod. ſi propter publicas penſitationes*, docent Neguſant. *de pignor.* 4. *membr.* 2. *part. princip. num.* 125. Rebuff. *ad ll. Gallicas* 2. *tom. tit.* 1. *de conſtit. redit. ut* 1. *gloſſ.* 14. *numer.* 26. Gregor. Lopez *in dict. l.* 5. *gloſſ. verbo tributo*, Flores de Men. *lib.* 1. *variar. quæſt.* 61. *art.* 3. *numer.* 18. accuratiſſimè Felician. 2. *tom. de cenſibus*, *lib.* 6. *cap.* 5. *numero* 11. quem ſequitur, & ejus verba tranſcribit Amator. Rodriguez *de concurſ. creditorum*, *art.* 5. *par.* 1. *ex numer.* 14. poſt Laſſartem, *de decima vendition. part. cap.* 14. *numer.* 55. & Azeved. *in l.* 8. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil. num.* 8. & Girond. *de Gabel.* 4. *part. num.* 3. qui alias huic argumento quæſtiones à principio neceſſaria annectunt, & diſputant; & illam præcipuè, an in
his bonis præferatur † Fiſcus cæteris admini- 24
ſtratoribus vel mulieri pro dote expreſſam habentibus hypothecam; & an Receptor pœnarum

Came-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cameralium poſſit petere decimam multarum, & condemnationum, vide Eſcobar. de ratiociniis, *cap.* 28. *numer.* 51. *l.* 25. *tit.* 13. *part.* 5. Boër. *in praxi tit. de fiſco*, *numero* 32. Avend. 1. *part. Prætorum*; *cap.* 7. *num.* 14. & 2. *part. cap.* 11. *n.* 18. Aviles *in cap.* 2. *Prætor. verbo Camera*, *n.* 5. *in fin.* & poſſunt recuperari, & exigi à quibuſcumque ex poſſeſſoribus, etiamſi pro indiviſo vel in communi poſſideat, ut *in l. cum poſſeſſor.* & ibi gloſſ. 1. *in fin. ff. de cenſibus*, Bald. *in l.* 1. *n.* 7. *verſicul. Item ſi ſunt duo*, *Cod. de hæreditat. vendenda.*

25 Privilegium autem iſtud † hypothecæ non æquè competit pro iſtis tributis, Dominis & Baronibus, ſicut Regi, quando ejus tributa ſeu hæ condemnationes fiſcales ex Regia conceſſione ad eos pertinent, ut in pluribus locis contigit; quod expreſsè advertunt Aviles *in dict. gloſſ. Camera*, *numer.* 5. *in fin.* Avendan. *in cap.* 7. *per tot. numero* 14. Bobadil. *dict. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. niſi à Rege cum eiſdem privilegiis, & qualitatibus concedantur, tradit Roland. *conſ.* 62. *ex numer.* 5. *vol.* 4. Lucas de Penna *in l.* 77. *publicam verſ. item quia*, *Cod. de militibus*, *lib.* 10. Sed circa

26 officium Theſaurarii Regis † Receptoris, ſeu Depoſitarii, illud utique maximè converſum eſt in jure, utrum pecunia à fiſci debitoribus exacta, & à ſe jam recepta, poſſit uti & cum ea negotiare, & an tale lucrum ex prædicta pecunia reſultans debeat eſſe Theſaurarii, an verò Regis ſeu ejus fiſci.

Et ſanè negativa pars quæ contra Theſaurarium, & pro patrimonio Regali urget, pluri-

27 bus † ſuadetur fundamentis: Primò *ex l.* 1. & *l.* 3. *Cod. de his quæ ex parte Collat. lib.* 10. quas leges perpendit Bart. *ibi*, contra Suſceptores qui pecuniam Principis aliquibus mutuant, vel ad Salaria Doctorum perſolvenda deſtinatam, in alios uſus convertunt, & ex *l.* 1. & 2. ubi etiam Bart. *Cod. de his quæ ex public. rationibus lib.* 10. docet ibi Joann. Angel. *conſ.* 90. *numero* 4. ubi quod officiales vel adminiſtratores non poſſunt in uſus proprios vertere pecuniam publicam, nec alii mutare: Decius *conſ.* 473. *numero* 9. ubi quod tales officiales tenentur pecuniam reddere in eadem ſpecie qua ſunt obligati ad cuſtodiam, & dominium pecuniæ non eſt eorum, ſed Principis, vel Reipublicæ; Ruin. *conſ.* 143. *numero* 5. & 7. *vol.* 5. Franciſcus Marc. *conſ.* 202. Ripa *in tractat. de remediis ad conſervandam ubert. numero* 17. *in fin.* ubi ait quod Theſaurarii qui tenentur pecuniam publicam ſemper habere promptam, & paratam, non poſſunt ea uti pro ſe, vel alii concedere, & prædicta procedunt, etiam ſi agatur de modica quantitate ex Joan. de Platea *in l. ſciant. dict. tit. Cod. de his qui exp. rationibus*, *lib.* 10. Franc. Marc. *dict. deciſ.* 202. *numero* 3. & conducunt quæ ſuprà diximus circa id quod Theſaurarius non poſſit quid de pecunia publica ſibi applicare, vel in privatum commodum convertere.

28 Secundò ex eo quod Theſaurarii † officium nihil aliud eſt, niſi Arca & Domus deputata ad cuſtodiam, & conſervationem pecuniæ Principis, donec ſive ab eodem Principe jubeatur, quomodo perſolvere, aut erogare talem pecuniam debeat, vel ut jam ſibi præſcriptum & viſum ſolvendi ordinem, ſuo tempore adimpleat, itaque Theſaurarius Depoſitario ſimilis eſt, ut *in libro primo*, *ff. depoſiti*, ubi acti depoſiti tenetur qui rem cuſtodiendam recipit; eleganter cum Baconio, Conano & aliis, Pichard. *in* §. *præterea*, *inſtituta quibus modis re contr. oblig. ex numero* 9. uſque ad *n.* 14. & relatis omnibus qui de hac re in propoſito ſcripſere uſque ad ſua tempora diligentiſſimè D. Joann. del Caſtillo *lib.* 3. *practicar. cap.* 16. *numero* 1. & 2. Sed Depoſitarius † non 29
poteſt uti re depoſita, & ita faciendo dicitur in dolo, & furti tenetur, ut *in l. qui furtum*, *ff. de condition. furtiva*, & *in l. ſi ſacculum*, ubi gloſſ. & communiter, DD. *ff. depoſiti lib...* ubi Bald. *Cod. eod.* §. *furtum*, *inſtitut. de oblig. qui ex delicto*, quod procedit etiam in pecunia, *l. ſponſaliorum*, §. 1. *l. Lucius* ubi Paul. de Caſtro, & alii, *ff. depoſiti.* Et urgent pro hac opinione expreſſa jura † *in l. deſiderium*, & *in l. fin. Cod.* 30
*depoſiti*, ubi probatur quod depoſitarius, non poteſt depoſitam pecuniam aliis mutuo dare, & quod ſi fecerit, tenebitur de furto probat Caſtrenſ. *conſ.* 141. *numero* 4. *vol.* 1. ubi præciſè de eo qui fuit deputatus ad cuſtodiam Baſ. *in tit. decretalium Mediolanenſ. n.* 3.

Tertiò quia ex eadem ratione Theſaurarius † 31
vel Exactor pecuniæ publicæ non poteſt, ſi aurum recipit, convertere illud in maſſam, vel ſi recipit monetam, non poteſt in aliam ſpeciem mutare, *l.* 1. *Cod. de auri publici percept. lib.* 10. ubi notanter ſubdit Bartol. quod omne lucrum percipiendum ex tali converſione, debet eſſe publicum, nec poteſt Exactor illud retinere cum conſcientia. Sequitur ibi Joann. de Platea, qui infert contra eos qui aureos nummos recipiunt, & poſtea fuſili arte id coquunt, & in aliam convertunt pecuniam & formam, ex ea regula probat quod omne lucrum quod alius facit ex re mea, reſtituendum eſt mihi, ut *in l. apud leonem*, *ff. de præſcript. verb. l.* 1. & 2. *Cod. de his qui ex publicis rationibus*, *lib.* 10. Rip. *de remed. ad ſervand. ubertat. num.* 17. Franciſcus Marcus *deciſ.* 201. *numer.* 3. ubi dicit quod non debent ſuſceptam pecuniam redigere in maſſam, nec bibionare, cambiare, & *in dict. deciſ.* 202. *numer.* 3. ubi quod tale lucrum eſt reddendum fiſco, quod etiam voluit Rip. *loc. præcitat.* & idem dicunt Bartol. & Joann. de Platea *in l. diu alios l. m. Cod. de ſuſceptoribus præpoſ.* & Anchar. *lib.* 10. ubi dicunt quod cum pecunia communi non debent Exactores mercaturam exercere, & pro hac parte, quod lucrum omne ſpectet ad Principem, facit doctrina Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 12. *Cod. pro ſocio*, ubi ait quod Depoſitarius qui licitè uſus eſt pecunia depoſita, tenetur reſtituere omne lucrum quod inde provenit, factus eſt enim locupletior ex re aliena, *argum. legis qui ſine*, *ff. de negot. geſtis*, & eam deciſionem tenet Alexand. in alia tamen *part. in l. ſi non ſortem in fin. princip. ff. de condit. indebit.* Joann. de Anon. *in cap. fin. num.* 9. *de uſur.* Decius *in l. cert. conditio*, §. *depoſuit*, *numer.* 3. *ff. ſi certum petatur.* Et in prædictis locis ponunt, an ubi Depoſitarius ſolvit lucrum, quod tamen non tenebatur illud reſtituere, poſſit illud repetere; & non mirum, quia ſi Depoſitarius utendo pecunia depoſita tenetur ad uſuras, etiamſi non ſit in mora, nullo magis tenebitur ad lucrum quod fuit ex pecunia depoſita: conſtat itaque ex prædictis, quod Theſaurarius poſſit aurum exactum conflare, nec in maſſam, aut aliam monetæ ſpeciem redigere, ſed ſi quod lucrum facit ex ejuſmodi commutatione teneatur omne fiſco reddere. Idem voluit Fabian. de monte, *in tract. de emption. & vendition. quæſt.* 5. *princip. col.* 3. *verſic. Solutio*, *hæc ultima pars*, ubi quod in foro conſcientiæ officiales, & in Judicio cogi poſſunt reſtituere;



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Feſtus, *in tractat. de collat. part.* 8. *quæſt.* 4. *n.*
30. *& ſeqq.* ubi latè agit de hac re, ſicut utique
lucrum aliunde factum ex publica pecunia reſti-
tuere tenetur Theſaurarius; itaque quod exigit
retinere non poteſt.

Quartò & ultimò; quia Theſaurarius non dici-
32 tur ſimplex † Depoſitarius, cum enim merce-
dem, & Salarium habeat de publico adſtrictu,
oris vinculo & pœna tenetur, ſicut dicimus de
Depoſitario, qui mercedem accepit, nam tene-
tur in plus; Depoſitarius enim ſimplex ſolum te-
netur de dolo, & lata culpa, ut *in l. quod Ner-
va, ff. depoſiti*, Depoſitarius verò qui mercedem
accepit tenetur de levi culpa, ut *in l. ſicut certo, §.
nunc videndum, ff. commodati, in verſic. niſi for-
te, l.* 1. *§. ſi veſtimenta, ff. depoſiti, l. qui merce-
de*, ubi gloſſ. *locat. Cod.* 2. *depoſito*, ibi: *Vel ſi
aliquid pro cuſtodia recepiſſet:* & in terminis lo-
quens de Theſaurario, & officiale quod ratio-
nem mercedis teneatur in plus, ita obſervat De-
cius *conſ.* 473. *num.* 2. Gratus *conſ.* 94. *vol.* 2.
Unde cum in Theſaurario publico ratione officii
& mercedis intuitu hujus ſibi aſſignatæ pecuniæ
perſolvatur, & depoſitum fiat gratia deponentis,
id eſt, modum ſolius principis, qui deputavit
Theſaurarium, non debet ille pecuniam exercere
nomine proprio, nec ex ea, ejus negotiatione lu-
crum aliquod captare, & ſibi appropriare, quod
effecerit, tenetur reſtituere Principi & Regi qui
dominus eſt, quibus & aliis fundamentis, ita in
Theſaurario publico reſolvunt Ruin. *conſ.* 543. *n.*
2. *volum.* 5. Petrus Surd. *conſ.* 391. *volum.* 3.

Cui itaque aſſertioni, quæ ut veriſſima & juri
conſona, in rigore diſputationis eſt attendenda,
& obſervanda, non oberunt aliqua juris fulcimenta,
quæ ut contrariam adſtrueret opinionem ingenioſè
adduxit Burſat. *conſ.* 325. & in primis quod vi-
33 debatur dicendum talem Theſaurarium † effici
dominum pecuniæ ſibi numeratæ, ac per con-
ſequens ea uti poſſe; nam numeratio operatur do-
minii tranſlationem, ut *in l. in nave ſauphela, ff.
locati*, Bald. *in l. incendium circa finem, Cod. ſi
certum petatur*, gloſſ. *in l. ejus qui in Provincia*,
ubi Bart. *num.* 22. dicit eam notabilem, & ſi-
guandam, *ff. ſi certum petatur DD. in dict. ejus*,
ubi *verſic. Quas vero num.* 6. *&* 7. dicit ſuſtineri
poſſe per hanc rationem conſilium Imolæ *in l. ſi
tibi dederint, ff. de donation. & in l. caſus, ff. de
ſolut.* ubi dicebat, non commiſiſſe furtum quen-
dam qui in proprios uſus converterat pecuniam ſibi
à mercatore numeratam, ut alii traderet Caſtrenſ.
*in conſ.* 141. *in* 4. *dub. vol.* 1. ubi infert quod re-
cipiens ab aliquo pecuniam in aliquid convertendam,
non committit furtum ſi non convertit, quia do-
minium eſt in eum tranſlatum, Decius *in con-
ſil.* 6. *col.* 2. *verſic. ſecundo iſta concluſio.* ubi
dicit quod recipiens non dicitur obligatus in ſpe-
cie, ſed in genere, ad reſtitutionem, & infert quod
ideo Exactor Piumbini non tenetur reſtituere do-
mino lucrum, quod facit cum illa pecunia,
quia potuit eam tanquam propriam contrectare,
& infertur quod ſi pecunia ſic per eum exacta
periret, Exactor non eſſet liberatus, quia genus
perire non poteſt, *l. ſi te bonis, Cod. de jur. deli-
berat. dict. l. incendium, Cod. ſi certum petatur,
l. in ratione, §. in certis, ff. ad l. Falcid.* idem
voluit Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 10. *cap. propoſitio.*
Capel. Toloſan. *in deciſ.* 168. dicens quod fur-
tum non committit commutando, & vertendo
in proprios uſus, is cui nomine depoſiti vel com-
modati tradita fuit pecunia numerata, licèt aliud
ſit quando data eſt per modum ſpeciei, allegat
gloſſ. *in l.* 3. *in verſic. obnoxiam cap. depoſiti*
Rota *deciſ.* 860. incipit *penes Titium Campſorem,
in antiquis alias eſt prima ſubſtitutio de depoſito*,
Cravet. *conſ.* 366. *numer.* 6. *& conſ.* 705. *nu-
mero* 22.

Et id ipſum in terminis obſervat Alciat. *conſ.*
100. *num.* 5. ubi propriè loquitur in Theſaura-
rio, & dicit quod ſi pecunia detur numerata, &
non in ſacculo, transfertur † in dominium The- 34
ſaurarii, qui ideo poteſt de ea diſponere pro li-
bito, adeo quod ſi ex ea aliquid lucratur, ſuum
eſt, nec ſpectat ad Principem, & ibi propriè loqui-
tur de allagiis monetarum de quibus nos quoque
verba facimus, ut noviſſimè hoc idem concludit
Burſat. *in allagiis in conſ.* 35. *n.* 13. *uſque ad* 18.
ubi ſuſtinet dominium ad alia lucra facta per
Theſaurarium cum moneta exacta, & in lu-
cro facto extra allagia, extat Cuman. *deciſ. in
conſ.* 178. *in* 2. *dub.* ſequitur Decius *dict. conſ.*
6. *col.* 2. & Alciat. *in dict. conſ.* 100. *numero*
18.

Sed reſpondetur, quod ſola numeratio non
efficit † quod tranſeat dominium, nec ſemper 35
numeratur pecunia, ut tantundem reddatur, ſed
fit ſæpe numeratio, ut ſciatur quantum fuit ſo-
lutum, & quantum receptum, ut probatur *in l.
Lucius, ff. depoſit.* quam ponderant ad hoc Maſ-
card. Galli *in tractat. de uſuris, numero* 629. ſic
dicimus quod æſtimatio non ſemper emptionem
facit, ſed donat ſolum valorem, Bald. *in l. ex
convention. in* 3. *oppoſit. Cod. de pactis*, Socin.
*in conſ.* 262. *num.* 3. *vol.* 3. Nevican. *Sylv. nup-
tiar. lib.* 2. *n.* 72. & ex conjecturis cognoſcimus
quando æſtimatio ſit ad effectum perferendi do-
minium, vel ad ſciendum naturam contractus,
*l. proculus de uſufruct. l. in aula, ff. depr. reip.
verb. Everus, l.* 46. Cravet. *reſp. pregonero, nu-
mer.* 318. Menoch. *de arbitrar. Judic. caſu* 199.
*n.* 2. Natta *in conſ.* 93. *num.* 1. Oſaſ. *dec. Pede-
montan.* 95. Eodem modo dicimus quod æſtima-
tio non facit emptionem, quando natura contrac-
tus eſt quod non transferatur dominium Bart. *in
l. ſicut cætero, §. non videndum, in fin. ff. com-
mod.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 3. *Cod. commod.* An-
char. *conſ.* 72. *in fin.* Tiraq. *de retract. conſan-
guin. §.* 1. *gloſſ.* 14. *num.* 21. *in fin.* Nevican. *dict.
lib.* 2. *numero* 72. *in* 5. *limitation.* Theſaurarius
enim nullam habet Juriſdictionem, nec poteſt
exigere ab invitis, ſed recipit ab ei ſolventi-
bus & ferentibus Franciſc. de March. *dec.* 204.

Præterea, quia hi qui ſolvunt Theſaurario, non 36
hoc agunt, & citra eorum intentionem eſt, ut
merum transferant dominium; ſed ut Principi
ſolvant & ab ejus debito, & obligationi nexu ſe
liberent, veluti & è contrario Theſaurarii reci-
pientis animus non eſt facere ſuam pecuniam,
ſed pro natura negotii, & ex injuncto onere
officii, Principi ſuo acquirere, ut in propoſito
arguit Ruin. ut *in conſ.* 143. *numer.* 2. *vol.* 5. ubi
ait quod dominium pecuniæ non tranſit in reci-
pientem; quando ſolvens non hoc agit, nec re-
cipiens; Burſat. *dict. conſ.* 325. *num.* 15. adſtipu-
latur Doctrina Bartol. *in l. Titium, §. altero, n.* 1.
*&* 2. *ff. de adminiſtrat. tutelæ*, ubi ait quod pecu-
nia reputabitur tutoris, quando proprio nomine
vendit rem pupilli, ſecus verò quando illam ven-
dit pupilli nomine, quia tunc dicitur pecunia pu-
pillaris; quo fundamento utitur Decius *conſ.* 473.
*n.* 9. ubi dicit Theſaurarium eſſe debitorem ſpe-
ciei non generis, quia recipit pecuniam nomine
Reipubli-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Reipublicæ, & ideo liberatur per empta ſpeciei, & facit quod conſuluit, Jaſ. *conſ.* 229. *num.* 34. *vol.* 2. ubi defendit Theſaurarium Ducis Mantuæ, teneri eo quod ſolum ſuperextantes pecunias, & quæ ſuperſuere, erogavit in alia negotia: & in eodem caſu de quo loquimur pecunia ſemper eſt Principis, non Theſaurarii, & ita percipit Feſtaſius *de collectis* 3. *part. principali, cap.* 1. *num.* 30. *cum ſequenti.*

Hic etiam obſtant conſ. Cuman. 178. Alciat. 100. Decii 6. quibus ſpecialiter reſpondit Petrus Surd. *dict. conſ.* 390. *n.* 27. & 28.

Deinde huic reſolutioni non oberit ſi afferas
37 exemplum tutoris qui efficitur † dominus pecuniæ quam exigit pro pupillo, & in tantum obligatur ei in genere quod ſi perierit, non erit liberatus ex Doctrin. Bart. *in l. Titium, & Mevium*; *§. altero, n.* 1. *ff. de adminiſtration. tutor.* Bald. *in l. ſi Petrus, Cod. communia utriuſque judicii,* Decius *dict. conſ.* 6. Alciat. *dict. conſ.* 100. *num.* 6. ubi ait valere argumentum de Theſaurario ad tutorem.

Quia objectio hæc diluitur ſi advertas termi-
38 nos eſſe longè diverſos † in propoſito, & diſcrimen conſideres in Theſaurario & tutore, tutor enim generalem habet adminiſtrationem, ut *toto tit. ff. de adminiſtration. tutel.* & ideo poteſt, imo aliquando debet pecuniam convertere in ſpecies, aliquando ſpecies in pecuniam: at Theſaurarii adminiſtratio tota conſiſtit in recipiendis, cuſtodiendis & ſolvendis pecuniis, nihil autem ex ſe facere poteſt, quinimo & an ſponte ſolventibus non recipit niſi cum bulſitino ſeu teſſera Magiſtratus, ſicuti eam alii non ſolvit ſine ejuſdem mandato; propterea non mirum ſi tutor obligatur in genere, ſecundum Din. & Bart. *in dict. §. altero Theſaurarius autem in ſpecie.*

Rurſus ſatisfit, quod ſi tutor obligatus ſit in
39 genere † tamen pecunia non deſinet eſſe pupilli, nec dicitur eſſe tutoris, ut ipſemet Bart. dicit, *loco præallegato.* ubi infertur quod ſi negotiatur tutor cum pecunia communi, tunc dicitur compendium commune, etiamſi nomine proprio geſſerit negotium; quod non eſt quando nomine proprio & de propria pecunia negotiatur, quia tunc lucrum eſt proprium tutoris, etiamſi pecuniam congeſſerit ex venditione rerum minoris, facta tamen ſuo proprio nomine, ut *ibi, n.* 2. *verſic. Si verò de propria, & n.* 1. ubi dicit quod pecunia redacta ex re pupilli, quam tutor proprio nomine vendit, non efficitur pupilli, *l. qui vas, §. fin. ff. de fructu,* & paulò poſt dicit, quod ſi res proprio nomine empta de pecunia pupilli, tranſeat in pupilli dominium, tamen ſi poſtea tutor illam vendat nomine proprio, pecunia erit tutoris, & ſi ex ea emat aliam rem, illa non erit pupilli: ecce ergo quod pecunia exacta non deſinit eſſe pupilli, argumentum ergo non ſubſiſtit, tutor tenetur in genere erga pupillum, ergo pupillus non eſt dominus pecuniæ ſuo nomine per tutorem exactæ à debitoribus, quinimo ego credo quod pupillo ſeu adulto, finita tutela, detur rei vindicatio contra pecuniam tutori ſolutam à debitoribus pupilli; nam per debitorem ejuſque miniſterium acquiritur pupillo dominium & poſſeſſio, *l. ſi Procurator in fin. ff. de acquirend. rer. Domin. l.* 1. *§. per Procurator. ff. de acquirend. poſſeſſ. & utroque loco,* gloſſa & DD. Et non valet diſcrimen quod Alciat. recitat *dict. conſ.* 100. *numero* 6. *verſic. ad idem,* facit inter pecuniam & alias res, quandoquidem vanum eſt, nec aliqua ſubeſt ratio diverſitatis, nam etiam pecunia tranſit in dominium mandantis, quando ſolvit, id in animo gerit, ut mandanti quæratur; & recipiens id agit ut pro mandante gerat negotium, quemadmodum in propoſito explicat Ruin. *dict. conſ.* 143. *num.* 2. & *ſequenti volum.* 5. ubi ideo infert quod pecunia efficitur domini non autem Theſaurarii.

Nec non etiam immorari debet quod Theſaurarii noſtri temporis officium non conveniat † Suſ- 40
ceptoribus antiquis, Exactoribus & Arcariis, de quibus *in tit. Cod. de ſuſceptor. dict. lib.* 10. ſed potius Argentariis & Nummulariis, ut probat Alciat. *dict. conſ.* 6. & *conſ.* 100. *num.* 1. Curtius Jun. *conſ.* 19. *numer.* 9. Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi* 6. *part. conſiderat.* 17. *cum tribus ſeqq.* Burſat. *dict. conſ.* 325. *n.* 26. quia non inſiſtere debemus in nomine, vel ſonitu officii, ſed in qualitate oneris inventi, aut obligationis ſuſceptæ, quæ ut ſuprà probavimus, ejus eſt conditionis & naturæ, ut tanquam Depoſitarius fideliter recipiat & cuſtodiat pecuniam Principis, & quibus placuerit perſolvat, ut doctiſſimè reſpondit Petrus Surd. *dict. conſ.* 391. *n.* 30. ubi & alia argumenta quæ in propoſito poterant perpendi faciliori negotio.

Quæ reſolutio de jure abſque dubio procedit, & firmiter eſt ampiectenda, præterquam ſi Princeps in conceſſione † tituli Theſaurarii ei con- 41
ceſſerit, & gratiam faciat, quod ſuâ pecunia indiſtinctè negotiare poſſit, eo ſolo contentus quod pretium emptionis officii ſibi perſolverit, & Regios reditus ſuo tempore promptos habeat, ut ſatisfaciat; ſicuti plures cum prædicta facultate & negotiandi licentia, Theſaurarii titulus expeditos perlegi.

Unde ſuperiori ſuccedanea eſt quæſtio illa, utrum diminuto monetæ † valore & pretio ex 42
nova pragmatica ſeu lege Principis, periculum iſtius diminutionis debeat ſubire Theſaurarius in moneta, & pecunia, quam, ut Principi perſolveret, jam receperat & cuſtodiebat; qua in re plures exortæ fuerunt lites in noſtro Regno Caſtellæ ex anno in quo Auguſti menſe ſanctio Regia fuit edita & promulgata, qua valor pecuniæ ære nempe *de Vellon* ex dimidia parte fuit minutus. Et in noſtro Regio conventu in dirimendis harum litium & quæſtionis propoſitæ controverſiis, commune obtinuit placitum, & uniuſcujuſque aulæ Judicum concors votum, quod pecuniæ extantis periculum ad Regem pertineret, utpote ejus dominum; Nam periculum ſemper tangit dominum rei, ut *in l. incendium, Cod. de rebus credit.* & *l. ſi certum petatur, l. ff. & Cod. de pericul. rei venditæ.*

Unde ſimul cum ipſa pragmatica † ſanctione 43
diminuti valoris monetæ, erit quoddam Regis decretum, & editum quod Theſaurarii omnes, & qui publicam pecuniam penes ſe depoſitam habebant, etiam intra certos dies, notam & manifeſtam facerent coram Prætore, & exhiberent ac numerarent in certa forma ad evitandum fraudes, ne cum fortaſſis eam conſumptam vel mutuatam aut diſtributam haberent, poſteaque ſupponerent ab aliis privatis ſuſceptam, aut ſuam propriam pro Regia, & damnum diminutionis & reductionis hoc modo vitantes, lucrum in ſua pecunia conſequerentur. Itaque Theſaurarius qui præſcripta forma in Regio præcepto contenta, pecuniam Regiam ſeu publicam manifeſtavit, ſolvens in moneta nova, aut minuta, dimidiam par[illegible]em ad quam fuit reducta, liber ſemper evaſit & [illegible] ab Judicibus fuit abſolutus, qui verò non [illegible] manifeſtavit periculum diminutionis ſuſtulit. E[illegible]t idem in omni-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnibus adminiſtratoribus & œconomis Baro-
num ſeu Dominorum, quia ad bona ſua concur-
ſum debitorum, vulgo *Pleyto de acreedores*, fe-
cerant, in Curia nominatim fuit obſervatum.

44 Circa alios verò Depoſitarios † diverſimodè in
Senatu noſtro obtentum extitit; & omiſſis pluri-
bus quæ pro clientibus in his litibus multifariam
expendi, & ab aliis præſtantiſſimis Advocatis ani-
madverſa vidi & audivi, & brevitatis cauſa omit-
to, diſtinctione rem hanc abſolvam. Aut enim
controverſia ſuper depoſito voluntario pecuniæ
fuit orta, & tunc ſi in ſacculo ſignato cum in
tali caſu dominium ejus apud deponentes ſem-
per permanſerit, ut *in l. die ſponſalium*, 25. §.
1. *ff. depoſiti*, ibi: *Qui pecuniam apud ſe non ob-
ſignatam, ut tantumdem redderet, depoſitum in uſus
proprios convertit poſt moram, in uſuras quoque
judicio depoſiti condemnandus eſt*, ponderata illa
quæſtione, *non obſignatam*, per argumentum à
contrario ſenſu, *l.* 1. §. *eleganter verſic. Si pecu-
nia*, *ff. depoſiti*, periculum ad dominum pertinuiſſe
pluribus ſententiis fuit decretum & ſtabilitum, ma-
ximè ſi probatum fuit pecuniam ſemper extitiſſe,
nam Depoſitarius regulariter periculo rei depoſitæ
obnoxius non eſt, niſi dolo ſuo proveniat, *l.* 1. §.
*ſi veſtimenta*, *ff. depoſiti*, *l. ſicut certo*, §. *nunc vi-
dendum*, *ff. commodati*, §. *præterea*, *Inſtitut. qui-
bus modis contrahit obligat.* non verò ſi ex caſu
fortuito ex dictis juribus; Decius *in l. in contra-
ctibus*, *ff. de regul. jur.* & factum Principis mi-
nuentis pecuniam, caſus eſt ſolitus, ut per *le-
gem*, *item ſi verberatum*, §. *item ſi forte*, *ff. de
rei vendication.* & *l. apud Julian.* §. *conſtat*, *ff. de
legat.* 1. ita advertit in propoſito Gratian. *tom.*
1. *diſputat. forenſ. cap.* 521. *n.* 25. Si verò pecu-
nia non in ſacculo ſignato, ſed ſimplici nume-
ratione voluntariè fuit depoſita, & Depoſitarius
tantumdem reddere ſe obſtrinxerit, tunc cum in
hoc caſu non depoſitum proprium & regulare,
ſed irregulare contrahatur, ut *in l. Lucius* 24. *ff.
depoſiti*, ibi: *Quod ita verum eſt ſi id actum eſſet,
ut corpora nummorum eadem redderentur, nam
ſic ut tantumdem ſolveretur, convenit, egredi-
tur ea res depoſiti notiſſimos terminos dict. l. dies
ſponſaliorum*, §. *qui pecuniam*, *l. Quintus*, ibi:
*Viginti quinque nummos, quod apud me eſſe vo-
luiſti*, & ibi: *Quibus & primum proſpiciant ne
vacui tibi ſint, id eſt, ut uſuras eorum acci-
pias*, *l.* 1. §. *ſæpe*, *ff. depoſiti* ibi: *Sæpe eve-
nit, ut res depoſitæ vel nummi periculo ſint ejus
apud quem deponuntur, ut puta ſi hoc nomina-
tim convenit*, *l.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. ibi: *Fueras
ende ſi fueſſe de aquellas coſas que ſe pueden can-
tar, o peſar, o medir, ſi quando la reciviſſe la
fueſſe dada por cuenta, o por peſo, o por me-
dida. Ca entonzes peſaria a el ſeñorio.* ubi
Gregorius Lopez *in Scholio ſuper verbo*, *fueras
ende*, docet copioſiſſimè, & ſumma cum eru-
ditione omnes qui ad ſua tempora accuratè de
ea re ſcripſere, Dominus Joannes del Caſtill.
*lib.* 3. *practicar. cap.* 6. *ferè per tot.* & ſpecialius,
*num.* 31. utique in hoc caſu pecuniæ depoſitæ
periculum, & reductionem ad Depoſitarium, ut-
pote dominum, pertinere pluries in Senatu de-
claratum vidi, nec mirum cum talis Depoſita-
rius debitor generis ſit, & cum genus perire non
poſſit, tenebitur de periculo & caſu fortuito,
ut eleganter per plures convincit rationes Joann.
Vincentius Honded. *conſ.* 43. *per tot. vol.* 2.
Mandel de Alva *conſ.* 3. *numer.* 3. Anton. Go-
mez 2. *tom. variar. cap.* 7. *n.* 3. *in princip.* D.
Joann. del Caſtill. *lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 34.

Aut depoſitum pecuniæ fuit † neceſſarium, 45
quia in juſſu Judicis ſequeſtrata eſt, ut crebro
accidit, *in l. ſi fidejuſſor.* §. *penult. ff. qui ſatiſ-
dar. cog. in l. ſi ſoluturus*, *ff. de ſolution.* & *in l.
ſi creditrici*, & *in l. acceptam*, *Cod. de uſuris*, do-
cet Angel. Peruſinus *in tract. de ſequeſtris*, *num.*
4. Pichardus *in* §. *præterea Inſtitut. quibus modis
re contrah. oblig. num.* 20. & tunc abſque dubio
periculum ad dominium etiam pertinet ex ratio-
nibus, & juribus ſupra adductis, cum ſemper
dominium in eo remanſerit, non in ſequeſtro,
ut pluribus adductis tradit D. Joann. del Ca-
ſtill. ubi *proxime num.* 23. quinimò & poſſeſſio,
ut *in l. intereſſe puto*, *ff. de acquirend. poſſeſ-
ſion.* Menoch. *de retinend. poſſeſſion. remed.* 3.
*ex numer.* 88. *uſque ad numer.* 100. Corraſius
*Miſcel. Juris lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 12. *cum tri-
bus ſeqq.* cui reſolutioni non adverſabitur text.
*in dict. l. licet*, §. *res depoſitæ*, *ff. depoſiti*, &
*in cap.* 1. *de ſequeſtration. poſſeſſ. & fructuum*:
in quorum conciliatione immorari fas non erit,
cum de ea latè egerint Charond. *veroſimilium*,
*lib.* 3. *cap.* 6. Cujac. *lib.* 9. *obſervation. cap.* 33.
Duaren. *de ſacris Eccleſiæ miniſtris*, *lib.* 3. *cap.*
10. Robert. *lib.* 4. *ſententiar. cap.* 6. Petrus Gre-
gor. *lib.* 23. *ſintagmat. juris cap.* 3. *num.* 20. Pi-
char. *in* §. *præterea*, *num.* 22. *Inſtit. quibus mo-
dis re contrah. obligat.* D. Joann. del Caſtillo ubi
*ſuprà ex n.* 15.

Et in depoſito Judiciali, diminutionem mone- 46
tæ non periculo Depoſitarii, ſed domini ad quem
pecunia pertinebat, addere in pluribus litibus ob-
tinui, niſi in eis in quibus probatum ſtetit pecu-
niam in negotiatione ambulaſſe, nec ſtantem per-
manſiſſe.

Et idem in pecunia quæ pro redemptione † ali- 47
cujus cenſus fuit parti oblata, & ipſa acceptionem
renuente, per Judicem deponi apud aliquem fuit
juſſa, quia tunc depoſito rectè facto, periculum ad
eum qui recipere pecuniam debuit, ſpectabit, ut
reſolvit Felician. 2. *tom. de cenſibus lib.* 4. *cap. unic.
n.* 6. ibi: *Sed ſi depoſita ſors periret cujus periculum
dicendum eſſet perire, & diſtinctione difficultas ab-
ſolvenda eſt, ut ſi creditor juſtè recuſaverit depo-
ſitum recipere, debitori pereat, ſi minus creditori*,
& *l. qui decem in princip.* & *l. creditor. oblatam in
principio*, & utrobique Bart. & DD. communiter,
*ff. de ſolution. l.* 1. *Cod. de ſuſceptor. & Arcariis*,
*lib.* 10. plurimos in eam ſententiam recenſet Tira-
quel. *de tract. conventionali* §. 4. *gloſſ.* 6. *n.* 34. il-
lam ſequutus conſenſit Petrus Folerius, *dict. verſ.
inſtrumentum gratiæ*, *num.* 50. & ita obtinui in
cauſa & lite Villæ de Rus, † contra Comitem 48
de Villamor ſuper depoſito ſortis principalis cu-
juſdam cenſus, decem ſeptem millia ducatorum,
quod ego totis viribus legitimè eſſe factum con-
tendebam ante editionem pragmaticæ diminutio-
nis & reductionis prædictæ monetæ, ac per con-
ſequens, periculum ejus ad Comitem ſpectare de-
bere, ex ſuprà relatis legibus & doctrinis.

Et licèt aliquantulum divagari videtur, inter
alia obſtacula quæ illi depoſito opponebantur, il-
lud potiſſimum & diſputatione dignum fuit val-
dè controverſum & ventilatum, quod depoſi-
tum † prædictæ quantitatis non fuit Comiti per- 49
ſonaliter intimatum, nec potuit, quia Comes tunc
temporis, ex delegatione Regia Ducis Genera-
lis officio inſerviebat in Fortalitio de *Larache*,
quod licet hujus Regiæ Coronæ dominio ſubſit,
longe tamen ab Hiſpaniæ Regno diſtat, & in ter-
ritorio Africæ ſitum manet; cum tamen conditio-
ne expreſſa obligationis cenſus cautum erat, quod
ſolutio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſolutio monetæ, cum de redemptione cenſus age-
retur, Matriti eſſet facienda, ac Comiti vel illius
ſucceſſori in majoratu intimanda, & apud Theſau-
rarium villæ pecunia eſſet deponenda. Unde in
facto contingit, quod cum Comes abſens, & exter
à Regno eſſet, præſtata abſentiæ informatione, bo-
nis ejus fuit defenſor creatus, cui tale depoſitum
loco Comitis fuit intimatum, & cum hac intima-
tione, pecunia juſſu Judicis apud Theſaurarium
fuit depoſita, & poſt undecim dies pragmatica
diminutionis monetæ fuit promulgata.

Ut autem periculum diminutionis Comes vi-
50 taret, ex parte ejus objiciebatur, quod talis †
intimatio, ut depoſitum fieret, neceſſario ei in
perſona fieri debebat, quando quidem certius con-
ſtabat in prædicto Fortalitio eſſe, ubi copia ejus
haberi poterat, & in ſuum dictamen licenciatus
Perez del Pulgar, & Dominus Didacus Nu-
ñez del Caſtillo, doctiſſimi, & peracutiſſimi Ad-
vocati, qui partes Comitis agebant, inter alia,
*deciſionem* 15. Gamæ Luſitani expendebant, jun-
ctis pluribus adductis per ſuum additionatorem
Flores de Mena virum doctrina, & eruditione
laudabilem, Carrione natum (unde & ego or-
tus ſum) in qua deciſum manet abſentem ab his
Regnis, in loco quantumvis remoto, & diſtanti,
etiam apud Indos, dummodo ſedes, vicinitas
aut habitatio ejus nota, & certa ſit, neceſſariò
perſonaliter citandum eſſe, ex juribus & rationi-
bus ibi perpenſis, & à me ex animo brevitatis
cauſa omiſſis.

Ego tamen defenſorem ei creari in hoc caſu
51 poſſe, & prædicto defenſori intimationem † pe-
cuniæ oblatæ factam ſufficere, ut depoſitum poſt
eam factum firmiter exequentibus adminiſtrabam:
& primo ex eo quod quando lis movetur contra
52 abſentem à Regno, defenſor ei † creari debet
cum quo acta fiant, & intimationes, quæ aliàs
in perſona fieri debebant, *ex gloſſ.* communiter
approbata per text. ibi: *in l. ab hoſtibus, ff. ex
quibus cauſ. majores*, & de jure noſtro Regio eſt
textus formalis, *in l.* 12. *tit.* 2. *part.* 3. ibi: *Ve-
gadas ay que captivan, o no ſon en la tierra a-
quellos contra quien el demandador quiere fazer
ſu demanda, o mueren ſin herederos, por quien
ande fincar ſus bienes deſamparados, o porende
el que quiſiere facer tal demanda, como eſta de
pedir al Juez del lugar que de quien guarde en
aquel pleyto, los bienes de aquel a quien quiere
demandar, e el deberlo fazer, e eſto es por que
ſu ſeñor non ſeria y para reſponder non otro
por el, e quando tal guardador fuere dado, pue-
de entrar en Judicio con el, e todo quanto ra-
zonare, o ficiere por el derechamente, e ſin en-
gaño ſera valedero tambien como ſi eſtuvieſſe
delante aquel cuyos fueſſen los bienes*, ubi Gre-
gor. Lopez *in verbo, que captivan*, tradit Bald.
*in l. cum proponas, Cod. de bon. Autorit. Ju-
dic. poſſidend.* Menoch. *de arbitr. Judic. lib.* 2.
*centur.* 2. *caſu* 150. Suarez de Paz *in ſua pra-
xi tom.* 1. *part.* 3. *numer.* 5. Joann. Guttierrez
*de jurament. confirmatorio*, 1. *part. cap.* 23. *nu-
mer.* 5. & 6. qui firmiter tenent ad creandum
hunc curatorem, ſeu defenſorem non eſſe ne-
ceſſariam præcisè abſentiam extra Regnum, ſed
ſatis eſſe extra Provinciam vel territorium, ubi
fieri debet Judicium, idem Joann. Guttierrez
*lib.* 1. *practic. quæſt.* 133. *ſuper intellectu legis*,
19. *tit.* 20. *lib.* 4. *novæ Recopil.* in illis verbis, *Y
dados los dichos pregones, ſea citado el dicho
deudor, para el dicho remate en ſu perſona, ſi
pudiero ſer avido.* Ubi reſolvit non eſſe debito-
rem perquirendum, vel citandum perſonaliter ſi
extra Provinciam abſuerit; Parlador. *lib.* 2. *re-
rum quotidian. cap. fin.* 5. *part.* §. 9. *numer.* 14.
Secundo & non leviter, quia nullus in jure ar-
ctatur, ut cum maximis ſumptibus & expenſis † 53
quærat adverſarium abſentem, ut cum eo litigii
concertationem (quam intendit) ineat, ut colli-
gitur ex textu eleganti, *in l. Sed & hæ perſonæ*,
35. §. *non ſolum, ff. de Procuratoribus*, ibi: *Cæ-
terum cogi eum etiam in Provinciam de Roma abi-
re, vel è contrario, vel à Provincia in aliam Pro-
vinciam, & defendere durum eſt.* Conducit text.
*in l. idemque*, 16. *verſic. ſed hoc ff. pro ſocio*,
gloſſ. *in l. feminas, ff. de Procuratoribus*, docet
Rodericus Suarez *in l.* 2. *tit. de los emplaçamien-
tos, lib.* 2. *fori legalis*, §. *ulterius quæritur, num.*
4. ubi ex ipſamet ratione contendit debitorem
principalem, extra territorium vel Provinciam
abſentem exequendum non eſſe; Gregor. Lopez
*in l.* 9. *tit.* 12. *part.* 9. *gloſſ.* 1. & *in l.* 11. *tit.* 7.
*part.* 3. *in verb. de ymbiar ſu perſonero*, Joan.
Guttierrez *dict. cap.* 28. *de jurament. confirmat.*
1. *part. num.* 4. cum tamen certiſſimum ſit quam
ingentes ſumptus neceſſariò cauſarentur, ſi eſſet
mittendus nuntius ad citandum abſentem extra
Regnum, & quam difficilis eſſet aditus circa per-
ſonam Comitis in tali Fortalitio exiſtentis & tam
magno inſervientis officio, ut ei quidquam inti-
maretur, & quod tempus in hujuſmodi intimatio-
ne facienda deliberetur.

Certò in caſu litis de qua contendebatur, for-
tius urgebat conſideratio, quia concilium Villæ
de Rus depoſitum pecuniæ, ſuper cujus intima-
tione controverſia fuit exorta, ad redemptionem
cenſus, † cujus obligatione premebatur, fecit; 54
quæ utique redemptio tam ex natura actus quàm
ex expreſſa partium conditione in cenſu poſita,
remorari, ex temporis intervallo non poterat, ut
eſt pluſquam notum, ut docet Covarr. *lib.* 1. *va-
riar. cap.* 9. *num.* 8. *verſic. poſtremo*, & proſequi-
tur latè Gaſpar. Roderic. *de annuis reditibus, lib.*
1. *quæſt.* 6. *n.* 44. & *lib.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 3. unde
conditio intimationis faciendæ Comiti vel poſſeſ-
ſori majoratus æquitate, & forma impoſita cen-
ſetur, quæ conveniret naturæ actus, ut *in l. ita
ſtipulatus*, 115. §. *item ſi quis*, ibi: *Et ipſius rei
naturam, ff. de verbor. l. proculus, ff. de uſu-
fruct. l. inſulam, ff. de præſcriptis verbis*; quia
quod naturaliter ineſt pro expreſſa haberi debet
quaſi ipſa natura loquente. Bald. *conſ.* 130. *col.*
1. *vol.* 3. docet Cravet. *reſponſ. prego ero, num.*
318. & *de antiquis temporibus*, 4. *part. numer.*
222. Tiberius Decian. *reſponſ.* 57. *numer.* 61. *vol.*
1. Menoch. *de arbitrar.* 1. *caſu* 199. *numer.* 2.
Oſaſc. *deciſ. pedemontan.* 95. D. Joann. del Ca-
ſtil. *tom.* 5. *cap.* 86. & 87. & *cap.* 13. *tom.* 6. *n.*
20. quod ſi creditor cenſus abſens extra Reg-
num, perſonaliter eſſet citandus, libertas redi-
mendi differebatur, & quodammodo difficilis ad-
modum, & pene impoſſibilis reddebatur contra
naturam actus, ut rectè animadvertit & ſummè
commendat Filiucius 2. *tom. de cenſib. lib.* 4.
*cap. unico, numero* 5. ibi: *Illud judicio meo
eximium pondus & momentum habet, quod an-
tea expenderam, ſcilicet redimendi facultatem
in eadem libera debitoris voluntate nullo modo
poſſe amitti, auferri, reſtringi aut coarcta-
ri.*

Quartò in caſu propoſito, id eſt de mente † 55
Roderici, *lib.* 2. *de annuis reditibus, quæſt.* 15.
*num.* 55. & 56. Quibus utique fundamentis non
obſtare deciſionem Gamæ cum ibi adductis, &

M 4 per

per Flores-Diaz de Mena *in additione ad eam*, firmiter intendebam; nam jura, & DD. ab ipſis adducti procedunt in diverſo caſu, nempe, quando quis de novo litem movere intendit contra abſentem de cujus domicilio & habitatione non dubitatur; tunc enim nihil mirum quod perſonaliter citari debeat, ut jam ſubjeci, an verò contendere velit, ut in l.... & ex rationibus *ibi* adductis.

56 Nec iterum pro parte † Comitis illud, in quo etiam innixi Advocati ſui pedem firmabant, Comitem ut pote juſſu principis, & Reipublicæ cauſa abſentem à Regno, ut præſentem judicari debere, vel ſaltem reſtitui poſſe adverſus æſtimationem factam cum defenſore nominato vel curſum temporis eum conſtituentem in mora, ut *in l.* 1. ubi notant, Bald. *Cod. ex quibus cauſ. majores & in l.* 2. *§. legatis*, & *in l. ſi quis in legatione*, ubi notat Barb. *ff. de judic. & in l. penult. verſic ultim. ff. de legationib.* proſequitur latè Bonifacius Rugerius, *conſ.* 2. *per tot.*

Sed reſpondebam multipliciter & primò quòd reſtitutio † non fuit petita, ſecundò quod etſi
57 petita eſſet abſentia Reipublicæ cauſa vel juſſu Principis, qui ejuſdem regitur metis, & clauditur cancellis, ut per Cevall. *conſ.* 4. *num.* 4. non præſtat excuſationem in caſibus, in quibus potuit quis Procuratorem vel latorem relinquere; ut *in l. fin. Cod. de juriſdict.* Rogerius *dict. conſ. ex num.* 5. Tiberius Decian. *reſponſ.* 121. *numero* 24. *vol.* 3. ubi ait quod quando quis poteſt removere impedimentum abſentiæ & non removet mittendo vel relinquendo Procuratorem, & non facit, ſibi eſt imputandum ex Doctrin. Bartol. *per illum text. in l. ſed & ſi per Prætorem*, *§.* 1. *verſic. ſed nec ad eos*, *ff. ex quibus cauſ. majores*, ubi probat, quod non dicitur impeditus, qui de facili impedimentum removere poteſt, & id ipſum tradit *in l. quibus diebus*, & plura in propoſito congerit Ignatius Diaz del Villar, *in ſua Sylva reſponſ.* 2. *lib.* 1. *n.* 47.

Tertiò quod reſtrictio ob abſentiam † cauſa
58 Reipublicæ cenſebatur, quando foret læſus, vel actus ſic fieret, dicto quod non adfuiſſet, ut *in l. his qui Reipub. cauſa antepenult. ff. ex quibus cauſ. majores*, docet Socin. *conſ.* 116. *in præſenti conſultation. à n.* 3. *vol.* 4. Tiberius Decianus *reſponſ.* 69. *vol.* 2. *n.* 9.

Sed, ut intra limites noſtræ materiæ includamur, & ad propoſitum à quo digreſſi fuimus, reverſum faciamus, hìc diſputanda ſe offerebat quæſtio illa, utrum Theſaurarius pro pecunia Regis, vel depoſita, ſibi à latronibus † furto ſubtracta
59 teneatur, an verò allegans & probans caſum furtivum, immunis ſit. Qua de re latiſſimè agit & per argumenta & rationes ſubtiliter procedit Burſat. omninò videndus, *dict. conſ.* 325. *tom.* 3. nec enim in hac & aliis ſimilibus quæſtionibus latiſſimè per eum *ibi* agitatis immorari fas eſt, cum *ibi*, & dubia, & reſolutionem accipere vales.

Unde cum Comes etiam ſi Matriti adeſſet neceſſariò teneretur recipere, nec recuſare ullo modo poterat, conſequenter dicebam nullam ineſſe, nec potuiſſe conſiderari ob abſentiam læſionem, ut talis reſtitutio concederetur, & ita obtinui, & quia articulus iſte in Curia anceps fuit reputatus, & ad ſecundum Aulam remiſſus, obiter circa quæſtionem periculi diminutionis monetæ quoad pecuniarum depoſitam, hanc litem & Regales Senatus deciſiones memorare non erubui.

Verùm pro Coronide hujus Capitis ſcias quo-
modo Theſaurarius, † ſcribere in ſuo libro de- 60
beat, & qua forma & ſtylo pecunias, quas intuitu ſui officii recipit, attentè advertas velim quæ in propoſito ſummaque cura, & ingenti ſtudio retulit, & cumulavit Petrus Surdus *dict. conſ.* 391. his verbis, *Convenire porrò non poſſunt cum Alciato, qui* in conſ. 100. num. 12. & ſequenti, *voluit Theſaurarium non teneri ſuper libro ſuo ſcribere ſpecies monetarum receptas, ſed ſat eſſe ſi ponat earum valorem juxta tempus quo illas recipit, id quod poſt firmat etiam Burſat.* dict. conſ. 395. numero 1. uſque ad 12. *movetur autem eorum uterque, quia nec in legibus, nec apud DD. reperitur cautum quod eo modo libri componantur; quandoquidem rationum liber componi ita debet, ut intelligantur omnia ſingulariter, non in ſumma aut in confuſo, adeo quod ex eo cognoſci poſſit veritas, & falſitas deſcriptorum*, l. antepenultim. ff. de condit. *& demonſtrat.* Bart. in conſ. 150. *Cum prædicta examinarent*, in fin. vol. 1. *Socin.* verſic. 113. numero 3. & 4. volum. *eo quod ſigillatim deſcribi debent omnia*, & *dicit Angelus*, in conſ. 277. numer. 6. *quem ſequitur Socin.* in locis citatis *ita debere eſſe clarum librum ut deprehendi poſſit an probæ vel improbæ rationes ſint in eo relatæ*, *Plot.* in tract. de inſtitut. Jur. *§.* 9. numero 31. & *dicit Bart.* in l. comperimus, Cod. de navicula, lib. 11. *quod liber officialis continere debet ſingulariter omnia, ita quod contineantur allegat.* l. neminem, Cod. de ſuſceptoribus, *Socin. Junior.* in conſ. 148. numero 6. & ſeqq. volum. 1. *ubi dicit deſcribi debere omnia apertè & diſtinctè, ut ſingula valeant decerni, & quod deſcriptio fieri debet ſingulariter. Roland. latè alios allegans*, in conſ. 48. numero 20. volum. 1. *& præter eos Decius* in conſ. 110. num. 8. & ſeqq. *Decian.* in conſ. 85. num. 25. volum. 2. & latius in conſ. 49. num. 18. vol. 3. *ubi addit Roman. Gail. Paris & Gratian. Menoch.* de arbitr. Judic. caſu 209. num. 14. *Sed non poteſt dici ſingularis, diſtincta, & aperta deſcriptio pecuniarum, quando ejus forma vel ſpecies non deſignatur, itaque cum plurimum differat auream & argenteam recipit monetam, cujus idem valor extrinſecus in Regione paſſim ſolo etiam temporis curſu mutari ſolet, an vero deteriori liga vel ære contaminatam exigeret, dignoſci poſſit, an eam recipit cujus valor augetur vel aliam de cujus augmento nihil eſt ſperandum, præterea liber rationis continere debet omnes res, ut dicunt prædicti DD. ut videmus idem eſſe in inventario; quia in eo debent omnia deſcribi, & ſi quid omittatur pro eo in litem juratur*, l. fin. Cod. de arbitrar. tutor. l. tutor. qui repertorium, *ubi Bart.* col. penultim. ff. de adminiſtr. tut. *Corn.* in locis præcitatis, *Ruin.* in conſ. 29. numero 11 verſic. & ex alio etiam, vol. 5. *Caſtro.* in conſ. 124. colum. final. vol. 1. *Plot.* in dict. §. 5. numero 28. *Phanuc.* in tract. de inventar. part. 3. numer. 30. *& paria ſunt admittere bona vel adſcribere, ſed non perfecto, nam in tali caſu juratur in litem perinde ac ſi non fuiſſet aliqua facta deſcriptio*, *Bart.* dict. conſ. 150. *Socinus & alii apud Plot.* in dict. §. numero 29. in fin. *& in inventario poni debet clare & diſtinctè pondus, numerus, menſura, qualitas & quantitas*, l. ſi quis intra, Cod. de bon. præſcript. *ubi Bald. notat, & dicit Bart.* in dict. l. tutor. qui repertorium col. 2. *quod rerum ſigna deſcribi debent, repetit. Papa* in forma libelli quo agit ad red. ratio. colum. 3. verſic. adhuc quæritur, *& talis fieri debet deſcriptio quod*

creditor

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*creditor relevetur ab onere probandi, & poſſit ex ea ſola convenire Adminiſtratorem, ut inquit Caſtro* dict. conſ. 124. in fin. vol. in 1. *ubi allegat.* gloſſ. 3. *& Bart. Plot. qui alios citat.* dict. §. 5. num. 29. verſic. & ſi ex ipſis inventariis, *Roland.* in conſ. 3. num. 43. vol. 2. & in tractatu de inventariis in tercero, verſic. omittendum quoque, num. 2. fol. mihi 79. *latè etiam Phanuc.* in dict. tract. part. 3. num. 30. *& in prædictis locis inferunt ad æſtimationem, & alias qualitates: at ſi Theſaurarius in lib. non deſcribat qualitatem & ſpeciem monetæ, non poterit Princeps in exigenda ratione cognoſcere, an fideliter res geſta fuerit, ſed cogitur probare quas, & quantas ille receperit monetas, ex quibus potuerit lucrum fieri circa allagia vel extrinſecum valorem, & cum jura dicant quod qualitates omnes ſunt annotandæ, inferi poteſt quod etiam ſpecies monetæ poni debet, eſt enim qualitas, intelligo tamen de monetis ex puro auro, & argento, & his tantum quorum extrinſecus valor hac Regione creſcere ſolet curſu temporis tantum, nulla accedente alia ratione, & ſic de illis, quas ſic deſcribi poteſt intereſſe Principis, ſic enim ſervandum eſſet in rebus quarum valor in tempore augetur, vel minuitur, puta in bovibus, & aliis animalibus: certè ſi in illis deſcriptio fieret ſine qualitate, non eſſet recta, & quamvis dicta jura loquantur de inventariis, eadem eſt ratio in libro rationum, qui quod ejuſmodi officiales vices tenent in inventariis, quinimo etiam in his, qui ultra librum faciunt inventarium, liber ipſe eſt loco inventarii & ſi quid in inventario omiſſum eſt, habetur pro deſcripto ſi in libro ponatur, ut per Joann. de Prato* conſ. 93. *inter conſilia Calcan. & Jacob. de Grachis* conſ. 95. eod. in loco *Cravet.* in conſ. 275. numer. 12. verſic. Et in terminis, & in conſ. 931. numero 1. *Ubi addit Cornium & non poteſt diverſitatis ratio aſſignari, quare officialis vel Adminiſtrator quivis non teneatur in libro deſcribere qualitates rerum, quæ ad ejus manus pervenerunt, ita ut & toto libro convinci poſſit, deſignant igitur Alciat. & Burſat. dicere, quod non reperitur in jure deciſum quod teneatur Theſaurarius deſcribere ſpeciem monetæ, quoniam ſatis reperitur, cum dicant jure teneri eum omnes qualitates deſcribere, & librum taliter conficere, quod ex eo ſolo fundetur domini intentio & non dicatur in lege omiſſum id quod ſequitur ab expreſſo: Socin.* in l. hæredis mei, §. cum ita, num. 11. ff. ad Trebell. Paris in conſ. 66. num. 62. volum. 3. *Cravet.* conſ. 149. numer. 11. *Roland.* conſ. 27. num. 34. volum. 4. *Rem.* conſ. 37. numer. 17. *Menoch.* in conſ. 24. numer. 15. *Sicut nec in illud in quo militat eadem ratio, Oldrad.* dict. conſ. 224. col. 7. poſt med. *Bald.* in conſ. 95. col. 4. *Tiraq.* de retract. coniang. §. 2. gloſſ. 1. numer. 19. *Socin. Junior.* conſ. 128. numer. 190. vol. 1. *Paris* conſ 15. num. 24. vol. 3. *Cravet.* conſ. 130. num. 7. *Menoch.* de arbitr. Judic. caſu 63. num. 10. *in facto autem cum lex dixit omnes qualitates eſſe deſcribendas, neceſſariò deberi inferri quod deſcribatur monetæ ſpecies, quæ eſt qualitas, & ſatis eſt dixiſſe in genere de omnibus qualitatibus, tantum enim operatur generalis diſpoſitio circa contenta in genere, quantum ſpecialis circa particularia*, l. ſi dico in fin. ff. de adminiſtration. tut. *gloſſ magna*, in l. ſi his qui, ff. de jur. fiſci text. in l. filiusfam. §. Divi num. 95. de legat. 1. *Roland.* conſ. 62. num. 38. vol. 2. *Sic cum eadem militet ratio in ſpecie pecuniæ, quæ in cæteris aliarum rerum qualitatibus, ut ſuprà dixi, non dicatur omiſſum ſed comprehenſum in lege.*

Et tandem ut colophonem capiti huic imponamus, illud meminiſſe etiam juvabit, quod ſi pecunia Judicis juſſu, apud Theſaurarium vel Depoſitarium † conſtituta & depoſita, iterum ad 61
petitionem alterius creditoris ſequeſtrari videatur, & Depoſitario, ſeu Theſaurario Judicis mandato intimetur, quod eam retineat, nec abſque ejus ordine tradat, tunc in iſto caſu ſi quilibet ex creditoribus ſententiam conſequatur, ut ſibi ſolutio fiat, Theſaurarius aut Depoſitarius prædictâ ſententiâ requiſitus non tenetur, ſtatim ſolvere niſi compulſus à judice, & proteſtatione vel appellatione ab ejus mandato interpoſita, alias non rectè ſolvit, ſed potius periculum ſuberit, ut *in l. ait prætor.* 7. *§. permittitur verſic. Quod tamen, ff. de minoribus*, ibi: *Quid tamen ſi Prætor decernat ſolvendum eſſe ſecurum dubitari poteſt, puto autem ſi allegans minorem eſſe, compulſus ſit ad ſolutionem, nihil ei imputandum*, docet Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 17. numer. 7.* Joan. Guttierrez *lib. 1. practic. quæſt.* 113. Avendan. *in dictionar. verb. fuerza*, quæ eſt veriſſima opinio, & amplectenda, quidquid Afflict. *deciſ. Neapolit.* 150. *numer.* 20. arguere tentaverit, & inde quæ in propoſito adducit Didac. Perez *in l. 1. tit. 10. lib. 3. ordinament. quæſt. 15. col.* 1144. Azeved. *in l. 13. tit. 9. lib. 3. novæ Recopil.*
Et regulariter quodlibet † depoſitum Judiciale 62
abſque juſſu Judicis revocari non poteſt, nec pecunia ſeu bona deponenti vel alii ſunt reſtituenda, *l. ſi oleum in princip.* ubi gloſſ. Bart. Bald. & alii, *ff. de dolo*, docet in terminis Paul. de Caſtro *in l. receptam, num. 3. Cod. de uſur.* ubi quod ſi Depoſitarius rem reſtituat ſine judicis autoritate non liberatur, Romanus *conſ.* 287. Tiraquel. *de retract. conventional. §. 4. gloſſ. 9. numer. 2.* poſt Bald. *in l. fin. numer. 7. in fin. verſic. Item nota quod ſufficit depoſitario, Cod. de reb. Auth. Jud. poſſit.* Paris ad Bart. *in l. acceptam*, & ibi Salicet. *n.* 2.

Cui reſolutioni nihil oberit text. *in dict. l. acceptam*, huic enim in propoſito non ſingulariter ſatisfacit Petrus Surd. omninò videndus, *conſ.* 383. *vol. 3. numer.* 30. *ibi:* quia textus non dicit quod liceat Depoſitario reſtituere depoſitum, ſed quod debitor non poteſt facto depoſito conveniri à creditore, niſi in caſu quo depoſitum recipit, quod eſſe poteſt de facto non de jure, ita Bald. *ibi num. 4. verſic. ſi autem eam*, & idem dicit Salicet. *ibi num.* 2. intelligendo de recuperatione facti non juris.

Secundò reſpondetur quod ſi Bartol. ſenſit † 63
contrarium, ejus opinio eſt falſa & contra eum ſtant Caſtr. Rom. Salicet. Bald. rectè reſolvitur, niſi eadem interveniente authoritate, ut per Caſtr. *dict. l. acceptam num.* 3. quod dum textus loquitur de reſtitutione depoſiti, intelligit ſi facta ſit juſſu Judicis, quæ intelligentia admitti etiam debet, ut concilientur contrariæ doctorum ſententiæ, cum non textus loquatur de reſtitutione intelligi debet, de ea quæ facta ſit legitimè ſecundum regulam, quod omnia ſupponuntur habilia cum de uno diſputamus, *§. in extraneis Inſtitut. de hæred. qualit. & differt, l. qui in teſtament. in princip. ff. de teſtam. cap. 2. de ſtat. & qualit. in 6.* & hoc modo etiam reſpondetur ad illud objectum quo dicebatur DD. dicentes depoſitum repeti poſſe non aliter intelligi poſſe,

quam

quàm de judiciali ex quo non valet depoſitum, niſi factum ſit juſſu Judicis Sal. *l.* 1. *princ. Cod. qui poſt. in pign. habeantur*, *fol.* 108. ut per Alberic. *dict. l. acceptam*, *numero* 8. Bald. *dict. numero* 2. Alex. *conſ.* 75. *numero* 6. *vol.* 7. Roland. *in conſ.* 63. *numer.* 3. & 32. *vol.* 1. Menoch. *de arbitrar. Judic. caſu* 118. Nam etiam illi loquentes de repetitione intelligi debent, accedente Judicis authoritate, ſed fruſtratoria eſt hujuſmodi diſceptatio, quia in judiciis ſequi debemus Doctorum ſententias & deciſiones, quæ in terminis definiunt controverſias, & ideo cum clara ſit Caſtr. & aliorum deciſiones non eſt per argumenta ab ea diſcedendum.

64 Salarium † Depoſitario Generali, etſi ſuapte natura gratuitum officium ſit, ut *in l.* 1. *verſic. gratuitum*, *ff. mandat. l.* 1. *§. ſi veſtimenta*, *ff. depoſiti & l.* 2. *§. penult. ff. vi bonor. raptorum*, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *ord. gloſſ. verſic. Quæro octavo*, tamen ſpeciali Schedula ſeu proviſione Regia ſolet ex bonis & reditibus Concilii oppidi ſeu univerſitatis perſolvi, ex Doctrin. Angeli, *in l. intereſſe puto*, *ff. de acquir. poſſeſſ. Authent. text. in l. fin. Cod. de bon. authent. Judic. poſſit*, & ita teſtatur Avendaño 2. *part. per tot. cap.* 10. *n.* 17. *verſic. decimo tertio*, *lib.* 5. *politic. cap.* 4. *n.* 32.

65 Sed dubitare ſæpius vidi, utrum † Depoſitarius pro reſtitutione & ſolutione depoſiti, ſi nobilis eſt, vel agricola, vel quomodocumque privilegium habeat, ut pro debito civili incarcerari non poſſit, tale privilegium in hoc caſu amittat, & eo potiri non poſſit. Et ſanè privilegio potiri non debere ex eo probatur, quod nobilis vel agricola, licèt ob debitum civile regulariter incarcerari non poſſit, ut probatur *in l. miles*, ubi communiter notatur, *ff. de re judic. l. medicos*, 6. *Cod. de profeſſorib. & medic. lib.* 10. & argument. *text. in l.* 3. *§. tutores repertorium*, *verſic. Sed ſciendum eſt*, *ff. de ſuſpectis tutoribus*, & *in l.* 3. *cum tribus ſeqq. & in l.* 14. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopil.* ibi: *Que ningun hidalgo pueda ſer preſo, ni encarzelado por deuda que deba*, *l.* 79. *Taur.* ibi: *Omnes ſcribentes*, Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *numer.* 14. & *in cap. quamvis pactum in initio*, *part.* 2. *num.* 5. Dueñas *regul.* 275. *limit.* 3. Baeça *de inope debitore cap.* 16. *num.* 7. Otalora *de nobilit.* 5. *part. cap. ultim. num.* 2. Joann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. *numer.* 8. Guttierrez *de juram. confirmator. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. Narbona *in dict. l.* 14. *tit.* 2. *lib.* 6. Collantes *in pragmatica agricolarum*, *lib.* 2. *cap.* 16. Ignatius del Villar *in loco Statii referendo*, *ſuprà citati:* tamen communiter agnoſcunt rectè poſſe agricolam, vel nobilem pro debito ex delicto, vel quaſi delicto deſcendente, incarcerari, & expreſsè ita deciſum extat, *in dict. l.* 79. *Tauri:* ibi: *Que no ayan lugar ni ſe platiquen, ſi la tal deuda deſcendiere de delicto, quaſi delicto, antes mas que por las dichas deudas eſten preſſos*, ne occaſione talis exemptionis invitarentur, & proniores ſint ad delinquendum, & ut pœnæ incarcerationis metu, dolos fugiant, & delicta perhorreſcant, ut conſideravit Matienz. *in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 1. *num.* 4. Unde nobilis, vel agricola, qui bonis ceſſit, ſecretè bona occultavit, privilegium exemptionis carceris amittit, ut *in l.* 4. *tit.* 15. *part.* 5. ubi gloſſ. verb. *mal meterſe*, & idem erit ſi ante capturam ſtudioſè & in fraud. creditor. notat Anton. Gomez *in dict. l.* 79. *Taur. numer.* 2. & *tom. variar. cap.* 11. *numero* 52. Guttierrez ubi *ſuprà numer.* 24.

Privilegium enim videtur † amittere, qui eo 66
abutitur, *in cap. privilegium*, 1. *quæſt.* 3. *§. fin. ſin vero*, *Cod. de jur. deliber.* ibi: *Nec enim beneficio Principis debet perfrui, qui mandatum ejus contemnit*, Tiber. Decian. *l.* 8. *cap.* 3. *tom.* 2. *tract. crimin. num.* 62. Unde maritus ob dolum
† privatur privilegio reverentiali quod habet re- 67
gulariter & ei competit adverſus uxorem, ut ſentit Aretin. *in l. alia*, *§. eleganter*, *col.* 2. *in princip. ff. ſolut. matrimon.* & facit textus *in l. penult. ff. de jur. dot.* ibi: *Quid enim ſi ſocer ſpecie futuræ dotis induxerit generum, & cum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, ut genero inſidiaretur*; juncta gloſſ. *fin.* quæ ita ait: *merito enim in ſolidum tenetur*, idem & de marito, & de ſocio dicitur, ubi dolum commiſerint, ut in ſolidum condemnentur, *l. etiam & l. ſi conſtante*, *&c.* Et maritus diſſipans doloſè bona ſua, amittit privilegium ne exequatur ultra quam facere poſſit; ut *in l. etiam §. licèt*, *ff. ſolut. matrimon.* obſervat expreſsè Bald. Molet. *de dote*, *part. privileg.* 14. Barboſ. *in l. maritum*, 13. *numero* 101. *verſic. Quinto limita*, *ff. ſolut. matrimon.* & idem in nobil. vel agricol. neganti in contractu eſſe nobilem, & agricolam, ut argument. *text. in l.* 1. *Cod. ad Macedon.* & *in l.* 1. *Cod. ſi minor ſe majorem dixerit:* obſervant ſuprà relati, qui plura alia exempla tradunt, præcipuè Guttier. & Collantes *dict. loc.* Azeved. *in l. fin. tit.* 21. *lib.* 4. *novæ Recopil. n.* 17. & 58. & *n.* 70. & 88.

Nobilis vero ſeu agricola qui depoſitum † non 68
reſtituit, furtum committit, & bonam fidem non agnoſcit, ut *in cap.* 1. *de depoſito*, *l. qui depoſitum*, *Cod. depoſiti*, *lib.* 1. *§. qui furti*, *ff. de his qui notantur infam. l. ſi is cui de furt. l. ſi ſacculum*, *ff. depoſit. §. placuit*, *Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* & in duplum in hac actione furti damnatur, *§. qua duplici*, *verſic. ſed ad furti Inſt. de action. l.* 8. *tit.* 3. *part.* 5. ubi Gregor. Lopez *gloſſ.* 2. Ergo conſequens eſt, quod pro depoſito reſtituendo poſſit incarcerari.

Quam utique ſententiam & obſervationem † 69
amplectuntur DD. ſuprà relati, præcipuè Narbona, & Collantes ubi *ſuprà num.* 32. Montalv. *in l.* 7. *gloſſ. magna*, *tit.* 15. *lib.* 3. *fori*, Didacus Perez *in l.* 1. & *individuo*, Ignatius del Villar. *in Silv. reſponſ. lib.* 2. *reſponſ.* 16. *cap.* 2. *ex num.* 38. ubi limitat, ut non procedat in eo qui verè rem depoſitam non acceperit, nec conſtiterit, in uſus ſuos convertiſſe, etiamſi depoſitum inſtrumento publico confeſſus fuerit, ut ad legem Depoſitarii, prout cum nitore ſolet fieri, ſe obligaverit; nam is qui depoſitum non accepit ſed confeſſus fuit accepiſſe, verus Depoſitarius non eſt, & depoſitum factum & confeſſum non gaudet privilegiis veri depoſiti, ut tradunt Bald. Angel. Aretin. & Jaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus*, *§. Chriſogonus*, *ff. de verb. obligation.* Bald. *conſ.* qui plures refert, *in l.* 9. *gloſſ.* 4. *tit.* 11. *numer.* 4. *lib.* 5. *Recopil.* Carroc. *tract. de depoſit.* 1. *part. cap.* 2. Faquin. *controverſ. Juris lib.* 2. *cap.* 92. qui tamen contrariæ opinionis plures ſequaces refert D. Joannes del Caſtill. *lib.* 3. *practicar. cap.* 16. *n.* 9.

CAPUT

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## CAPUT XII.

### De Officio publici Horrei Depoſitarii, qui vulgo dicitur *Mayordomo del Poſito.*

*SUMMARIUM.*

1 *Fames magna, victuſque defectus quænam mala in populo creare ſoleant.*
2 *Horreum unde panis ſuppeditetur, potiſſimus modus eſt ad hominis ſuſtentationem.*
3 *Horrea publica reſque frumentariæ ordinabantur apud antiquos.*
4 *Horreorum publicorum uſus apud Romanos & à quo inventus fuerit.*
5 *Horrea publica plura habebant Romani, præter frumentaria.*
6 *Horrea publica vulgo* poſito *ſeu* alhondigas *in Hiſpania non multum antiquitatis habent.*
7 *Depoſitarius publici Horrei à quo regulariter nominari debeat.*
8 *Depoſitarii publici Horrei officium nemo recuſare poterit.*
9 *Depoſitarius Horrei publici quibus dotibus exornatus eſſe debeat.*
10 *Fidejuſſores idoneos præſtare debet publici Horrei Depoſitarius, antequam ad officium admittatur.*
11 *Cautio juratoria non ſufficit publici Horrei Depoſitario ad hoc ut ad officium admittatur.*
12 *Depoſitarius Horrei publici tenetur librum ſuum habere.*
13 *Adminiſtrator quilibet qui rationem reddere tenetur, debet habere librum cum partitis dati & recepti, & ubi etiam deſcribantur ſinguli actus ſuæ adminiſtrationis.*
14 *Adminiſtrator ſi quid in libro ſcribere omiſerit in dubium Reipublicæ tenebitur.*
15 *Annonæ deſcriptio debet gratis fieri à Depoſitario, nec à vicinis pro ea facienda, aliquid extorqueri poteſt.*
16 *Depoſitarius Horrei tenetur cuilibet annonam & pecuniam frumentariam deferenti facere apocham de ſumma vel quantitate recepta.*
17 *Apochæ factæ ab Adminiſtratore præſtatur plena fides contra ipſum Adminiſtratorem.*
18 *Adminiſtrator horrei publici ſecum debet habere unam ex tribus clavibus quibus arca præcludenda eſt, in qua Pecunia horrei reconditur.*
19 *Frumentum privatorum non poteſt ſuſcipi in Horreo publico ab ipſius Adminiſtratore.*
20 *Frumentum in Horreo publico poſitum, quidquid damni ex negligentia Adminiſtratoris patiatur, tenebitur ipſe perſolvere.*
21 *Depoſitarius ſi aliquid frumenti Horrei publici, vel pecuniam in arca depoſitam in proprios uſus converterit, vel autoritate ſua alicui mutuo dederit, quali pœna plectatur.*
22 *Pecunia publica nemo ad alium uſum quam deſtinatum, uti poteſt.*
23 *Depoſitarius qui frumentum Horrei publici, vel pecuniam ad ſuos proprios uſus convertit, præter alias pœnas tenebitur in quadruplum.*
24 *Depoſitarii Horrei publici officium debet tantum eſſe annale, niſi ſpeciali conſuetudine vel decreto Decurionum ex juſta cauſa facti, in biennium protrahatur.*
25 *Depoſitarius Horrei debet ſingulis annis rationem reddere.*
26 *Depoſitario Horrei publici debet aſſignari ſalarium moderatum.*
27 *Horrei publici Depoſitarius non debet lucrari incrementa tritici quæ vulgo dicuntur* Creces.

CUm inobedientia † populi, ſæpè ſæpius ex 1
magna fame, & victus defectu oriri ſoleat, unde etiam tumultus, legum transgreſſiones & ſeditioſi conatus; ita Lucan. *in Pharſalia.*

*Neſcit plebs jejuna timere.*

Senec. *lib.* 3. *Epiſtolar. adduci tum difficile quidem eſt, Quirites, ad carentem auribus ventrem verba facere, venter præcepta non habuit, poſcit, appellat.* & Caſſiodor. *diſciplinam ſervare non poteſt jejunus exercitus, dum quod deeſt ſemper præſumit armatus.* Unde Ariſtotel. *lib.* 1. *politicor. cap.* 8. & *lib.* 7. etiam *cap.* 8. affirmat præcipuum & eſſentiale cujuſque Reipublicæ & gubernationis ejus in abundantia victualium conſiſtere.

Horreum autem † quod panem ſuppeditet, 2
Princeps & potiſſimus modus eſt ad hominis ſuſtentationem, ut habetur in *Pſalmo* 103. ibi: *Et panis cor hominis confirmat:* docet Valles *in lib. de ſacra Philoſophia, cap.* 27. quem refert Laſſart. *de gabell. cap.* 7. *num.* 20. ubi ait: ob excellentiam ratione victus, panem coctum exemptionem Gabellæ potiri, & ſufficiat pro ejus magna rei commendatione, quod *in oratione Dominica* Jeſus-Chriſtus, Magiſter noſter docuerit nos humiliter à patre cæleſti panem noſtrum quotidianum expoſcere, tanquam temporalium neceſſarium maximum, licet in altiori ſenſu de ſpirituali pane, talis petitio poſſit & debeat intelligi.

Quapropter ſemper res † frumentariæ, & ut 3
publica Horrea ordinarentur apud priſcos fuit maxima cura, quorum antiquiſſimus eſt inventus, ut habetur, Geneſ. *cap.* 41. ibi: *provideat Rex virum ſapientem, & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti, qui conſtituat præpoſitos per cunctas Regiones, & quintam partem fructuum congreget in horrea.* Quod utique conſilium ex ore Joſeph filii Jacob prodit, de quo Philon *lib.* 3. *de Joſeph. prope fin.* Abulenſ. *quæſt.* 2. *cap.* 41. *ſuper Geneſ.* Pinera *in Monarchia Eccleſiaſtic. lib.* 2. *cap.* 12. §. 3. Magiſter Villegas *lib.* 2. *de Patriarch. & Prophet. in vita Joſeph. cap.* 2. &
poſtea Romani Horreis † publicis ſemper uſi fue- 4
runt; & primus eorum inſtitutor fuit Alex. Severus ſi credimus Lamprid. *in Alex.* Oroſ. *in l. ſi quis ex argentariis, numere* 5. *ff. de edendo*, & ut hæc horrea creſcerent & non deficerent, cogebant Vicinos, ut certam partem tritici viliori pretio ipſis venderent; & ita intelliges textum illum, *in l. ſi pendentes*, §. *ſi quid in fin. verſic. Nam ſolent ff. de uſufruct.* ibi: *Nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere.*

Sed Romani plura Horrea † publica præter 5
frumentaria habebant, in quibus aurum, gemmas, & argentum aliaque pretioſiſſima reponebant, præſertim quæ apud ſe tuta non eſſe timebant, *ut in l.* 3. §. *effracturæ, ff. de offic. præfect.* Vigil. *l. pignus* 8. *Cod. de pignoratitia action. l. fin.* ubi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ubi Budeus *ff. de muneribus & honor.* Caſtillo de
Bobad. *lib.* 3. *politic. cap.* 3. copioſè Azeved. *in
l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recopil.* ( quæ habetur in le-
gibus additis ad eam ) ubi agit de Horreis fru-
mentariis & de annona militari, provinciali, mu-
nicipali, quas ait eſſe Synonyma, & quod omnes
dicuntur *annona panifica*, & de origine panis fiſ-
calis & de teſſera, & de ſtella teſſera & ſtellatu-
ra, & de Præfecto annonæ & Ædilibus arealibus
qui dicebantur Judices panis proviſionis, & de
Horreis Gallianis, & quare ſic dicta, & de pane
gradili & dominatione, ejus *in principio ex num.*
1. *uſque ad num.* 10. incluſivè, quæ hìc non re-
peto cùm ſatis eruditè ibi ſcripta ſint.

6 In Hiſpania autem † non multum antiquitatis
habent Horrea iſta publica quæ vulgo dicuntur
*poſitos* ſeu *albondgas*, & à prudentiſſimo Philip-
po ſecundo Rege noſtro decimo quinto die Maii,
anno 1584. Matriti fuit ſancita lex, quæ com-
muniter dicitur *La pragmatica de los poſitos*, in
qua certa forma pro eorum conſervatione, & aug-
mento fuit, ſumma cum providentia, præſcripta,
& inter alia plura, quæ in ea traduntur, ſpecia-
liter ſancitur quod Horreis, inter alia plura, pu-
blicis frumentariis conſtituatur, & aſſignetur qui-
dam Depoſitarius ſeu Cuſtos, vel œconomus qui
communiter dicitur, *Mayordomo del poſito*, de
quo erit tantum noſter ſermo, & hujus capitis
thema.

7 Et iſte Depoſitarius † regulariter debet nomi-
nari a Decurionibus, ut per text. *in l.* 2. *& in l.
nominationum, Cod. de Decurionibus lib.* 10. tra-
dit Azeved. *ibi*, *n.* 2. quod intellige, niſi con-
ſuetudo ſit quod certæ perſonæ eligant officiales,
ut ſuo loco diximus, quod ſi Decuriones, vel le-
ctores noluerint Cuſtodem vel Depoſitarium fru-
menti publicè nominare, dominus loci Prætor,
vel Judex ordinarius poterunt per pœnas & mul-
tas, capitis pignoribus, compellere, eos admo-
nendo, ut *cap. pervenit de immunitate Eccleſ.
verbo compellantur*, & *in l. fin. in princip. & in
§.* 1. *ff. de muneribus & honoribus*, vel aſſigna-
to eis tempore ad nominandum elapſo, poterit
Judex facere nominationem, ut *in l. ſi eo tempo-
re, ff. de remiſſionibus pign. & in cap.* 1. *& per
tot. de ſupplenda negligentia Prælatorum*, tradit
Ripa *de peſte tit. de remediis ad conſervandam
ubertatem*, *n.* 202.

8 Nec quiſquam poterit excuſari † ab admini-
ſtratione hujus officii, ut tradit Bobad. *dict. lib.*
3. *cap.* 3. *num.* 34. quod tamen intellige, ut dixi-
mus in cap. ubi *de excuſationibus officiorum* ubi
latè egimus.

Et talis Cuſtos vel Depoſitarius nominatus de-
9 bet † eſſe nobilis, prudens, fidelis, bonæ con-
ſcientiæ, & magnæ integritatis, ut tradit Ripa
ubi *ſuprà ex num.* 1. *cum ſeqq.* & facit *lex* 1. *Cod.
de condit. in public. Horreis*, ibi: *Nobilis, pru-
dens, fidelis, optimè ſive conſcius pro integritate
mentis apponatur cuſtos ac menſor*, tradit Boba-
dilla ubi *ſuprà n.* 44. ubi notat & advertit frau-
des aliquas, quæ ſolent ab aliquibus Arcariis, &
Depoſitariis, in adminiſtratione annonæ patrari,
quæ maxima cura vitari debent. Et debet iſte De-
poſitarius, priuſquam admittatur ad officium,
10 præſtare † fidejuſſores idoneos, ut *in dict. prag-
matica cap.* 3. ibi: *El qual dicho Depoſitario de
fianzas abonadas, que adminiſtrara, y tendra
a ſu cargo el trigo que ſe le entregare, y dara
buena Cuenta con pago todas las vezes, que le
fuere pedida, y ſi las fianzas no fueren tales,
o no las dieren, eſten obligados por el, los que
le nombraren*; nec ſufficiet cautio † juratoria in 11
tali caſu, ut per Cravet. *conſ.* 31. *numer.* 4. *vol.*
1. nam ubi fidejuſſio eſt de ſubſtantia actus vel
de forma, non admittitur cautio juratoria, ita
Ludovic. Roman. *in l.* 2. *col.* 3. *ff. ſolut. matri-
mon. & in conſ.* 439. *in ult. dub.* ubi inquit, quod
licèt ſit neceſſaria fidejuſſio in debitore petente
à Principe dilationem, miſerationis gratia ad ſol-
vendum debitori ſuo tamen ſi ea non reperitur,
non admittitur juratoria cautio, quod inquit pro-
bari ex notat. per gloſſ. *in l.* 4. *Cod. de uſufruct.*
ubi uſufructuarius qui tenetur fidejubere, verius
proprietatem de utendo, & fruendo arbitrio boni
viri, *l.* 1. *Cod. eodem tit.* non admittitur ad ipſam
juratoriam cautionem, quia non reperit fidejuſ-
ſionem, cum de ſubſtantia uſusfructus ſit, quod
præſtetur fidejuſſio, & Roman. ſequitur Jaſ. *in
dict. l.* 1. *in* 10. *limitatione, ff. qui ſatiſdare co-
gantur*, & additio ad Abbas *in cap. ex part. il-
lation.* 1. *in* 3. *limitatione de verb. ſign.* poterat
etiam allegari gloſſ. *in cap. fin. de pignor.* ubi
refert ita etiam tenuiſſe Azor. quam etiam opi-
nionem defendunt, Jaſo Rip. Tiraquel. Rimi-
nald. Ruin. Bellon. Silvan. quos congerit Si-
mon de Pratis, *de interpretatione ultimar. vo-
lunt. lib.* 4. *dubit.* 10. *num.* 81. Joan. Guttierrez
*in l. nemo poteſt, num.* 299. *ff. de leg.* 1. An-
dreas Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 47. *num.* 6. Mynſi-
ger. *centur.* 6. *obſerv.* 48. Molin. *de Hiſpan. pri-
mogen. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 24. D. Joann. del
Caſtillo *in tractat. de uſufruct. cap.* 18. *numer.* 19.
Azeved. *ſuprà dictam pragmaticam, in verbo de
fianzas*, *num.* 6. quod generale utique cenſeo,
quotieſcumque pro officiis & eorum adminiſtra-
tione lege cavetur, quod fidejuſſiones præſtentur.

Tenetur inſuper Depoſitarius iſte habere † 12
ſuum librum, ut *in dict. pragmatica: Que aya
dos libros, el uno tenga el dicho Depoſitario, y
el otro el Regidor diputado, en los quales cada
uno aſſiente el pan, que cada dia ſe ſaca, o por
que mandado, aquien ſe da, y a que precios, y
entrambos ſinen las partidas; en entrambos libros;
y que el Depoſitario ni el diputado no puedan dar
pan ninguno, ni poner precio en el ſin orden ni
mandado, del ayuntamiento.*

Et meritò quia omnis Adminiſtrator, qui red-
dere rationem tenetur, neceſſario debet † habe- 13
re librum cum partitis dati, & recepti; ubi etiam
deſcribantur ſinguli actus Adminiſtrationis, ut *in
l.* 1. *§. officio, ff. de tutelis, & rationibus diſtra-
hend.* Socin. *conſ.* 34. *num.* 38. *vol.* 1. Baëz. *de
decima tutor. cap.* 2. *n.* 172. *deciſio. Genuenſ.* 187.
*num.* 2. in iſto autem libro verè omnia ſicut acci-
dunt ſcribenda, & ſine ulla fraude aut dolo, &
*in l. excellentia, Cod. de erogat. milit. annon. lib.*
12. & ſi aliquid omiſerit † ſcribere in dubium 14
Reipublicæ tenebitur ex *dict. l. excellentia* quam
in propoſito ſingularem dicit Roman. *ſingul.* 355.
& hæc annonæ deſcriptio † gratis fieri debet, 15
nec à vicinis pro ea ſcribenda aliquid extorque-
ri poteſt, ut *in authentico de mandatis Princi-
pum deinde competens*, ibi: *Pro ubertate neceſſa-
riorum, juncto §. illud tamen*, ibi: *Sed propter
quandam occaſionem.*

Rurſus tenetur Depoſitarius iſte † cuilibet an- 16
nonam, vel pecuniam frumentariam deferenti fa-
cere apocham de ſumma, vel quantitate recep-
ta, ut *in l. frumenta, Cod. de ſuſceptoribus &
arcariis, lib.* 10. Cui apochæ præſtatur plena
† fides contra ipſum Depoſitarium ſeu Ad- 17
miniſtratorem, ab eo quod contra ipſam apo-
cham non poteſt opponi exceptio non numeratæ
pecuniæ,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pecuniæ, *l. in contractibus*, *§. quoniam*, *Cod. de*
*numerata pecunia l.* 1. *Cod. de apochis publicis*, *lib.*
10. & notat Azeved. ubi *ſuprà in verbo*, *que aya*
*dos libros num.* 1.
18 Et ex tribus clavibus † quibus arca, in qua pe-
cunia poſiti & Horrei publici reconditur, præclu-
di debet, unam debet Depoſitarius iſte vel Admi-
niſtrator ſecum habere, *ex pragmat. in principio*,
ibi: *Y la otra un Depoſitario*, qui nunquam poteſt
19 in Horreo publico frumentum privatorum † ſuſci-
pere, *l. frumenta*; *cap. de ſuſcept. præp. & arcarii*,
*lib.* 10. ſub pœna quod frumentum ipſum in com-
miſſum incidat, *ex dict. pragmat.* ibi: *El duenno*,
*o duennos de ello lo ayan perdido*, quod proſequi-
tur, ut per Azeved. *in dictis verbis.*
20 Quidquid autem † damni frumentum in publico
Horreo poſitum ex negligentia Suſceptoris patia-
tur, aut contraxerit, tenebitur Depoſitarius perſol-
vere, ut *in l.* 2. *Cod. de conditis in publicis Hor-*
*reis*, *lib.* 10. Ripa *de peſte ubi ſuprà num.* 11. *cum*
*ſeqq.* Mexia *in pragmatic. taxæ pœnis concl.* 1. *n.* 72.
veluti ſi ob aliquam pluviam madefactum fuerit,
putrefiat, aut vermium burraginem, aut ſqualo-
rem admiſerit, quod procedit etiam ſi Depoſita-
rius ſubſtitutum habeat, & incendium domus
Horrei publici paſſum fuerit; ut tradit Menoch.
*de arbitr. caſu* 39. *n.* 6.
Quod ſi Depoſitarius iſte vel Camerarius ali-
21 quid † frumenti Horrei publici, vel pecuniam in
arcam depoſitam, & conſignatam in proprios
uſus converterit, vel ſua autoritate alicui mutuave-
rit in re, communi bonorum publicationis pœna
plectitur, ut *in l. fin. Cod. de conditis in publicis*
22 *Horreis*, *lib.* 10. Non enim pecunia † publica ad
alium uſum quam deſtinatum quis uti poteſt, ut
*in l. Parphipum*, ubi Platea *cap. de curtis publicis*,
*lib.* 12. Palaz. Rub. *in repetitione Capituli per veſtras*
*notabil.* 6. *§.* 3. *in fin.* Ripa ubi ſuprà *num.*
18. ubi loquitur contra officiales qui de pecunia
communitatis, & de frumento mercancias, &
negotiationes faciunt, qui maximè ſunt punien-
di, ut *in l.* 2. *cap. de his qui ex public. Collation.*
*illa non uſurpant. lib.* 10.
23 Et tenebitur etiam ulta prædictas † pœnas De-
poſitarius iſte in quadruplum, ut *in l.* 2. *§. quod*
*frumentaria*, *ff. de adminiſtr. rerum ad Civit.*
*pertinentium*, *l. fin. Cod. de con. frum. urb. Roman.*
*lib.* 11. *& in l.* 1. *&* 2. ubi Bart. *Cod. de his qui ex*
*pub. rat. pec. mut. accip. lib.* 10. quod apertè diſ-
ponit ex *Pragmatic. num.* 10. ibi: *Que no ſepueda*
*preſtar dinero, trigo ni Cebada del poſito fuera de*
*lo que va dicho, ſo penaque ſi el dicho mayordomo,*
*o otra perſona publica, qual quiera, que ſea, lo pre-*
*ſtare, incurra en pena de privacion del officio, que*
*tuviere y ſea obligado a volver, y vuelva lo que anſi*
*preſtare con el quatro tanto, y en la miſma pena cayga*
*el que lo reciviere preſtado, ſi fuere perſona, que*
*tenga officio alguno, o voto en el ayuntamiento de*
*la qual pena no ſe pueda eſcuſar el dicho Depoſitario*
*ſe color de deeir, que preſtò de ſu hazienda o de otra*
*alguna.*
24 Et officium Depoſitarii iſtius debet eſſe † annale,
& non ultra, niſi conſuetudine ſpeciali, vel ex
decreto Decurionum, ex juſta vel rationabili
cauſa facto in biennium protrahatur, ut *in l. ne-*
*minem*, *Cod. de ſuſceptoribus*, *& arcariis*, *lib.* 10.
& tunc omnes debent conſentire, ut ſuo loco di-
ximus, & probat Azeved. *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3.
*Recopil.* & ſic ſingulis annis debet Depoſitarius iſte
25 reddere † rationem, ut *in dict. pragmatic. num.* 13.
ibi: *Que cada anno ſe tome cuenta del dicho po-*
*ſito.* Quod proſequitur Azeved. ſuper illis verbis,
quæ ratio ſemper revideri poterit, *ex pragmatica*
*dict. ubi proximè*, ibi: *Con que los lugares donde*
*huviere Alcaldes Ordinarios, que el Corregidor, a*
*Alcalde mayor del partido ſi fueren de ſennorio,*
*puedan recivir ſiempre que quieren eſtas cuentas de*
*ſu officio a inſtancia de alguna y deſagraviar al*
*poſito, en lo que eſtuviere agraviado.* Quod ſpe-
cialiter procedit in hac adminiſtratione, cum aliis
rebus rationes ſemel depoſitæ reiterari non de-
beant, ut *in l. ſemel cap. de locis publicis*, *lib.* 10. ubi
notat Barthol. Joan. Monachus, Archidiacon. &
Joann. Andreas *in cap. unic. de clerico ægrotante*,
Socin. *conſ.* 92. *num.* 1. *vol.* 4. Pariſius *conſ.* 89. *n.* 1.
*vol.* 1. deciſ. Genuen. 24. *nu.* 1. & facit *lex* 51. *tit.* 5.
*lib.* 2. *Recop.* ibi: *Y mandamos, que de aqui adelan-*
*te en ningun pleyno aya mas de unas cuentas, que*
*ſe ayan de hazer por contadores*, Avendaños *de*
*exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 9. *num.* 2. Eſcobar.
*de ratiociniis*, *cap.* 44.
Depoſitario verò iſti debet aſſignari ſalarium
† moderatum, quia nemo ſuis ſtipendiis & ex- 26
penſis militare debet, ut per Rip. ubi *ſuprà n.* 209.
& ita ſancitur *in dict. pragmatic. num.* 3. ibi:
*Al qual el ayuntamiento le ſennale un ſalario mode-*
*rado.* Non tamen debet † lucrari incrementa tritici 27
quæ vulgo dicimus *creces*, ut docet Caſtillo de Bo-
bad. ubi *ſuprà num.* 46. qui materiam publici
Horrei latè proſequitur, & ibi plura privilegia
talis frumenti & panis publici congerit, *num.* 50.
*&* 57. ſentit ad alia privata Horrea, & à vicinis
privatis relicta, poſſe extendi; non tamen ad
diſpoſitionem & pœnas dictæ pragmaticæ, quæ ta-
men intelligi debet in Horreis publicis Regis.
Et plures alias quæſtiones, quæ circa Depoſita-
rium iſtum tanquam Adminiſtratorem publicum,
in praxi occurrere poſſunt à nobis diſputatas &
reſolutas invenies, *in cap. de œconomo civitatis*
*& in cap. de officio depoſitarii & in cap. de offi-*
*cio Theſaurarii.*

---

## CAPUT XIII.

### De officio Cuſtodis murorum, portarum Civitatis, Pontium, Itinerum ſeu Montium, Frugum vel Vinearum.

*SUMMARIUM.*

1 *Cuſtodis officium circa varia verſatur.*
2 *Cuſtodes Regiæ perſonæ qui dicantur.*
3 *Cuſtodes pupillorum & Carceratorum.*
4 *Cuſtodis murorum vel portarum civitatis, villæ, fortalitii ſeu caſtelli munus antiquiſſimum eſt.*
5 *Cuſtodia murorum & portarum civitatis quando præcipuè ſit neceſſaria, & ab ea nullus poſſit excuſari.*
6 *Lis magna ediſſeritur in Pintiana Curia circa cujuſdam pontis vel oſtii villæ de Vilbao agitata inter Advocatos in ea habitantes, & Communitatem ſeu vicinos ejuſdem urbis.*
7 *Afferuntur & perpenduntur rationes & jura pro Communitate facientia*; & num. ſeqq.
11 *Cuſtodia oſtii ſeu pontis cujuſlibet civitatis munus perſonale eſt.*
12 *Advocati ab muneribus perſonalibus ſunt immunes.*
13 *Advocati non tenentur ſuis expenſis mittere ſubſtitutum, nec contribuere in collectis &*

*diſtributionibus quæ ſunt ratione belli.*

14 *Quod intelligendum eſt de Advocatis, munere Advocati actu fungentibus; non verò de Doctoribus ſolum actu legentibus.*

15 *Milites armatæ militiæ ex diſpoſitione juris immunes ſunt ab munere perſonali, & ab omni miniſterio quod poſſit illos avertere quoquo modo à ſua militia.*

16 *Advocati debent gaudere exemptionibus quibus fruuntur Milites armatæ militiæ.*

17 *Advocationis ex labore quod lucrantur Advocati quaſi Caſtrenſe peculium vocatur, nec uſusfructus ſpectat ad patrem.*

18 *Cuſtodis oſtii, pontis ſeu murorum urbis officium extra tempus obſidionis, impetus, aut invaſionis hoſtium, inter ſordida munera reputatur.*

19 *Fundamentis & juribus pro communitate Villæ de Vilbao allatis reſpondetur*, & n. ſeqq.

20 *Privilegiatæ perſonæ quod non comprehendantur in ſtatu generali, regulare eſt.*

21 *Privilegiis in corpore juris clauſis non cenſetur derogatum per clauſulam*, non obſtante quocumque privilegio.

27 *Cuſtodum pontis ſive oſtii conſtitutio ſeu aſſignatio in partibus & finibus Regni ſive per mare ſive per terram, pertinet ad Prætorem illius diſtricti, & ſpecialius ac certius ad Decuriones.*

28 *Annei Ruberti Doctrina circa Cuſtodiam civitatis.*

29 *Cuſtodes civitatis cur poſſint itinerantes & tranſeuntes perquirere, & viſitare eorum bagalia, & animalium onera perſcrutari.*

30 *Cuſtodes civitatis non debent eſſe perſcrutatores moleſti.*

31 *Mercatores benignè, & ſalva honeſtate compellendi ſunt ad ſolutionem fiſcalium.*

32 *Itinerantium facta manifeſtatione ſeu præſentatione, à Cuſtodibus portarum & pontium, omnis ſecuritas & liber tranſitus impetratur, & jure conceditur.*

33 *Cuſtodes omnes, ſive pontium, ſive civitatum, ſive montium, &c. poſſunt quocunque modo armati incedere, nec poſſunt armis ſpoliari.*

34 *Cuſtodia Caſtri ſeu fortalitii Baronum, ad quem pertineat*, remiſſivè.

35 *Excubiæ quomodo faciendæ tempore belli ſive pacis, & quando à ſubditis jura excubiarum peti poſſint, quando Eccleſiaſticæ perſonæ ad excubias teneantur & circa quod verſetur excubiarum miniſterium*, remiſſivè.

36 *Cuſtodia Caſtrorum vel cujuslibet fortalitii debet tantum committi nobilibus perſonis, & ex puro ſanguine & nota ſtirpe progenitis.*

37 *Cuſtodes Caſtrorum nominati qui vulgo dicuntur* Alcaydes de la fortaleza *homagium fidelitatis præſtant.*

38 *Homagium præſtitum Juramenti vim habet.*

CUſtodis officium circa multa † verſatur,
1 ut variis exemplis comprobat Lucas de la
Penna *in rubric. cap. de delictorum*, & *itinerum*
*Cuſtod.* Ex cujus dictis in ſumma, Cuſtodis mi-
niſterium circa perſonas & circa res conſiderare
poſſum.
Circa perſonas, ut in Cuſtodibus Regiæ † per-
2 ſonæ, qui attento jure communi, dicuntur prote-
ctores, & de eis loquitur & eſt intelligendus
titulus, *Cod. de prætoribus, lib.* 12. ubi Joann.
de Platea, & de jure noſtro Regio eſt textus ce-
lebris & ſingularis, *in l.9.tit.9.part.2. verb. E como
quiera, que todos los de ſu Reyno ſon tenudos a guar-
darle con todo eſſo algunos, y a dellos ſeñaladamente
lo han de hazer tambien de dia como de
noche, e eſtos ſon Amenasdores, e por eſo los lla-
man aſi ſegun lenguaje antiguo de Eſpaña, por que
ellos no ſe deben partir del faſta que le ameſmon ſal-
vamente eſta guarda, que ellos le han de fazer, es que
non reciva daño en el ſu cuerpo de fuera aſi como de
heridas, o de muerte, o de otra coſa que ſe tornaſe en
el mal, o en deshonrra, e eſa miſma guarda le deben
fazer deſde que fuere aſſoſegado, que ellos le han de
velar e de guardar quando durmiere, e por que ellos
ſiempre deben eſtar aparajedos de poner los cuerpos
a vida, o a muerte por el Rey por eſo los llamaron an-
tiguamente campanneros de ſu Palazio, &c.* Chaſſa-
neus *in catalog. gloriæ mundi, dict. part. 6. conſider.*
11. & tempore quo Julius Cæſar militum Cuſto-
dia fuit uſus, habuit in Cuſtodes ſuæ perſonæ no-
ſtros Hiſpanos ob eorum innatam fidelitatem, ut
refert Sueton. *in Cæſare, cap.* 86. *de reddenda maje-
ſtate Principis, verb. non ſolum armis, anno* 15.
Et pupillorum † *in l. lex qua tutores, Cod. de* 3
*adminiſtr. tutor.* ibi: *Tunc enim remota ſervorum
cuſtodia, etiam vita minorum ſæpius prodebatur, &
dominus à ſuis famulis & ſervis, ut in l.* 1. *ad Sila-
nianum*, ibi: *Cùm aliter nulla domus tuta eſſe poſ-
ſit, niſi periculo capitis ſui domini cuſtodiam tam à
domeſticis quàm ab extraneis præſtare ſervi cogantur:*
Et carceratorum, ut *in l.* 1. *& fere per tot. ff. &
Cod. de cuſtod. reor. l.* 1. *l.* 7. *& l.*9. *tit.* 29. *part.*
7. de quo ſpecialiter *ſuo loco* à nobis dictum ma-
net; ſed de his Cuſtodibus perſonarum non eſt
noſter ſermo.
Circa res diverſimodè, ut in Cuſtodibus mu-
rorum, vel portarum civitatis, aut alicujus villæ,
fortalitii ſeu caſtelli: nam ut ait Ariſtotel. *lib.* 6.
*politicor. Oportet in pace, & in bello portarum, &
murorum vacare cuſtodiæ.* Et antiquiſſima † eſt por- 4
tarum civitatis Cuſtodia, ut habetur *Nehemiæ cap.
fin.* & per vices ſolebat agi, ut *legitur Hieremiæ cap.*
37. ibi: *Cumque perveniſſet ad portam Benjamin,
erat ibi Cuſtos portæ per vices nomine Jerias.*
Et variis ex cauſis hæc Cuſtodia ſolet commen-
dari, & præcipua eſt † quando ab hoſtibus obſeſſa 5
civitas eſt, vel eſt ad frontem inimicorum, & in-
vaſio poteſt timeri, & ab iſta Cuſtodia nullus
excuſatur, ut *in l.* 52. *tit.* 6. *part.* 1. ibi: *Guerras
aviendo en algunas tierras, por que los moradores, de
los lugares huvieſcen de vellar los Caſtellos, e los mu-
ros*, & ibi: *Ca derecho es que todos guarden e de-
fiendan la verdadera fee, e amparen ſu tierra, e ſus
lugares de los enemigos*, etiam Clericus, & quælibet
Eccleſiaſtica perſona, ut *in dict. l.* 52. ibi: *no ſe de-
ben los Clerigos eſcuſar*, quod ita de jure noſtro
ſancitum erat, ut *in cap.* 2. *de immunitate Eccle-
ſiar.* ubi Hoſtienſ. & Abb. *in not. in cap. non minus
eodem tit.* quod indiſtinctè procedit, ſi invaſio
fiat ab inimicis, vel timeatur, ſive ſint fideles, ſive
infideles, rejecta opinione Joannis Andreæ *in dict.
cap.* 2. ut rectè & ſumma cum ratione pungit
Gregor. Lopez *in dict. l.*52. *in gloſſ. verbo, Enemigos
de la fee*, & facit textus *in l.*15. *&* 17. *tit.* 18. *& l.*
4. *tit.* 9. *part.* 2. *& in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopill.* ubi
quod ad has excubias faciendas contribuere te-
netur Clericus, & de hac re videndi, & con-
ſulendi ſunt Lucas de la Penna *in l.* 2. *col.* 3. *in
fin. cap. de quibus muneribus, lib.*10. *& in l.*3. *col.* 2.
*verſic. quarto ex his, Cod. de fundis limitroph.
lib.* 11. Chaſſaneus *in conſuetudin. Burg. rub.* 1. *§.* 4.
*gloſſ.* 1.

gloſſ.1. num.17. Gaſpar.Stephan. *in tractat.de defenſion. Eccleſiaſt. immunitatis, & liber. pag.* 44. & 63. *verſic. ad primum,* Ripa *de peſte col. de remediis ad conſer. ubert. num.* 131. & *ſeq.* Aviles *in cap. limitatione, num.* 4. *verſic. quinimo.* Duenas *in regul.* 100. *limitat.*12. Azeved. *in l.*11. *tit.* 3. *lib.*1. *Recopil.n.*7. *verſic. Verum tamen.* Petrus Gregor. *de ſyntagmat. juris* 1. *part. lib.* 3. *cap.* 81. *n.* 4. Joann. Gutierrez *lib.* 1. *practic. quæſt.* 3. *num.* 4. Joann. Garcia *de nobilit. gloſſ.*9. *num.*53. facit textus *in l. nullus penitus, Cod. de curru public. lib.* 12. & *dict. cap.* 2. *de immunitate Eccleſiar.* & gloſſ. *in l. munerum*, ibi: *Nec Pontifex excuſetur ff. de muneribus, & honor.* Caſtill. de Bobadill. *lib.* 2. *politicor. cap.*18. *n.*300.

6 Sed in propoſito lis magna † in hoc Regio conventu fuit agitata circa Cuſtodiam cujuſdam pontis vel Oſtii Villæ de Vilbao, quæ eſt ad litus maris, & portus Caſtellæ, inter Advocatos in ea habitantes, & vicinos ex una parte, & communitatem ipſius Villæ ex altera, ſuper eo quod Communitas Villæ intendebat prædictos Advocatos cuſtodiæ ipſius pontis ſeu oſtii obnoxios eſſe, & perſonaliter ſicut cæteros vicinos & incolas inſervire debere. At è contra Advocati ipſius villæ excuſationem & immunitatem ab hac Cuſtodia intendebant, & pro parte Villæ, & com-

7 munitatis primo loco perpendebatur † quod in ea erat ordinatio, & ſtatutum municipale autoritate Regia confirmatum, ut omnes vicini prædictæ Villæ tenerentur ad Cuſtodiam prædictam, & ſic nullus excuſari poterat, cum illud verbum *omnis* nullum excludat, ut *in l. Julianus, ff. de leg.* 3. *cap. ſoliti de majoritate, & obedientia,* ibi: *Nullum excludit qui dixit quodcumque, l.*1. ubi communiter notatur *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*

8 Secundò, quia prædicta ordinatio † generaliter ab omnibus erat obſervata, & in facto probatum ſtetit, quod aliqui ex Advocatis qui in prædicta Villa habitaverant, Cuſtodiam ipſius pontis & oſtii ac excubias fecere, unde jure exemptionis & immunitatis, ſi fortè eis competebat, ipſi actu renuntiaſſe viſi fuerunt, ut *in l. munerum de vacat.* ibi: *Semel agnoſcendo Judicium renuntiat excuſationi, l.* 2. *Cod. de his qui ſponte munera ſubeunt lib.* 10. ibi: *Reddere excuſationem quam reliquerunt non poſſunt, l.* 3. *in fin. ff. de jur. immunitatis, l. penult. §. fin. ff. de privileg.* 6. *extraneorum.*

9 Tertiò quia ex prædicta † Cuſtodia pontis ſeu Oſtii publica oriebatur utilitas, & univerſale, & commune Villæ & vicinorum ejus commodum vertebatur, & commercia conſervantur, ſicut ea diverſis conſiderationibus in facto per communitatem Villæ oſtenſum fuit: unde publica ita ſuadente, immunitas ceſſare debeat; *arg. text. in l. munerum, verſic. Patri munerum: ff. de munerib. & honoribus*, & participes in lucris, debent participare de adverſis, *dict. nota per DD. in l. ſi conſtante §. ſi maritus, ff. ſolut. matrimonio.*

10 Quartò, quia Cuſtodia † illius pontis & Oſtii per Equites, & nobiles illius Villæ exerceri ſolebat, ubi etiam probatum ſtetit: quapropter licèt Advocati viſu miniſterii nobiles reputentur, ut *in l. providendum, Cod. de poſtulando, l. quiſquis, Cod. eod. tit.* ibi: *& honori ſuo nobilitate præfulgent, l. laudabile, Cod. de advocatis diverſ. Judiciorum,* Tiraquel. *de nobilit. cap.*29. Azeved. *lib.* 1. *tit. de los Avogados lib.* 2. *Recopil.* Joann. Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 35. *ex num.* 11. non debent gaudere prædicta immunitate.

Sed ex adverſo Advocati ſuam exemptionem, & immunitatem ſequentibus ſuadebant fundamen-

11 tis. Primo quia Cuſtodia † Oſtii ſeu pontis cujuslibet civitatis, munus perſonale eſt, quia ſolo corpore, & valore, ſine detrimento patrimonii adimpletur, ut *in l. munerum, §. & inter perſonalia, ff. de muneribus & honoribus*, ubi communiter notatur. Ex muneribus autem perſonalibus nullum dubium ſtetit, quin Advocati † im- 12
munes ſint, ut *in l. ſancimus, Cod. de Advocatis diverſ. Judiciorum, l. medicos, Cod. de profeſſoribus & medicis, lib.*10. Natta *conſ.*65. *num.* 1. Ripa *de peſte, tit. de remediis præſervat. contra peſtem,n.*116. Franciſc. Marc. *deciſ.* 366. *num.* 5. Fontanel. *de pactis nuptialibus, col.* 4. *gloſſ.* 10. *num.* 127. & *alibi* dicemus, ne diſtrahantur à ſuis officiis, ut *ibi* notat Bald. quem ſequitur Afflictis, *ad conſtit. Neapolitan. lib.* 1. *num.* 53. Chaſſaneus *in conſuetudin. Burgund. rubric.*1. *§.* 6. *num.* 88. & facit textus *in l.* 8. *tit.* 31. *part.*2. *in fin. & in l.*7. *tit.*4. *lib.*6. *Recopill.* quibus juribus immunitas conceditur Advocatis omnium munerum perſonalium vehendi ad commeatus bellicos, & eis eſt indulta libertas recuſandi quodlibet munus, ſeu officium contra eorum voluntatem, Guid. Papa *quæſt.* 88. ubi ejus *additio littera F. in verbo omnibus muneribus & deciſ.* 388. Riccius *in collectan. deciſ.* 6. *part. collect.* 2206. Joann. Gutierrez *lib.* 1. *practic. quæſt.* 23. & *lib.* 4. *q.* 17. *num.* 10. Jacob. Ben. *in tract. de privileg. juriſconſultorum, cap.* 96. Camill. Borrel. *de Magiſtratu lib.* 4. *cap.*11. *num.* 10. † Nec tenen- 13
tur advocati ſuis expenſis mittere ſubſtitutum nec contribuere in collectis & diſtributionibus, quæ fiunt ratione belli, ut contendit Azeved. *in dic. l.* 7. *tit.* 4. Avendan. *in cap.* 14. *prætorum, n.* 12. quod quidem in Doctoribus ſolum, actu † le- 14
gentibus, ut aliqui opinabantur, ſed Advocatis, qui advocationis muneri tantum inſerviunt, intelligi & practicari debet, ut *in dict. l.*7. ibi: *Mayordomos, Procuradores, Avogados.* Advocati enim ſunt viri Magiſtri, & qui continuo docent, ut reſolvunt Bacia *de inope debitore, quæſt.* 16. *n.* 152. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cenſur.* 4. *caſ.* 339. *n.* 3. qui plures referunt, nec de Advocatis tantum receptis in Curia, ſed de illis Provincialibus, ut reſolvunt Joann. Garcia *de nobilit. dict. gloſſ.* 35. *num.* 18. Humada *in l.* 3. *tit.* 10. *gloſſ.* 8. *num.* 7. *p.* 2.

Secundò quia milites † armatæ militiæ, ex diſ- 15
poſitione juris, immunes ſunt ab munere perſonali, & ab omni miniſterio, quod poſſit eos divertere quoquo modo à ſua militia, & ut melius inſervire Reipublicæ poſſint; quia propter hoc non poſſunt eſſe conductores, ut *in leg. milites poſſint, Cod. de locato*: nec tutores contra eorum voluntatem, ut *in §. item qui Reipub. Inſtit. de excuſationibus tutorum*, quod idem procedit in militibus cæleſtis militiæ, Clericis nempe, vel Religioſis, non enim poſſunt commercia agere ſeu exercere, ut *in cap. fin. de vita & honeſtat. Clericorum*, nec ſe aliis negotiis ſæcularibus immiſcere, ne diſtrahantur ab officiis divinis, ex *tot. tit. ne Clerici vel monachi* & ideo nec poſſunt eſſe Judices compromiſſarii, ut *in l. non diſtinguimus, §. ſacerdotio, ff. de receptis arbitrio*, ibi: *Cujus ſacris vacare ſacerdotes oportet*, ubi Alberic. plura notabilia in propoſito refert.

Unde idem in Advocatis † obſervari debet. *ut* 16
*in l. juris peritus, & in §. item qui Romæ, ff. de inſtit. & excuſationibus tut.* quia Advocati veri milites ſunt, ut *in l. advocati, Cod. de advocatis diverſor. Judicior.* ibi: *Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gloſſ. de his clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos, militant namque cauſarum patroni, qui glorioſè vocis conſiſi*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*conſiſi munimine*, *laborantium ſpem*, *vitam & poſteros defendunt*, agnoſcunt Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 61. & plura tradit Roland. à Valle *conſ.* 33.
17 *lib.* 2. Unde quod ex † advocatione, & patrociniis præſtitis lucrantur Advocati quaſi Caſtrenſe peculium vocatur, nec uſusfructus ſpectat ad patrem, *ex notatis in l. cum oportet, Cod. de bonis quæ liberis*, & eadem militat ratio in Advocatis circa exemptionem muneris perſonalis, ne ſcilicet diſtrahantur ab officiis ſuis in perniciem Reipublicæ, quæ in militibus cæleſtis vel armatæ militiæ, ſuprà perpenſa manet.

Tertiò quia Advocati, qui litigabant probarunt ex tempore immemoriali prædictam pontis ſeu Oſtii Cuſtodiam eis nunquam eſſe commiſſam, & quod miniſtri & officiales ad quos pertinebat cura, & impartitio prædicti muneris, ſemper eos ſalvos & liberos reliquiſſe ad modum, & ad eum ordinem quo, *ex l. Cordubenſ.* exemptio tributorum ſolet comprobari, ut *in cap.* 1. *de præſcriptionibus*, *lib.* 6. *l.* 3. *§. ductus aquæ*, *ff. de aqua quotid. & in cap. ſuper quibuſdam de V.S. eodem*, *lib.* 6. docet Joan. Garc. *de nobilit. gloſ.* 19. *à num.* 2. Covar. *in reg. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 2. *num.* 7. *vel* 8. *verſ. Secunda rerum ſpecies.*

18 Quartò officium † Cuſtodis extra tempus obſidionis impetus, aut invaſionis inimicorum, inter ſordida munera computatur, *per text. juncta gloſſa*, ubi Joann. de Platea *in l. humilioribus*, *Cod. de ſuſceptoribus*, *& Arcariis*, *lib.* 10. Avendanno *in cap.* 19. *Prætorum*, *num.* 24. *verſic. primus*, ibi: Primus caſus eſt ſi nobilis eligeretur ad officium villæ puta ad Cuſtodiam portarum vel ſimile. Unde Rip. *in tract. de peſte*, *tit. de remediis*, *in §. unic. nunc*, *n.* 216. quem ſequitur Franciſ. Marc. *deciſ.* 637. *per tot.* teſtatur Advocatos ad officia Cuſtodiæ portarum civitatis tempore peſtis eſſe immunes & exemptos; dum tamen ſint alii vicini, qui huic muneri, & Cuſtodiæ inſervire poſſint. Quibus utique fundamentis ſententia lata fuit in hoc Regio Senatu in favorem Advocatorum, qua determinatum eſt immunes, & liberos prorſus à tali Cuſtodia, & munere perſonali.

Et fundamenta quæ pro communitate Villæ adducta fuere, ſpreta & contempta manſerunt, & eis
19 Advocatis reſpondebant, † ad primum quod ordinatio, & ſtatutum municipale cuſtodiendi prædictum pontem & Oſtium omnes vicinos comprehenderet, tempore tamen quo fuit factum per Villam, Advocati habebant jam perfectam præſcriptionem exemptionis illius muneris & Cuſtodiæ, Statutum autem licèt univerſaliter loquatur, non tamen comprehendit perſonas exemptas, niſi ſpecialiter talis exemptionis derogatio fiat, ut in terminis probat Paulus de Caſtro, *in l. ſi mihi & tibi*, *§. in legatis*, *ff. de legatis* 1. & in reſcriptis & conceſſionibus Regiis prius reſcriptum non derogatur per ſecundum, niſi ſpecialis mentio fiat prioris, ut *in cap.* 10. *cum gloſſ. de reſcriptis*, Philippus Decius *n.* 261. *n.* 6. & regulare eſt quod
20 perſonæ † privilegiatæ non comprehendantur in ſtatu generali, ut notat gloſſ. *in l. Decurionibus*, *Cod. de ſilentiar. lib.* 12. quam ſequuntur Ripa *in l.* 1. *n.* 13. *ff. ſolut. matrimon.* Bart. *in l. omnes populi*, *n.* 13. *ff. de juſt. & jur.* Jacob. Cancerius 3. *part. variar. reſolut. tit. de privilegiis*, *n.* 118.

Nec per clauſulam generalem, *non obſtante quo-*
21 *cumque privilegio*, cenſetur † derogatum privilegiis in corpore juris clauſis, *ad gloſſam in l.* 2. *§. legati non compelluntur*, *& in l. hæres abſens in principio in verbo excuſantur*, *ff. de judiciis*, Bart. *in extravagant. ad reprimendum*, *verbo non obſtantibus ſub num.* 12. Matheſilan. *ſingular.* 59. Farinac. *tit. de carceribus*, *q.* 27. *n.* 82.

Ad ſecundum fundamentum, † quod teſtes qui 22
depoſuerant duos Advocatos nempè Doctorem Zuvialdiam, & Licenciatum Vellelam ſponte ſuſcepiſſe certo tempore, & per vices Cuſtodiam prædicti pontis & portæ, erant vicini ipſius Villæ, & ſic tanquam in re propria & in qua commodum habebant, non eſſe idoneos teſtes, ſaltim eſſe ſuſpectos, ut reſolvit Afflictis *deciſ.* 600. *per tot.* Covarr. *in practicis*, *cap.* 18. *n.* 4. latè Farinac. *in tract. de teſtibus*, *q.* 60. *n.* 489.

Prætereà quod illo tempore † quo ab eis Cuſto- 23
dia pontis fuit accepta, jam præſcriptio exemptionis erat legitimè cauſata; unde per duos, & tres actus contrarios tale jus exemptionis præſcriptum, non poterat amitti; licèt enim jus momentaneum, & quod conſumitur una vice per actum contrarium, ſoleat amitti, ut *in l.* 2. *Cod. de jur. dominii impetrando*, *cap. cum N. fereri enſis & cap. cum acceſſiſſent*, ubi communiter notant DD. præſertim Abb. *col. fin. de conſt.* Si tamen habeat tractum ſucceſſivum, non amittitur per plures actus contrarios, niſi continuentur per ſpatium temporis conſtitutum, & à lege deſignatum ad cauſandam præſcriptionem contrariam, ut *in l. voluntariè*, *Cod. de excuſationibus*, *l. fin. Cod. de his qui ſponte munera ſuſcipiunt*, 42. *n.* 18. *part.* 3. docet & proſequitur eleganter, Joann. Garcia *de nobilitate gloſ.* 6. *à n.* 48. ubi ait quod in iſtis Juribus, præſertim negativis, veluti non faciendi, aut non exercendi aliquod officium tot actus requiruntur ad acquirendam exemptionem, quot ſunt neceſſarii ad eorum amiſſionem.

Deinde reſpondebant quod † exemptio, & im- 24
munitas à munere perſonali Cuſtodiæ pontis vel portæ alicujus Villæ vel civitatis à jure, toti Collegio Advocatorum eſt conceſſa, quapropter per actus contrarios ſingulorum non poterat amitti in præjudicium aliorum, ex his quæ ſpecificè in propoſito cumulat Farinac. ubi *ſuprà*, *dict. quæſt.* 37. *num.* 84. poſt Jacob. Æmilium *verſic.* 17. *num.* 20. & alios quos ibi refert: & conducunt quæ circa privilegium mulieribus conceſſum ne incarcerentur pro debito civili, & circa nobiles advertit Eſcobar. *de ratiociniis*, *cap.* 35. *à num.* 5.

Ad tertium, quod † licèt ex Cuſtodia illius pon- 25
tis, & portæ, bonum commune, & utilitas publica reſultaret, eadem & major reſultat, ex eo quod Advocati non impediantur exercere ſuum officium, & patrociniis ac conſiliis vacare.

Ad quartum, quòd † licèt nobiles regulariter non 26
excuſarentur, in dicta Villa à prædicta Cuſtodia, Advocati tamen qui utique & nobili ſanguine erant, & nobiles ratione officii, excuſantur; cum eis à jure hæc immunitas expreſſe fuit conceſſa, licèt nobiles ſanguine tantùm ob municipalem ſtatum, non gaudeant quibus utique à jure talis immunitas conceſſa non invenitur, & in multis hoc procedere, & practicari, quotidie videmus, ſiquidem nobiles ſanguine à tutelis regulariter non excuſantur, ut *in alio capite* latiùs diximus, nec ab aliis officiis communitatis quæ incompatibilia, vel contraria nobilitati ſuæ non ſint, & tamen ab his omnibus Advocati jure noſtro excuſationem habent.

Sed ut ad propoſitum, unde digreſſi fuimus, redeamus, conſtitutio ſeu aſſignatio † Cuſtodum in 27
partibus, & finibus Regni ſive per mare, ſive per terram pertinet ad Prætorem illius diſtricti, & ſpecialius ac certius ad Decuriones, Ripa *de peſte*

*tit.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*tit. de remediis ad conſervand. ubert. num.* 281. ubi quod ad eos non ad dominium loci ſpectat Guid. Papa. *verſic.* 1. *n.* 7. Avendan. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 21. *numer.* 2. Fontanel. *de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 2. *num.* 17. & ad alias perſonas diverſimodè veluti exemplis demonſtrat Bobadill. *lib.* 4. *politic. cap.* 5. *num.* 7. qui advertit quod licèt *ex l.* 56. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopil.* hi Cuſtodes nominati, ut admitterentur ad uſum & exercitium ſui officii prius debebant recipi, & jurare in Regio conſilio, & quod debebant tales nominati eſſe locupletes, ut prædiis & ſubornationibus obviaretur, uti cautum extat, *in l.* 35. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recopill.* & jure communi proviſum erat, ut *in l. verar. cap. de nummulariis & actuariis*, *lib.* 12. Platea *in l.* 2. *Cod. de frumento*, Alexand. *lib.* 11. *in fin.* tamen id non obſervatur, & in deſuetudinem abiit.

Et circa Cuſtodiam civitatis ſatis pulchra & utilia traduntur ab Anneo Rupert. *lib.* 2. *rerum Judicatarum*, *cap.* 1. *quæſt.* 2. ut Cuſtodia urbis,
28 non per † ſtipendiarium vel mercenarium præſtari debeat, ſed perſonale munus eſſe, atque ita nulla habita dignitatis vel Magiſtratus excuſatione compelli poſſe civem eam præſtare: & rationem dicit eſſe perſpicuam, quia ſi velis inquit, ſunt & ſtipendiarii Cuſtodes, non dubitandum quin civitas facilè apud mercenarios emptores inveniat, ſi venales animæ muris portiſque præficiantur, quæ ſecuritas quæve fidei obligatio ab eis expectanda eſt, qui nec pro aris nec focis dimicant, nec ullo in patriam affectu ex charitate incitantur; refert, & ſequitur Fontanel. ubi *ſuprà num.* 19.

29 Iſti verò Cuſtodes poſſunt † itinerantes, & tranſeuntes perquirere, & viſitare, ac eorum bagalia & animalium onera perſcrutari, ut ſciant & videant utrum aliquid prohibitum transferre intendant, vel in Regnum contra legis ſanctiones immittere, vel ut portagia perſolvantur, ut *in l.* 35. *cum aliis tit.* 18. *lib.* 6. *Recopil.* Pro quo examinanda ſunt, quæ in propoſito tradit Bart. & Platea *in l. præſidibus cum ſequenti, & in l. ſi quis*, *Cod. de curſu publico lib.* 12. *& in l.* 2. *Cod. quando & quibus quarta pars debeatur, lib.* 12. *& in l.* 2. *Cod. de deſertoribus militiæ, lib.* 12. *& in l. unica in fin. Cod. de littorum & itiner. Cuſtod.* Puteus *de ſindicat. verbo familiaris*, *cap.* 3. *n.* 9. *fol.* 181. Caſtill. *in l.* 1. *Taur. gloſſ. En los lugares*, *in addition. fol.* 18. *col.* 2. *verſic. Item adde*, Gregor. *in l.* 8. *gloſſ.* 4. *tit.* 6. *part.* 6. latè Aviles *in cap.* 52. *prætorum gloſſ. peſquiſa gloſſ. in l.* 1. *§. qui rationibus*, *ff. de falſis.*

30 Non tamen debent eſſe perſcrutatores † moleſti, ut *in l.* 8. *tit.* 7. *part.* 5. ibi: *E des que les hubieren tomado la Jura, no les eſcudrinen ſus cuerpos ni les abran ſus arquetas, ni les fagan otra ſoberania, ni otra mal alguno; ca aſa abonda, que les tomaren la Jura, e den a entender la pena que deben aver, ſi fallar en deſpues en verdad, o de otra manera qualquier que encubrieren alguna coſa*, ibi: Gregor. *in verbo no les eſcudrinen*, & facit text. *in l.* 1. *Cod. de littorum & itinerum Cuſtodia*, ibi: *Ita tamen*, ut hoc manifeſtato nulla contra eos poſtea indagatio, ſeu concuſſio procedat, docet Platea *in dict. l.* 2. *Cod. quando, & quibus*, 4. *pars debeatur.*
31 quia benigne † ſalva, & congrua honeſtate ſunt compellendi mercatores ad ſolutiones fiſcalium, ut *in l.* 1. *Cod. de navicularìis*, *lib.* 10. ibi: *Nec concuſſiones perpeti, nec aliquod genus incommodi*, *l.* 1. *Cod. de commerciis, & mercatoribus*, ibi: *Ut honeſtas poſtulat*, & ibi: *Tolerabilis fiat agnoſcendæ devotionis affectus*, *l. ſemper*, *§. negotiatores*, *ff.*

*de jur. immunitatis*, Benvenut. ſtracha *de mercatura*, *part.* 1. *num.* 62. & conducunt tradita per Bart. *in l. ambitioſam*, *n.* 23. *ff. de decretis ab ordine faciendis*, & quæ notat Accurſius *in l. unic. Cod. de nundin. in verb. locorum*, dum ait, quod propter forum terra impinguatur, & populum Romanum ita ſenſiſſe indicat Cicer. *in oratione pro lege Manilia*, dum ait: Populum Romanum ſæpè mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis bella geſſiſſe, ex ratione quam innuit Benvenut. ſtracha *de mercatura*, 2. *part. n.* 16. ibi: *Rurſus nulla Regio, non Provincia nedum civitas ſibi ſola ad omnia ſufficit, ſed alter alterius ope & auxilio indiget, hæc enim frugibus, illa auro, & argento cæteriſque metallis aliiſque rebus abundat, contrà alia prædictis vel horum aliquibus vacat.* unde mirè Virgil. *Georgicor. lib.* 1. cecinit.

*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,*
*At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus*
*Caſtorea, Æliadum palmas Epirus equarum.*

Et Plinius victus causâ, mercaturam inventam dictabat, & ſummæ prudentiæ atque autoritatis apud Græcos Plat. *in dialog.* 2. *qui inſcribitur de Republic.* ubi inquit conſtitui civitatem in eo loco in quo advectionibus non indigeat, ferè impoſſibile eſt.

Et denique manifeſtatione facta, vel præſentatione † itinerantium ab Cuſtodibus pontium omnis ſecuritas, & liber tranſitus impetratur, & jure 32
conceditur, ut notat Bart. *in dict. l.* 1. *Cod. de littorum, & itinerum Cuſtodia*, ubi ait quod ſemper viatores vadant coram officiali communi, hoc eſt Cuſtode; & ei notum faciant ad quem locum pergere volunt, & quid portant, & quo modo iſte ſalvus conductus, quod vulgo in Hiſpania vocamus *paſſaporte*, vel quia debet fieri, & per quod tempus duret, vel manifeſtatio mercium quæ vulgo dicitur *Regiſtro*, quomodo conficiatur obſervat Platea *in l. evictiones*, *cap. de verſu publico lib.* 12. Aviles *in cap.* 52. *Prætorum, gloſſ. en la tierra, num.* 25. Bobadill. *dict. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. Roderic. Suarez *allegat.* 18. Burgos de Paz *conſ.* 8. quæ & talia plura quæ in propoſito notabilia ponderabam ego in hac Regia Curia in lite quadam cujuſdam mercatoris in denuntiatione ei facta, perplura ſcripſi *in tractat. de paſcuis cap.* 19. *per tot.* ubi videre poteris, & per DD. à me ibi relatos & ultra eos Boërium, *in tractatu de Cuſtodia clavium*, *num.* 4.

Sed generaliter circa omnes Cuſtodes ſive pontium, ſive civitatum, ſive montium, aut defenſorum, & hæreditatum illud advertas velim quod poſſunt, quocumque modo † armati incedere, nec poſſunt armis expoliari, ut notat In- 33
nocent. *in dict. cap. olim cauſa*, & ibi Panormitan. *de reſtit. ſpoliatorum, & in cap. ſignificaſti, de officio delegati*, Bald. *in l. nunc ſalutem*, *§. ſciendum*, *ff. de offic. præfecti vigilum*, Putrius *de ſyndicatu verb. tortus cap.* 3. *n.* 2. *verſic. quid enim.* Aviles *in cap.* 2. *prætorum in gloſſ. juntaran, num.* 7. qui alios refert Caſtill. de Bobadill. *lib.* 1. *politicor. cap.* 13. *num.* 83. & facit text. *in l.* 6. *titul.* 6. *lib.* 6. *Recopil.*

Caſtri verò ſeu fortalitii Baronum † Cuſtodia 34
ad quem pertineat tradit Grammatic. *deciſ.* 53. *num.* 11. *& verſic.* 117. *inter conſilia feudalia diverſorum*, *num.* 284. *lib.* 1. & quod Barones poſſunt compelli munire ea, tradit Bobadill. *lib.* 3. *politicorum cap.* 1. *num.* 24. *& cap.* 2. *num.* 19. Petrus Surdus *verſic.* 83. *num.* 7. Mandelus *verſic.* 403. *num.* 2. &



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& alia in propoſito notabilia tradit Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 4. cap. 16. à n. 176.*

35 Et pro excubiis † faciendis tempore belli ſive pacis, & quando excubiarum jura ab ſubditis peti poſſunt, vide Petrum Gregor. *lib. 6. ſyntagmat. cap. 3. n. 16. & lib. 3. cap.* 8. ubi *num.* 4. quando ad has excubias teneantur Eccleſiaſticæ perſonæ, & *lib.* 18. *cap.* 20. *num.* 3. & de pœnis relinquentium excubias *lib.* 19. *cap.* 11. *num.* 3. & circa quod conſiſtat excubiarum miniſterium vide Vegetium *de re militari, lib.* 3. *cap.* 12. Patritium *de Republic. lib.* 89. *tit.* 3. Petrum Gregor. *ſyntagmat. juris*, 2. *part. lib.* 19. *cap.* 11. *n.* 3. Bobadill. *lib.* 4. *politic. cap.* 25. *n.* 25. & de ſupplicio infligendo his excubiis ſi negligenter ſe habuerint, videndus eſt text. *in l.* 9. *tit.* 18. *part.* 2.

Sed & Cuſtodia caſtrorum vel cujuslibet fortalitii non debet mandari niſi † nobilibus, & perſonis ex puro ſanguine & ſtirpe nota & clara progenitis, ut *in l.* 2. *ubi gloſſ.* 1. *& in l.* 7. *& l.* 20. *tit.* 18. *part.* 2. Azeved. *in l.* 1. *num.* 17. *tit* 5. *lib.* 6. *Recopil.* qui quidem Cuſtodes † nominati qui vulgo dicuntur *Alcaydes de la fortaleza*, homagium fidelitatis præſtant, quod nobilibus tantum convenit, de quo *in l.* 4. *tit.* 25. *part.* 6. *& in l.* 11. *tit.* 15. *dict. lib.* 6. *Recopil.* docet Avendaño *lib.* 2. *prætor. cap.* 27. *num.* 7. qui de forma homagii deponunt, ut turris principalis cujuſque caſtri, ſeu fortalitii ſolet nuncupari *turris homagii*, quia verbo hæc ſolemnia ſolent fieri, ut docet noviſſimè Burg. *in tract. de nobilit. Hiſpaniæ diſcurſ.* 12. *num.* 9. & quod tale homagium † habet vim Juramenti affirmat Peralta, *in l. unum ex familia*, *num.* 28. *ff. de leg.* 2. Joann. Guttierrez *in Authent. ſacrament. puberum*, *n.* 144. *cum ſeqq.* Suarez *de religion. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 24. quidquid contrarium ſenſerit Gregor. Lopez *in l.* 26. *gloſſ. fin. tit.* 11. *part.* 3. & pro complemento plura alia huic capiti conducibilia videre poteris per Boërium, *in tract. de cuſtodia clavium per totum*, & qui poſſunt creari in Cuſtodes fortalitii, & caſtrorum, & de eorum miniſterio latè agit Anton. Alvarez civitatis Baëcæ incola, relatus à Bobadill. *lib.* 1. *Politic. cap.* 12. *n.* 50. & quando talis Cuſtos excuſabitur, ſi etiam Regio præcepto interveniente fortalitium non tradiderit, eſt text. elegans, *in l.* 19. *titul.* 18. *part.* 2. Bobadill. *lib.* 2. *politic. cap.* 21. *num.* 97.

(Margin numbers: 36 beside "litii non debet mandari…"; 37 beside "Recopil. qui quidem Cuſtodes…"; 38 beside "quod tale homagium…".)

---

## CAPUT XIV.

### De officio Exactorum tributorum & vectigalium Regis, ac Eleemoſynæ Bullarum.

*SUMMARIUM.*

1 *Exactores tributorum ſeu vectigalium, græcè publicani nuncupati, apud Hebræos, Græcos & Romanos odibiles & abjecti habiti fuerunt.*

2 *Expenditur in propoſito textus* in leg. 14. tit. 2. lib. 6. novæ Recopill. *qui ibi affertur.*

3 *Tributorum exactio in Regno Caſtellæ ſemper plebeiorum ſtatui adſcribitur, nec nobilis ullus invitus cogitur ſuſcipere.*

4 *Exiſtimatio & reputatio communis Provinciæ ſufficit, ut officia vilia vel nobilia reputentur.*

5 *Dignitas eſt quidquid ex conſuetudine reputatur eſſe dignitas, & illa eſt major quam homines generaliter talem reputant.*

6 *Vile ſeu infame dicitur officium quod in loco tale eſſe reputatur.*

7 *Tributorum Exactoris munus quandoque honeſtum cenſetur.*

8 *Expenditur & affertur in propoſito Papiniani lex*, lib. 17. §. præſcriptio, ff. ad municipal.

9 *Tributa in Curiis & Procuratoribus Regni Regi conceſſa, eorum cura & perſonali munere ſunt exigenda*, ex leg. Regia 9. tit. 7. lib. 6. novæ recopil.

10 *Exactoribus & conductoribus Regis, licet præcipua privilegia in favorem fiſci & patrimonii Regalis ſint indulta, tamen plura ſunt quibus perſonæ eorundem Exactorum condecorantur.*

11 *Præmia benè merentibus tribui convenit.*

12 *Opinionum & dogmatum diſſidia circa nobilitatem vel abjectionem officii Exactoris vectigalium, diſtinctione conciliantur*, & n. 13.

14 *Nobilis infringit ſuam libertatem per voluntariam ſuſceptionem conductionis vel exactionis patrimonii Regalis, non tamen per aliquam renuntiationem nec tacitam nec expreſſam, per quam juri, ne in carcerem detrudatur, videatur renuntiari.*

15 *Nobilis Conductor vectigalium Regis poteſt pro eorum debito incarcerari & in vinculis detineri.*

16 *Nobilis Conductor terrarum quæ ad Regem ſpectant, an pro earum reditibus non ſolutis incarcerari poſſit*, remiſſivè?

17 *Exactor Tributorum Regis non poteſt debitores convenire, niſi prius accipiat nomina eorum, & eis notum faciat & intimetur ut ad locum deſtinatum ſolutioni, ſoluturi accedant.*

18 *Tributorum exactio prius fieri non poteſt, quàm intimatio Concilio facta fuerit.*

19 *Exactor tributorum maxima in exigendo nititur poteſtate, nec juris ordinem ſervare tenetur, ſed poteſt ſimpliciter procedere & compellere debitores.*

20 *Exactor vectigalium bona à debitoribus pro ſolutione debiti extracta concilio præſentans liberatur.*

21 *Exactor quilibet vectigalium, ut officii debito reſpondeat & legitimè procedat, quid facere debeat, notatum invenitur* in leg. 13. tit. 14. lib. 6. recopil. *quæ ibi. affertur.*

22 *Collectoris Eleemoſynæ Bullarum quæ Hiſpaniæ Regibus à ſummis Pontificibus, diverſis temporibus fuerunt conceſſæ, quænam officio conveniant?* remiſſivè.

23 *Schedula Regia data circa modum & ordinem ſervandum in collectione Eleemoſynæ Bullarum, ad litteram inſeritur ibi.*

HOrum officium, & miniſterium diverſimode in jure exiſtimatum invenio; nam Exactores † tributorum qui publicani græcè nuncupantur, apud Hebræos, Græcos Romanoſque exoſi & odibiles, ac abjecti fuerunt habiti, ut de primis ſunt plura iſtius rei teſtimonia, ut habetur Matthæi *cap.* 18. ibi: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus*, *& cap.* 21. ibi: *Publicani & meretrices præcedent vos*, & Marci *cap.* 2. ibi, *Multi publicani, & peccatores ſimul diſcumbebant.* Et Lucæ *cap.* 5. ibi: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis*, & in aliis multis ſimilibus locis teſtificatur: Romanis autem teſtimonium 1

perhi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

perhibent, Ariſtot. & Tullius, dum hos negant
haberi inter honeſtos cives, ut ex his nonnulli
repetunt: ipſe autem Tullius alicubi non adeo
benè ſentit de publicanis, & cum ad Q. Fratrem
*lib.* 1. improbum ait negotiatorem paulo cupidio-
rem publicanum comprimere non poſſe; ſed &
Ulpianus, *in l. quantæ, ff. de publicanis*, quantæ
inquit, audaciæ, quantæque temeritatis ſint pu-
blicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat: &
certè hujus tantæ illorum audaciæ, & temeritatis
exemplum habes apud Lucium *lib. 5. ſecundi belli
punici poſt principium*, & hujus rei argumento,
Bald. *l. diſſolutè ad fin. Cod. de conditionibus ex
l. voluit hujuſmodi publicanos cogendos edere li-
bros ſuarum rationum, uti uſurarios*; de quibus
clement. 1. *§. cæterum de uſuris.*

Et de juramento Regio in hanc ſententiam
2 expendi † debent ſingularia verba textus *in l.
14. tit. 2. lib. 6. novæ Recopil. verbo, Ordenado
eſtà que ningun hijodalgo pueda ſer preſo ni encar-
celado por deuda que deba, ſalvo ſi no fuere arren-
dador, o cojedor de pechos, y derechos, por que en tal
caſo el miſmo quebranta ſu libertad*, quaſi ex hoc
textu apertè inferatur munus exigendi vel condu-
cendi tributa Regia contrarium eſſe nobilitati, quo
in ſenſu prædictum litigium & ejus rationem affir-
mant Ferdinand. Mencha. *de ſucceſſion. creation.
1. part. lib. 3. §. 22. nu. 78. verſic. quid dicendum*,
Otalora *de nobilitate, 2. part 3. princip. cap. 9. n. 9.
verſic. movetur ea ratione*; Didac. Perez *in l. tit. 2.
lib. 4. ordinam. gloſſ. verb. fixos dalgo, verſic. præ-
terea non obſtant jura*, Azeved. *in dict. l. 4. & 5.
hoc titul. 2. & lib. 2. num.* 26. Laſſarte *de decima
venditionis parte, cap. 18. num. 64. & 65.* Ignat.
del Villar. *reſpouſ. 6. n. 4.* Joann. Guttierrez *de
Gabellis*, Stephan. Gratian. *diſputationum, cap. 228.
num. 25.*

Et demum illud facit, quod in Regno Caſtel-
læ ubique locorum obſervatur, quod tale munus
3 & exactio tributorum ſtatui † plebeiorum ſem-
per adſcribitur, nec ullus nobilis invitus ſuſcipere
cogitur, ut tradit Laſſart. *de decima venditionis
parte cap. 18. n. 65.* Joann. Guttierrez *lib. 3. pra-
ctic. quæſt. 13. n. 102. & 106.* Bargas *de nobilit. Hiſ-
pan. diſcurſ. 17. num. 20.* & ſufficit exiſtimatio &
4 reputatio † communis Provinciæ, ut officia vi-
lia vel nobilia reputentur, Alciat. *de præſumptio-
nib. reg. 1. præſumption. 48. num. 2. in fin.* ubi allegat
text. *in l. 1. ff. de muneribus & honoribus*, Tiraq.
*de nobilitate, cap. 34. n. 1.* Cravet. *conſ. 163. n. 2.*
Gaſpar. Gutierrez *lib. 3. practicarum quæſt. 16. num.*
137. ubi quod illa dicitur dignitas Eccleſiaſtica,
quæ pro tali exiſtimatur aut reputatur ſecundùm
conſuetudinem, & ſic de aliis officiis, Innocent.
*in cap. de multa, num. 6.* Joann. Andreas, Imo-
la *collat. 19. & col. penultim. de præbendis arch in
cap. 1. numero 2. de conſuetudine, lib. 6.* & quod
5 dignitas † eſt quidquid ex conſuetudine reputa-
tur eſſe dignitas: Bertrand. *conſ. 2. verſ. 2. Viſo pro-
ceſſu, n. 20. & conſ. 32. lib. 3.* illaque eſt major digni-
tas quam generaliter homines pluris exiſtimant, *y. 1.
ff. de his qui notantur infam.* & magis expreſsè
idem Gutierrez *num. 139.* ſic etiam verſa vice il-
6 lud dicitur eſſe † officium vile & infame, quod
in populo reputatur eſſe tale, Abad. *in cap. non
minus col. 3. de immunit. Eccleſiar.* & eſt textus per
hoc *in cap. fin. in princip. ff. de muneribus & hono-
ribus*, ibi: Calendarii quoque curatio & quæſtu-
ra in columna æqua civitatis inter honores non
habetur: per quem textum id tenet Joann. de Pla-
tea, & Lucas de Penna & eos referens id probat,
*conſ. 31. num. 15.*

Sed pro contraria ſententia, talium exacto-
rum & Publicanorum munus † honeſtum quan- 7
doque reputatum, & in honore apud Roma-
nos haberi probant antiquorum teſtimonia, nam
& Cicero *in oratione pro l. Manilia*, ſic ait: *Nam
& publicani homines honeſtiſſimi & ornatiſſimi
ſuas rationes & copiam in illam Provinciam obtule-
runt*, & in oratione pro Planco, *Flos equitum
Romanorum firmamentum Reipublicæ, publicanorum
ordine continetur, & l. 3. in Verrem actione, venit
ad Chelidonem Emucius eques Romanus publicanus
homo cum primis honeſtus.* Ex quibus ſuadetur Equi-
tes quoque Romanos eo tempore publicanorum
munere, & exercitio non dedignari.

Deinde maximum hujus rei tutamen ſubmini-
ſtrat † Papin. *in l. libertis 17. §. præſcriptio, ff. ad* 8
*Municipal.* ibi: *Exigendi tributi munus ſordida
inter munera non habetur, & ideo Decurionibus
quoque mandatur*, cui adde textum *in l. fin. ff. de
privilegiis Veteranor.* ubi licèt Veterani ab exa-
ctione tributorum immunitatem habeant; ſi ta-
men ex ordine Decurionum fiant Exactores tribu-
torum, munus recuſare non poſſunt.

Præterea de jure noſtro Regio hanc apertè
confirmat ſententiam † textus *in l. 9. tit. 7. lib. 6.*
*novæ Recopil.* ubi probatur tributa in Curiis à 9
Procuratoribus Regni conceſſa Regi, eorum cu-
ra, & perſonali munere eſſe exigenda. Et Procu-
ratores Curiarum, (cui miniſterium hoc per le-
gem mandatur) & nobiles eſſe & maximam eo-
rum eſſe exiſtimationem pluſquam notum eſt, *l. 4.
dict. tit. 7. & lib. 6.* expreſsè cautum ibi: *Que ſean
perſonas honrradas, y no ſean labradores ni ſexme-
ros.* Et diximus *ſuprà lib. hoc in ſpeciali, cap. Pro-
curatorum Curiarumque*: fateri neceſſario debemus
hanc tributorum exactionem non ſemper ſordidam
aut abjectam reputari.

Tamen quia tametſi præcipua, & potiora † 10
privilegia, quæ his Exactoribus, & Conductori-
bus Regiis ſunt indulta, favorem fiſci, & patrimo-
nii regalis reſpiciunt, ut *in l. ſemper verſic. conducto-
res, ff. de jure immunitatis verb. non honori conducto-
rum datum, ne compellantur ad munera munici-
palia, ſed ne extenuentur facultates eorum, quæ ſub-
ſignatæ ſint fiſco*, negari tamen non poteſt plura
eſſe, quibus perſonæ hujuſmodi Exactorum, vel
Conductorum Regis reditus, & tributi condeco-
rantur, *in cap. 33. & 34. de los nuevos de contumien-
tos de las Alcavales*, relatis à Gutierrez *ubi ſuprà*
præſertim *verb. ni atravajos que la Ciudad, o Villa,
o la Juſticia accordare*: ubi plura commoda & pri-
vilegia ejus ſunt indicta quæ ſui tantum, non fiſ-
ci favorem reſpiciunt; cum ſolum nonnullis in
perſonis laboris excuſatio non diminutionis facul-
tatis conſervatio reperiatur. Nam & præmia tribui
† benè merentibus convenit, ut *in l. fin. Cod. de* 11
*ſtatuis & imaginibus*, & de privilegiis his Exactori-
bus vel Conductoribus Regiis conceſſis, vide Ægi-
dium Chomatem, *in tract. de collectis verſic. condu-
ctor vectigalis, fol. 215.* Joann. Gutierrez *in tract. de
gabellis, lib. 7. q. 173. per tot.*

Sed harum opinionum diſſidium & adverſan-
tium dogmatum pugnam per diſtinctionem, atten-
ta communi opinione, & æſtimatione Caſtellæ,
† auſim conciliare, & intendo quod aut loquimur 12
de Conductoribus tributorum Regis, qui pro ma-
jori, contractus cum eo faciebant, quos vulgo
dicimus *Arrendadores por major*, etiam ſi ſint pro
minori, dummodo conſiderabili quantitate, ut in
iſtis non poteſt conſiderari ulla abjectio ſeu vilitas
officii, præſertim cum videamus frequenter no-
biles & ditiſſimos in noſtro Regno Caſtellæ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& totius Hiſpaniæ prædictas conductiones Re-
gias in ſe ſuſcipere, nec decens erat ignominia
eos proſequi, quod Regium patrimonium admi-
niſtrarent, ſic non nobilitati id quoquo modo con-
tradicere auſpicarentur, ut abſque dubio à talibus
conductionibus Regiis, in grave patrimonii re-
galis præjudicium fugerent & ſe abſtinerent.
Et de his intelligi debent jura, Doctores, atque
fundamenta, quæ pro ſecunda opinione adducun-
tur; docet Tiraquel. *dict. cap.* 34. *num.* 33. Baca
*de inope debitore.* Vectigalium conductio res non
eſt indigna ea indignitate, quæ pœnam hoc eſt
privilegii amiſſionem promereatur, &c.

13 Aut loquimur de † Conductoribus parvæ quan-
titatis, qui pro minimo lucro alicujus oppidi &
vicinorum ejus moleſta & oneroſa exactione ſe
ingerunt, vel abſque conductione, quia non eſt
alius qui voluntariè ſe offerat, inviti ex plebeiis
ad munus hujus exactionis tributorum crean-
tur, & inviti compelluntur, ut in iſtis proce-
dant. Prima opinio, & authoritate pro ea perpen-
ſâ, & quod magis eſt communis exiſtimatio Caſtel-
læ, ex qua tale miniſterium ignobile eſt ubique
exiſtimatum, communis exiſtimatio eſt ſummè
attendenda, ut ſupra diximus, qua utique di-
ſtinctione ſic obſervata, nec te adhuc anxium &
ancipitem habeant verba *dictæ leg.* 4. *tit.* 2. *lib.* 6.
*Recopil. l.* 14. *tit. eod. lib.* ibi: *Por que en tal caſo
el miſmo quebranta ſu libertad.* Eorum verum
& genuinum ſenſum, & qui ſupra dictis mirè con-
venit, eleganter tradit & accuratiſſimè excogita-
vit Alphonſus de Narbona *in commentariis ad ter-
tiam part. Recopill. in dict. l.* 14. *gloſſ.* 2. *num.* 16. his
verbis: Sin verò quærimus de agnoſcendo vero ſen-
ſu illius rationis noſtræ legis, *por que en tal caſo
el miſmo quebranta ſu libertad*, ut conveniat
cum expreſſa ſuperioris deciſionis ratione, cum
re vera videatur quid diſtinctum: nam ſi amiſſio-
nem hujuſmodi privilegii lex pro cauſa finali vo-
luntatem ipſius nobilis conſiderat, ibi: *El miſ-
mo quebranta ſu libertad*, favorem patrimonii
fiſcalis admittimus, ſi inquam hoc inquiritur,
breviter reſpondemus, quod ſuppoſita Regia
in præſenti & *in dict. l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopil.*
quæ nobilibus Regis patrimonii Conductoribus
vel Exactoribus immunitatem, ne pro particulari
debito incarcerentur, alioquin generaliter illis con-
ceſſam admittit ob ipſius patrimonii favorem &
gratiam, ut monuimus nobiles qui ultro ſpon-
taneæ conductioni hujuſmodi vel exactioni ſe im-
miſcent, meritò diceretur ſe ipſos illis in caſibus
libertatem ſuam vel immunitatem infringere,
ſiquidem vectigal conducere nemo invitus com-
pellatur, *l. locatio*, 9. *§. ad conducendum*, *ff. de
public. & vectigal.* nec etiam gabellarum vel ho-
rum jurium ſuſcipere Regaliam, ſi nobilis ſit, hiſ-
que compelli nititur, ut per *l.* 10. *num.* 14. *lib.*
9. *Recopil.* Reſolvunt Lazart. *de decima venditionis
part. cap.* 18. *num.* 65. ubi ita ſe judicaſſe dicit; ſe-
quitur Azeved. *in l.* 14. *&* 15. *tit.* 7. *num.* 11.
*lib.* 9. recta fuit interpretatio, ut in lato caſu,
quo nobilis conductionem vel exactionem functio-
num Regalium in ſe ſuſcipit, rectè dicatur quod
ipſe ſuam libertatem infringit, quia ultro & ſpon-
te munus ſuſcepit, quod non compellebatur ſuſ-
cipere, juxta *dict. l.* 10. *tit.* 14. *lib.* 9. tentari, *ex
dict. l. libertus*, 17. *§. præſcriptio*, *§. ad Mu-
nicipal.*

14 Itaque nobilis pro poſita ſpecie, infringit † li-
bertatem ſuam per actum illum antecedentem,
ſcilicet voluntariam ſuſceptionem conductionis,
vel exactionis patrimonii Regalis, non tamen
per aliquam renuntiationem nec tacitam nec ex-
preſſam, per quam jure ne in carcerem detrudatur,
renuntiari videatur, ut prædicti DD. minus be-
nè voluerunt, non ſecus ac in pœnis contingit, in
quibus ſubeundis, licèt voluntas noſtra ceſſit,
cum certum ſit nos facinori conſenſum præbe-
re, pœnis autem minimè, nihilo minus dicitur,
quod per flagitium & delictum nos pœnis ſubdi-
mus, ut *in l. Imperatores*, ibi: *huic pœnæ ſubditi*,
*ff. de jure fiſci*, *l. fin. cap. ad legem Juliam Majeſ-
tatis*, ibi: *quodammodo ſua ſponte ponitur*, de
quibus plura ſcripſit Menoch. *de ſucceſſion. creat.
lib. §.* 10 *n.* 66. *& lib.* 3. *§.* 22. *num.* 78. *ad fin.*
quia licèt verè & realiter quantum ad pœnam con-
ſenſus deficit, cum delinquens delinquere tantum
velit, non etiam puniri; tamen quantum ad in-
terpretationem legis conſenſiſſe videtur, de qua
voluntate & conſenſu interpretativo loquitur lex
noſtra in præſenti dum dicit. *Por que en tal
caſo el miſmo quebranta ſu libertad*, quia in debi-
litate illa privilegii ipſius, licèt deficiat verus con-
ſenſus interpretativus, tamen adeſt ex antecedenti
libera conductione vel exactione elicitus.

Ex quibus jam ſatis ibi obiter notum eſt, & aper-
tè conſtat nobilem † Conductorem vectigalium 15
jure tributorum Regis poſſe pro eorum debi-
to incarcerari, & in vinculis detineri; ſed an † 16
id in conductionibus tertiarum, quæ ad Regem
noſtrum ſpectant procedat hæc deciſio, *dict. leg.* 4. *&*
14. *dict. tit.* 2. *lib.* 6. diſputant Azeved. *in dict.
l.* 4. *num.* 27. Girond. *de privileg. n.* 837. *quæſt.* 152.
Joan. Gutierrez *lib.* 4. *practic. cap.* 14. *num.* 7. *ver-
ſic. Secunda limitatio*, Narbona *ubi proximè ex nu.*
23. *uſque ad num.* 29.

Exactor igitur tributorum Regis non poteſt
debitores † convenire niſi prius accipiat nomina 17
eorum, & ei notum fiat, & intimetur quod ſo-
luturi accedant ad locum ſolutioni deſtinatum, *in
l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recopil.* ibi: *Sin que primera-
mente el Receptor del partido mueſtre, y preſente
ante el la copia de como ſea notificado a los conce-
jos del partido lo que de ſuſo contiene*, quod & ita
ſcire commune cautum ita habetur, ut *in l.* 1. *cap.
de exactoribus tributorum*, & ſic ſolet fieri quædam
deſcriptio civium vel vicinorum quæ continet
ſervitium impoſitum diſtributum, & impertitum
cuilibet ſecundum bona, quæ habet, ut per Ægid.
Thomat. *in tractatu de collectis*, *in §. retenta pro-
xima diſcuſſione*, *num.* 25.

Nec poteſt priùs † exactio fieri niſi intimatio- 18
ne facta Concilio, *ex dict. l.* 3. ibi: *Notifica a
los Concejos*, & ibi: *Y lo embien a pagar al plazo*,
iſte autem Exactor † tributorum Principis maxi- 19
ma in exigendo nititur poteſtate, ut per Menoch.
*de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 71. *nu.* 12. nec juris ordinem
ſervare tenetur, ſed poteſt ſimpliciter procede-
re, & præcisè compellere debitores, vel exequen-
do in rebus & bonis, ex Bald. *conſ.* 434. *vol.* 3.
*& in l.* 1. *Cod. de annonis*, etiam parte non citata
& ibi per eum; quod tamen intellige poſt notifi-
cationem factam concilio de qua ſuprà, & pro hoc
modo procedendi in exactione tributorum, viden-
dus eſt Ægidius Thomat. *ubi ſuprà n.* 30. & vide
Azeved. *in l.* 6. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recopil. & in l.* 14. *tit.*
21. *lib.* 4. *novæ Recopil. n.* 1. *&* 2.

Et iſte exactor qui bona † à debitoribus extra- 20
xit pro ſolutione debiti, liberabitur ſi illa bona
vel pignora extracta concilio præſentaverit, ut *in
l. fin. cap. de exactoribus tributorum*, ut obſervat
Ægidius Thomat. *ubi ſuprà num.* 40. & cum Aze-
ved. *in dict. l.* 6. *num.* 6. ubi etiam obiter advertunt,
quare tributa hæc petantur, & ſi eam vicini de-
bitores

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bitores contra quos proceditur, poſſent opponere quod legitima non fuit facta diſtributio, & hæc ſit legitima exceptio ad impediendam ſolutionem: & advertas velim quod facta executione, & ſoluta aliqua quantitate licèt pro debito in executionem procedatur, uſque quo ſolutio fiat, tantum debetur decima ex quantitate non ſoluta ex textu formali, *in dict. l. 6. tit. 14. lib. 6. Recopil.* ibi: *O parte dello por lo que anſi pagare no ſe haga execution*; ubi notat Azeved. *n. 7. & 8.*

21 Et demum plura quæ neceſſario debet quilibet † tributorum Exactor, ut officii debito reſpondeat, & legitimè procedat, facere, ſancita, & providere ſtabilita invenies, *in l. 3. dict. tit. 14. lib. 6. Recopil.* quæ quia normam, & rectum procedendi modum Exactoribus de quibus loquimur, imponit ad litteram referenda eſt, & ſic ſe habet: *Otroſi mandamos que antes y primero qui ninguno de los Receptores del dicho ſervicio comiencen a cobrar ni cobren ningunos de los maravedis de los contenidos en las nueſtras Cartas de Receptoria en el Concejo de la dicha ciudad, o villa que fuere cabeza de Provincia, que aſſi ſe huviere de cobrar el dicho Servicio y preſente aſſi miſmo el traſlado deſtos nueſtros Capitulos y declaraciones, y la ſobre Carta que del ſe diere, y jure en forma de no pedir, ni demandar, ni cobrar, ni llevar mas de lo contenido en la Receptoria, y de guardar, y cumpir todo lo ſuſo antes deſto contenido, y cada coſa y parte dello como de ſuſo ſe contiene, y dexe el traſlado de la dicha Receptoria, y deſte Capitulo, y ſobre carta que del ſe le diere en poder del eſcrivano del Concejo, para que ſe vea y ſepa como ſe cumple lo que dicho es, y para que de, embie el traſlado del, y a les Concejos y perſonas que ſe lo pidieren, para que ſepan lo que han de guardar y cumplir: y mandamos que la Juſticia de la Ciudad, o Villa que fuere cabeza de Juriſdicion, tenga ciudado de hazer que eſte nueſtro Capitulo y ſobre carta del ſe publique y pregone, en la Ciudad, o Villa porque venga a noticia de totos, y tomen un traſlado del ſervicio del Concejo, para que todos lo puedan ver y ſaver lo en el contenido, para que ſe guarde, cumpla y execute. Otroſi madamos que ſi los Receptores nombrados en nueſtras cartas de Receptorias no huvieren de cobrar, ni cobraren por ſi miſmos los maravedis del dicho ſervicio, que las perſonas que puſieren, y nombraren aquien dieren poder para las cobrar, ſean buenas perſonas llanas y abonadas, y quales deben ſer, y los preſentar en el dicho Concejo para que ſean viſtos, y aprobados, y hagan el dicho Juramento y ſolemnidad, y que de aſſi aſſentado en el libro del ſervicio del Concejos, y que de otra manera no ſe entrometan a pedir ni cobrar los maravedis del dicho ſervicio, ni coſa alguna del, ſo pena de pagar lo que anſi cobraren en pena la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el que los acuſare, y la otra tercia parte para el Juez que lo ſentenciare.*

Sed omnia quæ in iſto capite animadverſa manent circa officium Exactoris quorumlibet tributorum Regis, procedunt & militant in Colle-
22 ctore † Eleemoſynæ, Bullarum, quæ à Summis Pontificibus diverſis temporibus invictiſſimis noſtris Regibus fuerunt conceſſæ, prout accuratiſſimè eas refert, & miro ordine diſponit doctiſſimus, & omnium litterarum apprimè ornatiſſimus & præſtantiſſimus vir Licenciatus Perez de Lara *in compend. trium gratiarum*, circa quod nihil ſpeciale animadverſione dignum, quod Collectoribus Bullarum conveniat invenio, niſi ad litteram referre Schedulam Regiam, quæ præſcripta eſt, & data forma eis circa modum & ordinem, quem in exactione prædictæ Eleemoſynæ ſervare tenentur, & in præmium ac compenſationem ſui miniſterii & honoris eis condonantur aliqua privilegia, & immunitates: & prædicta Schedula ſic ſe habet.

*EL REY.*

*DOn Phelipe tercero deſte nombre, por la gracia* 23
*de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jeruſalem, de Portugal, de Navarra, de Gravada, de Toledo, de Valencia, de Paliria, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdenna, de Cardoba, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de las Algarves, de Aljezira, de Givaltar, de las Yſlas de Canaria, Indias, Yslas y tierra firme del mar Oceano; Archiduque de Auſtria, Duque de Borgonna, de Bravante, y de Milan; Conde de Flandes y de Tirol, ſennor de Vizcaya y de Molina, &c. A los Governadores, Aſſiſtientes, Corregidores y otros Juezes, y Juſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas y lugares aquien fuere moſtrada eſta nueſtra carta o ſu traslado impreſſo en el molde, y firmado del Commiſſario General, de la ſanta cruçada; Salud y gracia. Sepades que nos ſomos informados que en las cobranças de las Bulas de Cruçada y otras Bulas, que ſe han predicado en eſtos nueſtros Reynos paro gaſtos de la guerra contro infieles, ſe han hecho y hazen muchas moleſtias y vexaciones a nueſtros ſubditos y naturales, ſacan doles por ellas prendas de mas valor que la quantidad de los maravediſſes que debende de las dichas Bulas, y vendiendo las, y maltratando los en menos de lo que valan, y llevando algunos dellas ſin hazer alguna diligencia y que muchas vezes acaeze que los tales cobradores en lugar de las Bulas, que han de dar, dan otras que no ſon de las que ſe predicaron, y anſi miſmo dan ſumarios, y Cartas impreſſas, y ſin dar Bulas, cobrando los derechos d'ellas, y hazen otras fraudes, en grandes ſervicios de Dios nueſtro ſennor y endanno de los fieles Chriſtianos, y contra el ſennor y forma de las inſtrucciones, que cerca de las dichas cobranças eſtan dedas, y no queriendo remediar lo ſuſo dicho, para que nueſtros ſubditos y naturales ſean relevados de los dichos dannos, moleſtias y vexaciones, y enganos, mandamos al Concejo General de la ſanta cruzada y algunos del nueſtro Concejo y a otras perſonas de los nueſtros Concejos que platicaſſen, lo que en ello ſe podia proveer: Lo qual por ellos viſto fue accordado que las cobranzas, que de aque adelante ſe hizieren de qualeſquier Bullas, y Jubileos, y indulgencias que nueſtro muy ſanto Padre nos ha concedido y concediere, para que ſe prediquen en eſtos dichos nueſtros Reynos para los dichos gaſtos de la Guerra contra infieles ſe hagan perſonas, que fueren nombradas, por el Concejo de cada lugar, guardando ca dello la horde contenida en eſto nueſtra carta, porende por la preſente mandamos a vos los dichos Concejos, y Juſticias de todas las dichas Ciudades, Villas, y lugares, que cada anno en el tiempo que ſoleys eligir, y nombrar los officiales de Concejo, nombrareis una perſona abil, y ſuficiente de confiança legallada y abonada, que en cada una deſſas dichas Ciudades, Villas y lugares tengan cargo de cobrar las Bulas, que le fueren entregadas por el Theſorero que fuere de cada Dioceſis, o por quien ſu poder huviere, o conforme a los patrones que de ellas ſe los dierem; el qual dicho cojedor al tiempo que fueren nombrado al dicho cargo, y antes que ſe uſe del coſa alguna, ſe obligue, y de fianças baſtantes ante la Juſticia, y eſcrivano del Concejo de lugar de cuya Juriſdicion fuere, que*

dentro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dentro de quarenta dias deſpues de paſſado el plazo, a que las dichas Bulas ſe huvieren de pagar, darà cobrados los maravediſſes que montaren las Bulas, que ſe le entregaren al dicho Theſorero, o aquien ſu poder huviere llanamente ſin pleyto alguno, por que al tiempo que ſe le entregare el padron, y Bulas, ſe ha de aveniguar antes la Juſticia del tal lugar, en preſencia del dicho Corregidor, y ſi algunas perſonas contenidas en el dicho padron de quien no ſe puede cobrar por pobre, o eſcritos dos vezes, o no poder ſer avidos los quales deben, y que al plazo ſuſo dicho no diere cobrados los dichos maravedis al dicho Theſorero, o aquien ſu poder huviere, que la perſona que en nombre del dicho Theſorero los fuere a cobrar del, le execute por todo rigor de derecho ſolamente por virtud de la obligacion y cedula que el tal cojedor huviere hecho de las Bulas, que huviere recivido, que para ello, y traer bara de mi Juſticia, los damos poder cumplido, llevando poder del dicho Theſorero, y aprobacion del Governador, o Correjedor Juſticia de la cabeza de cada Dioceſis, o partido. Y aſi miſmo damos poder y facultad al correjedor, que fuere cobrando por les dichos Concejos, para que pueda compeler y apremiar a todas las perſonas que debieren las dichas Bulas, a que ſe cobren y paguen paſſado el termino a que ſe dieren fiadas, y ſobre eſto hagan las execuciones, ventas, y remates de bienes neceſſarios, como por maravediſſes de mi haver, con que no quedan llevar ni ſacar prendis algunas de un lugar a otro ſi no fuere a la Cabeza de la Juriſdicion, no hallando comprador en el lugar donde ſe tomare; y mandamos que los dichos Concejos ſean obligados a los ſanamientos de qualquiera quiebra que huviere por falta de ſer abonados los dichos Cojedores, y que el dicho Cojedor que fuere nombrado para un anno cobre las Bulas, que en aquel anno ſe huvieren de pagar, y no pueda ſer nombrado al dicho officio de Cojedor, contra ſu voluntad haſta el Tercero anno, y que los que fueren nombrados por tales Cojedores el anno que tuvieren el dicho cargo, no puedan tener ni tengan contra ſu voluntad, ningun otro officio Real ni Concegil; y que ſean Francos, y libres de hueſpedes, y veſtias y carretas de guia de qualquier calidad, y manera que ſean, y ſe les dè el ſalario a raçon de un maravedis por cada Bula, de taſſa de a dos Reales de las que dieren cobrados.

Y otroſi mandamos, que ſi en eſtos nueſtros Reynos de huvieren predicar algunos Jubileos de caja por los dichos gaſtos de la Guerra contra infieles, que los dichos Cojedores ſe encarguen de hazer apercevir cada uno en el lugar o Concejo donde fuere Cojedor, y poner los ſumarios que le fueren entegados por parte del Theſorero del partido, y de poner las cajas donde ſe ha de ſe echar la limoſna, y de cobrar los maravediſes que della ſe huvieren para acudir con ellos al dicho Theſorero, o aquien ſu poder huviere, y que ſe les de por ello de ſalario a raçon de a ocho maravedis de cada millar o de lo que procediere de los dichos Jubileos, guardando los dichos Cojedores cerca deſto la orden, que les fuere dada por el Commiſſario General de la Cruzada, y que donde huviere dos o mas lugares o parroquias, o feligreſias que fueren todas un Concejo, que no ſe nombre en el dicho Concejo mas de un ſolo Cojedor, aſſi para la cobrança de las dichas Bulas, como de los dichos Jubileos lo qual y todo lo que dicho es, compley, y ay hagais guardar y cumplir, y cada Concejo ſe entregue un traſtado de eſta nueſtra carta, y lo tengan en el arca del Concejo, para que aya effecto lo en ella contenido: y mandamos que ningun Theſorero ni fator cobre ni embie a cobrar a las dichas Ciudades, Villas y lugares las dichas Bulas ni Jubileos, ni aya otros Cojedores ſino los que fueren nombrados por los dichos Concejos, ſo pena que el que cobrare y hiziere cobrar las dichas Bulas, y Jubileos contra el tenor y forma deſta nueſtra carta, pague lo que aſſi cobrare, o hiziere cobrar, con el quatro tanto, y que vos las dichas Juſticias cada una en ſu Juriſdicion, los prendais los cuerpos, y preſos con la informacion de ſus delictos, la embieys a eſta nueſtra corte antes el Concejo General de la Cruzada, para que ha de mas de excutar en el la dicha pena ſea caſtigado conforme a la calidad del delito, y los unos ni los otros no fagades, ni fagan ende al por alguna manera ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil maravedis para la nueſtra camara, a cada uno que lo contrario hiziere. Dada en Valladolid a diez y ſiete de Diziembre de mil ſeis ciento y un annos yo el Rey, por mandado del Rey nueſtro ſennor, Juan de Amerquita.

---

## CAPUT XV.

### De officio Campſoris ſeu Cambiatoris publici, qui vulgo dicitur *Cambio*, & Nummularii dicti *Banco*.

*SUMMARIUM.*

1 *Campſoris officium publicum eſt.*
2 *Campſoris creatio ad quem pertineat.*
3 *Campſoris creatio in Curia Regis nempè* en la Corte, *ad ipſum Regem pertinet.*
4 *Campſoris creatio in aliis Curiis Regnorum ad Coronam Hiſpaniæ pertinentium, debet fieri ſpeciali Proregis nominatione.*
5 *Campſoris officium Reipublicæ eſt neceſſarium.*
6 *Campſor qua forma creari debeat*, remiſſivè.
7 Cambium *vox antiquis Romanis & Juriſconſultis prorſus incognita fuit.*
8 *Cambii officium in quo conſiſtat.*
9 *Cambium in permutatione monetarum conſiſtens, an licitum ſit vel illicitum?*
10 *Cambia quæ conſiſtunt in mutuo, an licita ſint?*
11 *Lucrum ex Cambio in mutuo conſiſtenti proveniens uſuram quare ſapiat.*
12 *Cambium in mutuo conſiſtens quare permittendum?*
13 *Cambium in mutuo pecuniæ poſitum quando ſit licitum, & quando illicitum*, remiſſivè?
14 *Cambia à Principe vel Republica approbata, tutò exerceri poſſunt.*
15 *Cambiorum merces ſeu Salarium non pro mutuo, ſed pro labore recipitur.*
16 *Cambii in duplicem ſpeciem diviſio.*
17 *Cambium ſiccum quot modis committatur* & num. 18.
19 *Cambium ſiccum improbum & fœnerativum eſſe probant doctores.*
20 *Cambia intra Regni limites contra legem expreſſam permitti non poſſunt.*
21 *Cambia ſicca damnantur per pragmaticam à Rege Sebaſtiano latam.*
22 *Cambium quod fit intra Regni limites, an ex eo ſiccum judicetur, quod in loco in quem remittitur ſolutio unà cum litteris, debitor, nec pecuniam nec factorem habeat*, & num. 23. & 24.
25 *Cambium reale quid & quotuplex ſit.*
26 *Cambium reale an licitum vel illicitum ſit?*
27 *Pecunia vel nummus quot modis conſiderari poſſit.*

28 Cam-

28 *Cambium reale per litteras tripliciter fieri ſolet*, & n. 29. & 30.

31 *Pecuniæ valor ſolet aliquando minui, & quibus de cauſis*, & n. 32.

33 *Cambium per litteras, quo quis pecuniam Campſori in uno loco præbet ut eandem in alio remittat, an permiſſum ſit?*

34 *Cambium per litteras, quo quis pecuniam à Campſore ad certum tempus recipit in uno loco, in alia deinde provincia vel Regno, cum conſtituto ſtipendio ſolvendam, an ſit fæneratiuum?* & n. 35. & 36.

37 *Cambium minuti in quo conſiſtat, & quomodo fieri debeat, & quid pro præmio poſſit perſolvi tradit Textus* in leg. Regia 4. tit. 18. lib. 5. Recopil. *quæ* ibi *affertur?*

38 *Cambii præmium & intereſſe quod lucrari Campſor poteſt, correctum & immutatum fuit*, per leg. 5. in fine tit. 18.

39 *Cambium quod fit per litteras, ne intra ejuſdem Regni oppida exerceri poſſit ſancitum extat* leg. 8. tit. 18. lib. Recopil. *quæ* ibi *affertur.*

40 *Cambii litteris, cur circa oppida extra Regnum, non vero intra, uti liceat, traditur ratio differentiæ.*

41 *Cambium per litteras ab Hiſpania ad Indos exerceri poteſt & etiam ad alias ejuſdem Coronæ Provincias, dummodo diſtantia ſit conſiderabilis, in quo poſſit conſiderari aliquod periculum in tranſlatione pecuniæ.*

42 *Cambia realia requiſita non poſſunt probari juramento & declaratione perſonarum quæ nummos Campſori tradiderint.*

43 *Cambium tam jure communi, quàm Regio exoſum & uſurarium reputatur.*

44 *Referuntur Doctores qui de Cambiis egerunt.*

45 *Campſoris creatio ex perſonis fieri debet probatiſſimis, divitibus & benè opinatis, quæ juramentum de officio rectè exercendo præſtare debent, & fidejuſſores uſque ad certam quantitatem præbere tenentur.*

46 *Campſor exterus & alienigena à Regno non poteſt creari.*

47 *Campſores duo in urbe debent nominari, non verò unus ſolus.*

48 *Campſor exterus à Regno nominari cur non debeat*, remiſſivè.

49 *Campſor non poteſt aliis mercimonii & contractionum generibus uti, nec ſocietatem inire cum aliis, niſi in rebus cambiorum uſum tangentibus.*

50 *Campſores publicationem reddere tenentur judici, ſuo juramento & per libros ſuos veritate & fide confectos, quoties ratio ei per judicem expetita fuerit quantitatum omnium quas cambio habuerint.*

51 *Campſorum electio debet eſſe libera, nec quidquam pro tali officialium creatione poteſt exigi; nec titulo conductionis poſſunt hujuſmodi officia conduci.*

52 *Cambia ſuſcipere, & eorum pecuniis Rex uti poteſt in urgenti neceſſitate.*

53 *Neceſſitatis tempore plura licent, quæ ordinario jure exoſa videntur.*

54 *Campſori, neceſſitate adimpletâ, debet per Regem fieri ſatisfactio pecuniarum quas accepit & ſi poſſibile ſit, cum intereſſe juſto & licito Cambii.*

55 *Princeps dum ob publicam cauſam & neceſſitatem, rem aliquam à privato aufert, æquivalenter poteſt damno ſatisfacere.*

CAmpſoris officium † publicum eſt, ut ca- 1
vetur *in l. 5. tit. 18. lib. 5. novæ Recopill.* ibi: *y
los que huvieren de uſar del dicho officio publico*; ubi
Matienço *in gloſſ. 7. lit. G.* & ſic tanquam officium
publicum, iſtius officialis creatio † pertinet ad 2
Prætorem, & Decurionem civitatis, villæ aut oppidi ubi exerceri debet, ut *in dict. l. 1.* ibi: *y los
que huvieren de uſar del dicho officio publico en las
Ciudades, Villas y lugares de nueſtros Reynos que
ſean pueſtos y nombrados por las Juſticias, y Regidores de tales Ciudades, Villas y lugares.*

Et curia Regis nempè *en la Corte* † pertinet ad 3
ipſum Regem, ut *in dict. l. 1.* & *in pragmatica
edita, 8. Septembris ſub anno Domini* 1602. &
ſic aliis in Regnis hujus Coronæ creatio † Camp- 4
ſoris poterit & debet fieri ſpeciali Proregis nominatione, quia Prorex in Regno ſibi commiſſo
Regis poteſtatem habet, niſi aliquid ſpecialiter ei
fuerit interdictum, ut *in l. fin. tit. 1. part. 2.* latè
Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 6. per totum*; ſpecialiter verò *num. 37.*

Quod utique Campſoris officium † neceſſarium 5
eſt Reipublicæ, dummodo honeſtè exerceatur,
ut tradit Tavianus Genuenſis *in tract. de Cambiis, 1. l. part. num. 9. cum ſeqq.* uſque ad *num. 12.
& 2. part. cap. 1. per tot.* Dominicus à Sot. *tot. lib. 6.
de juſt. & jure quæſt. 8. art. 1. & ſequenti*, Matienço
*in dict. l. 1. gloſſ. 3.* formam † qua debet creari 6
Campſor cum aliquibus regulis, & prohibitionibus
aſſignat & deſcribit textus *in l. 1. tit. 18. lib. 5.
Recopil.* & pro materiæ perfecta cognitione illud prætermittendum non duxi, quod hîc vox † 7
*Cambium* antiquis Romanis, & juriſconſultis
prorſus incognita fuit: etenim quantumvis in foro Romano frequentiſſimi erant Argentarii, Nummularii, Meſularii, vel Meſuarii fide publica deputati ad gerenda negotia, & inſtrumenta, ut probat *l. prætor ait l. ſi quis ex argentariis, l. quidam l. ubi l. argentarius ff. de edend. l. hominem 7.
§. quoties, l. quod privilegium, §. 8. ff. depoſiti, l.
ſi ventre 8. §. in bonis, ff. de privileg. hæred.* cum
aliis quas refert Bobadill. *lib. 1. variar. cap. 15.* Forner. *lib. 3. ſelection. cap. 8.* Sigon. *de antiquo jure
Romanorum, lib. 2. cap. 11.* Petrus Gregor. *lib. 23.
cap. 3.* Cambium tamen non agnoverunt, quamvis Argentarii & Meſularii ſæpiſſimè nominentur
à Cicerone in oratione pro Cecinna, pro Cluentio, & in Rhetor. ad Heren. numquam tamen
Cambium ab eo uſurpatur, nec mille annis
poſt ipſum Ciceronem apud puri ſermonis obſervatores aliqua hujus nominis mentio reperitur, etſi
Anton. Nebricenſ. incautè dixerit hanc vocem
*Cambium*, Latinam eſſe. Sed magis veriſimile eſt
Cambium à Gothis, vel Longobardis inventum
fuiſſe: & ab Italis, atque Hiſpanis receptum,
ut conſtat ex *cap. 1. §. cum autem ſed in reſtit. fecit fuer.* Otrot. *cap. 1. §. ſi quis dominus quo tempore
miles, &c.* ubi Cambium ſignificat permutationem,
& gloſſ. *communem, ibidem*, in eademque ſignificatione ab Hiſpanis ſumitur, *in dict. l. 1. tit. 18.
lib. 5.* & totus ille titulus inſcribitur, *de los Cambios, y Cambiadores.*

Secundò præmitto quod Cambii † officium con- 8
ſiſtit in permutatione aliquarum monetarum pro
aliis, ut *in l. 4. tit. 18. lib. 4. Recopil.* Cum enim
Hiſpania Regum multitudine fuiſſet occupata,
& unuſquiſque pro voluntate ſua proprios cuderet nummos, ut conſervarentur commercia, &
qui iter habebat ad alia Regna proprios ejus, in
quo pergebat deferret nummos, Campſor autoritate Regia deſignabatur, qui uniuſcujuſque generis nummos haberet ad permutandum vel
cambian-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cambiandum, ſtatuta quadam Cambii mercede,
ut *in l.* 2. 3. *&* 4. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* de quo
9 an † licitum, vel illicitum fuerit, maxima eſt apud
noſtros Doctores controverſia, ſi quidem con-
ſtat ex Ariſtotel. *loco ſuprà citat. & ex cap. navi-
ganti, & ex cap.* 1. *de uſuris*, contra naturam cen-
ſeri debere, quod pecunia ſuapte natura ſterilis &
infœcunda generet & pariat pecuniam, cum aliis
multis quæ refert in aliis DD. quos infra citavimus,
& *novæ inſtitution.* Sarmient. *lib.* 7. *cap.* 12. Sed
quamvis hæc ita videantur eſſe, contrarium ve-
rius videri debet, & haberi quodque magis re-
cipitur ab omnibus Theologis; ut colligitur,
*ex cap. per veſtras*, & probatur *ex dict. cap. na-
viganti, §. ille quoque.* Capin. civit. *de uſuris*
lex pontificia conſulta commercia Reipublicæ uti-
litatem afferre probe ſciens noluit exercitam nego-
tiationem, honeſtaque lucra impedire, & ita
propria Cambiorum in ſpecie probat Pius Quint.
*in extravagant.* proprio motu circa Cambium
illicita improbans, licita probans in ſumma con-
ſtitutionum ſub Pio Quint. *cap.* 52. ex his omni-
bus & ex gloſſ. *atque commune in cap. conqueſtus de
uſuris*, & gloſſ. *verb. honeſti.* & commun. *in dict.
cap. per veſtras* ex D. Thom. 225. *quæſt.* 87. *art.*
4. hoc Cambiorum genus licitum eſſe, & Rubri-
cæ ſatis accommodatum docuit idem, D. Thom.
*opuſ.* 73. *art.* 13. Cajetan. *in tract. de Cambiis, cap.*
1. Sylveſt. *verb. uſura quarta*, Armilla *verb. emptor.*
Sotus *de juſt. & jur. lib.* 6. *quæſt.* 8. *art.* 1. Conrad.
*quæſt.* 98. Palat. *in praxi Theologal. lib.* 3. *cap.* 2.
*inſtructionum negotiant. lib.* 1. *cap.* 1. gloſſ. 2. &
Bald. & Salicet. *in l.* 3. *cap. de exercit. commun.*
contra Jaſonem *in l.* 1. *num.* 36. Purpurat. 89. *cap. de
ſumma trinitat.* omnes *in dict. cap. naviganti*, Navar-
rus *notabil.* 9. *n.* 11. Joann. Baptiſt. §. 2. *in prin-
cip.* Albornoz *lib.* 3. *tit.* 4. *de los Mercadores y Cam-
bios.* Matienc. *in dict. l.* 1. *gloſſ.* 3. cum aliis quos in-
ferius percenſebimus, ſed tamen cum hujuſmo-
di Cambium jam in uſu non ſit, & ſolùm perma-
neat Cambium in mutuo conſiſtens, de quo loquitur
Jus 5. *conſtitutio*, opus erit de Cambiis in mutuo
conſiſtentibus breviter aliqua pertractare.

Tertiò præmitto maximè controverſum eſſe,
10 an hæc † Cambia quæ conſiſtunt in mutuo licita
ſint, ita ut Campſor, qui publicè pecunias Cambio
dat, poſſit ex eo aliquod lucrum ferre?

11 Et videtur tale lucrum ex eo proveniens † uſu-
ram ſapere, quia conſiſtit in cambio mutuo, tem-
pus atque lucrum, ex quibus vera & propria uſu-
ra formatur, ut *in cap.* 1. *cum ſeqq.* 14. *quæſt.* 3.
*cap.* 1. *&* 2. *cap. in civitat. cap. conſuluit de uſuris.*
Nec ex Reipublic. authoritate excuſari poſſe
conſtat, *ex cap. ſuper eo de uſuris*, ex quibus &
aliis id probat Cajetan. *cap.* 2. & alii ſupra relati
plura argumenta connectentes, attamen ſi quæ
ſit hujus vel aliorum argumentorum vis dili-
genter animadvertamus, reperiemus procul dubio
12 hujuſmodi Cambiorum genus permittendum † eſſe,
quæ inventa ſunt & excogitata ad majorem Rei-
publicæ commoditatem & facilius totius terrarum
orbis commercium. Quæ ſententia communior
eſt, & à pluribus approbatur: ſed propoſita ob-
jectio facilè diluitur, ſi dicamus lucrum non ſpe-
ctare in his cambiis ratione mutui, ſed cauſa la-
boris, & induſtriæ in conquirendis pecuniis, in
mutandis & recipiendis per litteras Cambii remiſ-
ſorias, ut in praxi quotidie videmus obſervari,
& ſtatim clarius & apertiùs exponemus; ac ſuf-
ficit hujuſmodi cambia non omninò condemnari
à Pio V. Pontifice Maximo *in dict. conſt.* 54.
ſed ſolum quoad exercentes cambia, ſic ea nam-
que juſtiſſimus Pontifex conſideravit illam indu-
ſtriam & laborem impenſum in Cambiis conqui-
rendis pretio eſſe æſtimabilem, nec quemquam
debere ſua opera collocare abſque ulla mercede,
*ex Authentico de judiciis*, §. *nec autem* ibi *gloſſ.
verb. pedaneus*, & communis ſicut in fidejuſſore,
& aliis, ſuas operas pro pretio impendentibus, ut
conſtat *ex l. ſi remunerandi*, §. 6. *maurus in fin. ff.
mandati*, *l. hoc jure* 19. §. *labeo*, *ff. de notat.* &
ex aliis infra dicendis docent Burgos de Paz *conſ.*
49. *n.* 8. Ben. *conſ.* 11. Burſat. *verſ.* 399. *volum.* 4.
Hieronymus Gabriel. *conſ.* 158. *vol.* 2. Guid. Panci-
rol. *conſ.* 139. *num.* 11. Puteus *deciſion. Rotæ* 124. *&*
126. *lib.* 3. Decius Genuenſ. 1. *&* 2. Cavalcan. *de-
ciſ.* 48. *num.* 23. & an cambium conſiſtens in mu-
tuo † pecuniæ ſit licitum, & quando illicitum, 13
agunt latè Thomas de Vio *de cambiis cap.* 2. Fabia-
nus Genuenſis *eodem tractatu* 1. *part. per totam &*
2. *part. in princip.*

Quod ita eſt acriter tuendum, præcipuè ſi à 14
Principe vel Republica fuerint probata, tunc
enim poteſt juſtè mercedem à privatis ſolven-
dam recipere, ut apertè docet ipſa Pii conſti-
tutio. Unde quando privatus apud privatum
ſuam deponit pecuniam, cum hac conditione, ut
illam totam vel aliquam illius partem in alium
locum tranſmittat, pro illoque labore pretium vel
ſtipendium aſſignavit, ſic ergo nulla committitur
uſura, nec uſuræ umbra apparet, ut probant
Sotus, Navarrus, & alii *ſuprà*: inde etiam proban-
tes non eſſe illicitam conventionem, cujus eſt
hoc tempore frequens uſus ſcilicet cum nobiles
Mercatori, vel aliis locupletiſſimis hominibus ſti-
pendium decernunt, propterea quod primo cu-
juſque menſis die certam ipſis pecuniæ quantita-
tem ſunt tributuri.

Nam non pro mutuo † ſed pro labore ſalarium 15
illud recipere reſolvunt Sotus *lib.* 6. *de juſt. &
jure quæſt.* 1. *art.* 2. Navarr. *in cap. naviganti, num.*
17. quæ ſpecies & alia hujuſmodi maximè di-
ſtant à Cambiorum natura, nam in illis ſecurè ac
tutè poteſt pecunia pro mercede capi, de quo
eſt totus titulus *lib.* 1. *cum ſeqq. ff. de eo quod
certo loco*, *l. continuus*, 137. *ff. de verborum obli-
gat.* itaque ſignificat quod variæ ſunt Cambiorum
diviſiones.

Quartò præmitto Cambium eſſe in duplici † 16
differentia, alterum ſiccum & alterum reale, ſic-
cum Cambium dicitur in quo debitæ Juſtitiæ ſpe-
cies non invenitur, ſed fingitur & ſimulatur,
cum ſit verè mutuum ſub uſura factum, qua in re
mirabilia & aurea ſunt verba Fabiani Genuen-
ſis *ubi ſuprà* 1. *part. num.* 35. ibi: *Non ſine ita-
que ratione ſacri Theologi & Canoniſtæ loquendo,
de hujuſmodi fictis, & ſimulatis cambiis appellant
ipſa non cambia, ſed cambia ſicca inſtar arboris
ſiccæ quæ in ſemetipſa non habet aliquem humorem
aut viriditatem, non producit flores nec folia, nec
denique fructus, ſed potius damnificat arbores
virides ſibi adjacentes, ſed tantummodo habet ali-
qualem arboris apparentiam ſine quavis exiſten-
tia, ita profectò ſunt cambia ipſa ſicca, quia non
vero ſed falſo & ficto nomine cambii aliqualem
cambiorum apparentiam videntur habere; nullam
tamen penitus Cambii exiſtentiam habent, ſimiliter
nullum penitus in ſemetipſis habent humorem aut vi-
riditatem gratiæ Dei, quia non ſunt fundata in ra-
dice Charitatis, immò ſunt contra Charitatem & ab
ipſo Deo reprobata, non germinant frondes boni
exempli, immo ſunt ſcandaloſa, non pullulant flores
odoris virtutum: Sed undique ſunt putrida ob cupi-
ditatem, & avaritiam, à qua proficiſcuntur, non pro-*

ducunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ducunt fructum bonorum operum, quia ut hic ſuperius oſtenſum eſt, animam ipſius feneratoris & corpus & honorem atque alia bona temporalia, ſi quæ habet benè acquiſita, graviter lædunt, devaſtant, & denique velut quædam ſæva tempeſtas, ſicut docta experientia docet in locis illis in quibus contractus ipſi feneratitii uſitantur, omnes bonos mores exterminant; quapropter ſi ficulnea illa de qua Divus Evangeliſta loquitur Matth. cap. 21. quia non habebat niſi frondes, maledicta fuit à Domino, ipſa uſura & uſurarius in ipſa maledictus & maledicta erit, cum ipſa, ut oſtenſum eſt, non ſolum non pariat, nec fructus cognoſcat, nec flores, ſed etiam ipſa folia.*

17 Committitur autem iſtud † cambium ſiccum dupliciter, ut conſtat ex Divi Pii conſtitutione. Primò quando quis accepit pecuniam Pintiæ cum Cambio, ut eam ſolvat Barcinoniæ, & conficiuntur ad id litteræ quæ mitti debent ad eum locum ubi moneta ſolvenda eſt, quamvis verè & realiter debitor Barcinoniæ non ſit ſoluturus, ſed in hac Pintiana civitate dumtaxat, ubi cambium dedit, & conſcribuntur, & ſimulantur tales litteræ ad fingendum, & ſimulandum contractum illum qui inter dantem & accipientem ſit nomine cambii, & ſic appellatur.

18 Secundo modo, quando litteræ mittuntur in Nundinas quæ Metinæ del Campo agendæ ſunt, ubi debitor nec pecuniam nec factorem cum quo exercere mercaturam ſoleat, habet, nec habere expectat, ſed dumtaxat ipſius nomine Procurator à Campſore conſtitutus, accepit ibi pecunias cum cambio, & cum Recambio illas ſolvendas remittit Pintiæ, vel Barcinoniæ; unde ſub illa ſimulatione, perſolvuntur uſuræ & uſurarum uſuræ.

19 Quod Cambium improbum † & fenerativum probant ſuprà relati, præcipuè Cajetanus *de cambiis cap.* 1. *num.* 4. Soto *de Juſt. & jure, quæſt.* 8. *art.* 1. latiùs *quæſt.* 13. *art.* 1. Silveſter. *verb. uſura* 4. *num.* 6. *&* 9. *instructor. negotiant. cap.* 2. latiùs *cap.* 12. *lib.* 2. Armilla *verb. campſor, n.* 8. Bologuin. *ubi ſuprà* Navarr. & Baptiſta *in dict. cap. naviganti*; quod etiam apertiſſimè docuit Pius Quint. *in dict. conſtitutione* addens Cambia ſicca exercentes, dignos eſſe & plecti debere ſupplicio adverſus uſurarios conſtituto, inter quos poſſunt numerari: cujus etiam ſpeciei prohibitio eſt in Regno Caſtellæ, etiam tota ferè Hiſpania Cambia exercere de loco ad locum intra ipſius terminos Regni; cenſentur enim Cambia ſicca, & proinde à Carolo V. Imperatore Auguſtiſſimo, & Philippo noſtro Chriſtianiſſimo damnata. *l.* 8. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* qua de re ſumma cum diligentia diſputant DD. *ſuprà* relati & his addantur Matiencus *in dict. l.* 8. *lib.* 1. Albornoz *dict. l.* 3. *tit.* 4. *de los Cambios*, *§. del banco y banquero*, qui hos punctos multùm pertractant contendentes inter ſe, *illam §. niti in præſumptione*, & proinde in foro animæ conſcientiæ non obtinere, quando verè & realiter de loco ad locum labor vel periculum reperitur, etiam intra Regni limites; eademque ratione probant alii eam legem in uſu non eſſe.

Quibus omiſſis verior ſententia haberi debet
20 contra legem † expreſſam permitti non poſſe Cambia intra Regni limites; quia lex eſt juſta ad declinandas uſurarum fraudes *ex cap. naviganti de uſuris cap. conſuluit cap. in civitate de uſuris*, & ex Pii V. *conſtitutione.* Quapropter in conſcientia obligat, ut apertè probant DD. ſuprà relati & commun. ab Innocentio uſque ad Felinum Decium, & Andream & Beroïum, *in cap.* 1. *de conſtitutione.*

Quapropter ceſſare videntur diſputationes ſu-
*Oter. de Officialibus.*

perius relatæ in dict. Regno Caſtellæ, & Regno Luſitaniæ, ubi latior eſt pragmatica à Rege Sebaſtiano promulgatâ Eboræ 16. Januarii, anno
1570. ubi damnantur † ſicca Cambia, & quæ 21
fiunt intra Regnum, additis aliis vetitis conven-
tionibus: Sed ſolet dubitari, an Cambium † quod 22
ita factum fuerit, in dubio judicetur Cambium ſiccum, ex eo quod in loco in quem remittitur ſolutio unà cum litteris debitor, nec pecuniam, nec factorem habeat.

Et ſanè videtur in dubio † eſſe ſiccum quia ſine 23
ſubjectione non erit contractus *ex l.* 1. *ff. de contrahenda emptione*, *l.* 1. *ff. de rerum permutation.* & videtur multum fenerativum *ex dict. cap. naviganti*, & aliis ſuprà adductis, idque tenet Sylveſt. *verb. uſura* 4. *quæſt.* 9. una cum Schoto *lib.* 6. *q.* 12. *artic.* 1. *&* 2.

Contrarium tamen ut ſentio, verius eſt, nimi-
rum non judicari † ſiccum niſi propter alias circum- 24
ſtantias & argumenta, quod ſignificat Pii conſtitutio ibi: Talis intentio ſicut vendi poteſt, locari & pignorari res quæ nondum exiſtit, *l. nec emptio, ff. de contrahenda emptione*, *l. ſi jactum de actione emption. l. & quæ nondum, ff. de pignor.* ita & permutari, *l.* 1. *ff. de rer. permutat.* Navar. *in dict. cap. naviganti, n.* 14. *& cap.* 17. *n.* 18. 3. *instructor. negotiant. lib.* 2. *cap.* 1. Ex argumentis autem & conjecturis colligi poterit non ex illo dumtaxat effectum eſſe ſiccum, quia frequentiſſimum eſt, eum qui Romæ, pecuniam propter aliquam expeditionem Cambio accepit, ut eandem dependat Valentiæ, quamvis Romæ tempore ſolutionis nec pecuniam habeat, nec factorem, tamen contractus non præſumitur uſurarius qui adveniente ſolutionis tempore dat operam, ut Cambii litteras adimpleat: at ex aliis conjecturis id contractus genus poſſe uſurarium præſumi, nullus eſt qui non liberè fateatur. Ex quibus omnibus dicendum eſt, quod quotieſcumque Cambium celebratur fictè & ſimulatè, cum diſtantia loci, longinquitas convertitur in temporis diuturnitatem, & iſtud Cambium reputatur ſiccum, quod à Pio V. *in dict. conſtitutione* fuit omninò damnatum, & ab Hiſpaniæ & Luſitaniæ legibus plectendum eſſe cenſetur.

Aliud eſt Cambium reale, ſicco † oppoſitum, 25
quod reale ſubjectum & ſubſtantiam habet, & eſt duplex minutum, & per litteras; Cambium minutum dicitur manuale, cum permutamus nummos aureos cum nummis argenteis, æreis vel ex qualibet alia materia conflatis aut è contra pro
cujuſque utilitate: ſed iſtud Cambium, an † licitum 26
ſit necne, non nulli controvertunt, propterea quod nummi dati valor non conſideratur juxta materiam, ſed juxta formam publicam: at ejuſdem valoris eſt numerus æreus in ſua quantitate ac eſt aureus vel argenteus, ut probat *lex* 1. *ff. de contrahend. emption.* ubi Bart. & communis relata à Tiraquell. *de retract. §.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 14. Pinel. *de reſcindend. vendition. in princip. n.* 25. Covarr. & alii ſuperiùs adducti. Unde pro æquali valore majorem recipere, videtur improbum lucrum: contrarium tamen habetur multo verius, ut ſuperiùs dictum eſt initio hujus argumenti: Etenim ſicut Reipublicæ utile eſt ac propè neceſſarium, publicè deputari officialem, diverſarum gentium numiſmata pro permutationibus cognoſcentem, ita & numiſmata ejuſdem Regni commerciis, & politicæ Societati, admodum erit fructuoſum, ut habetur apud *Caſtellanos* & probant alia jura, ut *l.* 1. *&* 4. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* & ab omnibus recipitur, dum-

modo abſque fraude, & dolo hujuſmodi pecunia-
rum permutationes fiant; pecunia ſiquidem, &
27 nummus † dupliciter poteſt conſiderari. Primò,
ut eſt res vel materia, ut aurum, ad aurandum
maximè utile, *l. numiſmata* 28. *ff. de uſufruct.*
tunc propter hujuſmodi utilitatem poteſt carius
vendi vel permutari, dummodo non excedat de-
bitum rationis modum, ut quotidie obſervatur in
auro veteri, & publica forma excuſſo. Secun-
do modo accipitur pecunia vel nummus, ut ex
publica forma excuſus, cujus eſt duplex uſus prin-
cipalis: unum, & primarium, in rerum men-
ſura & pondere proprius & neceſſarius ex *l.* 1.
*de contrahend. emptione*, quo caſu à publico valo-
re recedere non eſt permittendum, alius uſus eſt
ſecundarius, & improprius, quo utimur ad cam-
biandos vel permutandos nummos aureos per ar-
genteos, vel è contra pro uniuſcujuſque volun-
tate: ut verbi gratia, ego habeo mille nummos
argenteos, & cum me in civitatem Hiſpalenſem
conferre decreverim, ne iter faciam tanto pon-
dere impeditus, permuto illos nummos argen-
teos cum tot aureis, quot ad æquandum valorem
nummorum argenteorum, ſunt neceſſarii. Atque
hic eſt ſecundarius Cambiorum uſus, etſi impro-
prius, tamen ſæpè uſitatus, quod fit ex inven-
tione humana non ex natura, ut multis validiſ-
ſimiſque rationibus probat Ariſtotel. 1. *Ethicor.*
*cap.* 6. de quo Cambii genere præſens diſputa-
tio eſt, & tunc pro hujuſmodi Cambio mercedem
recipere licitè poſſe Campſorem, ut verior ſen-
tentia eſt, ſic eam plures DD. ſequuntur, ſer-
vire debet officium quod admodum ſit Reipubli-
cæ utile, ut ſentit & defendit Angelic. D. Divus
Thomas *opuſc.* 73. *artic.* 13. *& de regimine Prin-*
*cipis, lib.* 2. *cap.* 14. Silveſter. *in ſumma verb. uſu-*
*ra quarta quæſt.* 7. Armil. *verb. Campſor, n.* 4.
Conrad. *quæſt.* 99. Domin. de Sot. *lib.* 6. *quæſt.* 9.
*art. unicum.* Hiſpanorum Bartol. de Covarr. *de n.*
20 Dobla de Cabeza † ò dobla de la vanda peſaron a Caſtellano cada una, y era de a veinte y tres quilates; lo qual ſe prueba por dos leyes juntas, la una *l.* 2. *tit.* 22. *lib.* 5. *Recopil.* en donde dando orden de peſar, ſe dize: Para Caſtellano y dobla de la vanda que es todo uno, y por la *l.* 6. *tit.* 16. que tengo referida, que dize valga el Caſtellano 485. maravedis que en aquel tiempo era como eſta dicho y averiguado, de aquel valor. Las doblas Cazenes o a Zaenes, eran de mas peſo que Caſtellano, aunque por ſer nos tan buena liga: valian menos.

21 Las otras doblas † que ſe labraron en tiempo del Señor Rey Don Juan el ſegundo, y las avia por el año de 20. de que habla Covarruv. *cap.* 6. *num.* 3. *in princip.* eran del miſmo peſo, y aunque de bajos quilates, y eſtas ſon las que taxò la *l.* 6. *tit.* 18. *lib.* a 365. maravedis, y eſte precio ſe pagan las que ſe dan por los hijos de algo; por que como fueron las que eran Salarios de los Alcaldes de hijos de algo en la audiencia que començaron en tiempo del Señor Rey Don Juan el Segundo, como ſe prueba por la *l.* 30. *tit. lib.* 2. *del ordinamient.* Corrian entonzes a aquel precio, y aſſi ſe pagaron deſpues en el año de ſeſenta y dos, ſe les ſeñalo Salario a los Alcaldes de los hijos de algo, y quedaron las doblas para la Camara, conforme a la *l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 2. que eſta en quadernillo, y conforme a aquella coſtumbre las pagan los hijos de algo a los que tienen privilegio della. Que eſtas ayan ſido de menos quilates ſe prueba por tres ll. juntas, la primera, *la dicha l.* 4. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* en donde taſſando ſe lo que ſe ha de pagar por cada grano que faltare en la moneda, el primero de Caſtellano de excelente taſa quatro maravedis. De manera que la tercia parte mejor por grano de oro de los Excelentes y Caſtellanos, que la dobla de aquel tiempo de los Reyes Don Fernando, y Dona Yſabel, y lo miſmo ſe ordenò en la *l.* 15. *tit.* 22. y ſiendo el tercio mejor uno que otro, y valiendo la dobla 365. maravedis, queda llano que aquella dobla era de a diez y ſeis quilates y medio, y un ozabo, que viene a conformar como eſtava peſada y corria.

De lo qual infiere que las † doblas antiguas 22
eran de a 23. quilates, y peſavan lo miſmo, que un Caſtellano; duraron eſtas haſta el anno de quatro cientos y ſeſſenta, aunque deſpues ſe conſervaron algunas, y deſpues ſe labraron las de diez y ſeis quilates y medio, y poco mas que por ſer tan ruin moneda durò poco.

De manera que la obligacion declara que eſpecie de † dobla es, ò que por la antiguedad ſe en- 23
tienda que es de las doblas antiguas, ſe entendera ſer de un poco de Caſtellano y de oro de 23. quilates y reducidas al precio que el oro tiene aora ſerian 568. maravedis y medio, y cinco veinte y dos avos.

Pero ſi fueſſe encontra eſto que fueſſe deſde el año de 420. haſta el de 540. que ſe uſaron las doblas † menores, ſe entendria de las de a 24
365. maravedis de a diez y ſeis quilates y medio, que reducidas al valor que oy tiene el oro, valdrian, ſi oy corrieſſen 415. maravedis cada una.

Sed cum de his rebus ita feliciter & ſtudioſè egerit Doctiſſimus Alfonſus Carranza & maximè de utilitate magna quæ ex augmento valoris monetæ aureæ, & argenteæ his Regnis poteſt oriri, plura hìc omitto quæ noſtri Capitis Themati admodum arridebant. Denique eſt adverten-
dum quod dicto hujus † Ponderatoris publici eſt 25
ſtandum in rebus tangentibus officium ſuum *ex l. fin. Cod. de ponderatoribus & auri illatione lib.* 10. ubi expreſsè notat Bartol. circa quod plura cumulavi, *in tractat. de paſcuis cap.* 19. *numero* 12. *&* 13.

---

## CAPUT XVII.

### De officio Hoſpitatoris publici quem vulgo in Hiſpania vocamus *Meſonero.*

*SUMMARIUM.*

1 *Hoſpitandi munus nobile, ſanctum & laudabile eſt, dum Charitatis affectu & intuitu exercetur.*
2 *Hoſpitalitatis definitio, ex* Clemente Alexandrino.
3 *Hoſpitalitatis juri & virtuti multum deferebant Romani.*
4 *Hiſpanorum eximia in Hoſpitibus admittendis & excipiendis humanitas.*
5 *Hoſpitalitatis officium ad fidem introducendam*

*&*

*& propagandam maximè neceſſarium.*

6 *Xenodochiorum ſeu Hoſpitalium ad peregrinos excipiendos quis primus inventor ſeu inſtitutor fuerit.*

7 *Hoſpitii jus publici ſive privati, amicitiæ ineundæ & conſervandæ etiam apud gentiles exercebatur.*

8 *Hoſpitalitas laudabilis & digna nobili viro.*

9 *Militia ſancti Joannis ex prætextu Hoſpitalitatis & defenſionis peregrinorum ortum habuit.*

10 *Equites ſancti Joannis Hieroſolymæ Hoſpitalarii vocabantur.*

11 *Templariorum inſtituta fuit militia ad peregrinos excipiendos.*

12 *Templariorum nomenclatura unde orta.*

13 *Hoſpitia plura reditibus dotata in Hiſpania & Regnis Caſtellæ, ad peregrinos excipiendos qui ſepulchrum Divi Jacobi Apoſtoli adeunt, ſunt conſtituta, quorum præcipua ibi recenſentur.*

14 *Hoſpitia quæ in urbe Carrionenſi & circa eam conſtructa ſunt pro peregrinis Hoſpitandis, enarrat & deſcribit Autor.*

15 *Hoſpitia privata vulgò* Meſſones, ò Poſadas *in quolibet civitate ſeu oppido Hiſpaniæ conſtruuntur, quæ conductitia ſunt pro viatorum commodo.*

16 *Hoſpitia conductitia qui tenent, vile & abjectum officium exercere cenſentur.*

17 *Hoſpitia conductitia quomodo ſint neceſſaria.*

18 *Hoſpitandi pro lucro qui munus ſemel jam ſuſceperint, ad illud exercendum compelli poſſunt.*

19 *Hoſpitii ſignum qui pro foribus domus appendunt, contrahere videntur cum viatoribus obligationem hoſpitandi.*

20 *Quod limitatur niſi plures jam Hoſpites admittere non poſſint; & hoſpitandi ſint improbi homines & malæ famæ aut ſuſpicionis*, & numer. 21.

22 *Hoſpitio conductitio excipiendum eſt Nobilis cum familia, excluſo alio Hoſpite minùs digno, priùs etiam recepto, qui tamen non eſt omninò ejiciendus.*

23 *Hoſpitandi pro lucro, munus ſuſcipere, an quis poſſit compelli, qui antea tali miniſterio non ſe immiſcuit*, & n. 24.

25 *Hoſpitatores qui voluntariè muneri hoſpitandi pro lucro ſe exponunt, tam vir quàm mulier, ſi ſpecialiter notati ſint de vita turpi, & prava, judicis officio poterunt à tali miniſterio removeri.*

26 *Hoſpitibus gratum & propitium pro pretio ſuo miniſterium, ab Hoſpitatoribus præberi debet.*

27 *Expenditur in propoſito textus*, in leg. Regia 6. & 7. tit. 11. lib. 7. novæ Recopil. *qui* ibi *affertur.*

28 *Hoſpitatoribus ſeu Cauponibus facultas vendendi hordeum, ultra pragmaticæ taxam, per legem conceſſa quomodo intelligenda.*

29 *Hoſpitatores ſeu Caupones ne pro arbitrio extorqueant à viatoribus quantum voluerint, taxari debet merces & pretium omnium rerum quæ venduntur in Hoſpitio, tam pro cibariis, quàm pro miniſterio.*

30 *Hoſpitatores ſeu Caupones aliquid ultra taxam à viatoribus pro cibariis & aliis rebus recipientes, non ſolum puniendi ſunt pœnis in taxatione indicta impoſitis, verum etiam in foro conſcientiæ tenentur ad reſtitutionem.*

31 *Hoſpitatores ſeu Caupones tenentur perſonas Hoſpitum receptorum cuſtodire, & à periculis quæ ſibi in Hoſpitio accidere poſſunt, tutos reddere.*

32 *Hoſpitatores de furto rerum in ſuo Hoſpitio incluſarum tenentur, atque etiam de facto famulorum in ſuo Hoſpitio ſervientium & de omnibus fraudibus quæ ibi committi poſſunt in damnum Hoſpitum*, & n. 33. & 34.

35 *Hoſpitatores pro rebus in domum ſuam inductis per viatorem tenentur de dolo, latâ levi & leviſſimâ culpâ, niſi probaverint fortuitum caſum.*

36 *Quod procedit etiam in alio hoſpitante non Caupone, & in domo ſua ad modum Cauponæ accipiente.*

37 *Hoſpitator ad hoc ut teneatur pro furto in rebus hoſpitis in domo ſua incluſis, utrum ſit neceſſarium quod ei traditæ fuerint mulieri ſuæ aut famulo, vel ſe liberet ſi hoſpiti conceſſit clavem cubiculi vel cameræ & arcæ ubi reconderet res ſuas*, remiſſivè.

38 *Hoſpitator dum Valeſiam vulgò* la maleta, *clauſam & ſigillatam non reddit, vel apertam reſtituit, an detur contra eum in iſto caſu juramentum in litem*, remiſſivè.

39 *Expenditur in propoſito text.* in leg. 26. tit. 8. part. 5. *quæ* ibi *affertur.*

40 *Hoſpitia in locis deſertis, nempe in itineribus & viis publicis conſtructa, quæ vulgo* ventas *appellantur, non poſſunt ſine permiſſu publico & facultate Regia fundari.*

41 *Hoſpitatores ſeu Caupones licèt officium autoritate & utilitate publicum non exerceant, publicè tamen debent conſtitui & nominari à prætore vel judice cujuſlibet civitatis & villæ.*

Hoſpitandi † munus ſi liberaliter ex Charitatis affectu & pietatis intuitu exercetur, utique & nobile & ſanctum & laudabile eſt, & inter Charitatis & miſericordiæ opera juſtiſſimè commendatur, de quo plura adducit Divus Ambroſius *lib.* 1. *de Abraham cap.* 5. *&* 6. & facit illud Pauli ad Hebreos, *cap.* 13. *tranſcriptum in cap. offerebat* 32. *quæ.* 7. ibi: Hoſpitalitatem nolite oblíviſci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis Hoſpitio receptis, & Petri *num.* 1. *cap.* 4. *ante omnia autem mutuam in vobiſmet ipſis Charitatem habentes continuam, quia Charitas operit multitudinem peccatorum, Hoſpitales invicem ſine murmuratione*, & Auguſt. contra hæreſes, *ſecutus Loth Angelus tanquam peregrinus conſuetudine Hoſpitalitatis liberatus à periculo civitatis & temporale evaſit incommodum & æternum conſequutus eſt præmium*, & ex verbis Apoſtoli, *ille homo dicitur eſſe humanus, qui ſe exhibet eſſe hominem & maximè Hoſpitio ſuſcipit hominem*, & ut refert Ælianus *lib.* 4. *de varia hiſtor. cap.* 1. *l. Leveanorum* ita cavebatur; *ſi ſub occaſum ſolis venerit peregrinus, volueritque ſub tectum alicujus divertere, & hic hominem non ſuſceperit, mulctetur & pœnas luat inhoſpitalitatis*, & Divus Joann. *in epiſtol.* 3. *relata in cap. ſi qui diſpiciet* 42. *diſtinction.* quemdam hominem Diotrephem deteſtatur, quod non ſuſciperet fratres peregrinos, & eos qui ſuſciperet perhiberet, quæ repetit Cicero *in topic.* ubi ait: *Littora omnia publica eſſe vultis.* 1

Et lib. 3. Officiorum; *eſt enim hominum natura quam ſequi debemus maximè inimica crudelitas, malè etiam qui peregrinos urbibus itinere prohibent eoſque exterminant ut pœnas apud Patres noſtros*

Papius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Papius nuper eſſe pro cive qui civis non ſit; rectum eſt non licere quam tollerent legem ſapientiſſimi conſules Craſſus & Scævola, uſu vero urbis prohibere peregrinos ſanè inhumanum eſt*, & Ovid. 7. *Metamorphoſeon.*

*Littusque rogamus*
*Innocuum & cunctis undamque, auramque patentem.*

Et Virgil. 1. Æneid.

*Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem*
*Permittit patria? Hoſpitio prohibemur arenæ.*

Paulus item Oroſ. *lib.* 5. *cap.* 2. ſic ait: *Nunc me ita Africa excepit pace ſimplici ſinu proprio, jure communi, de qua aliquando dictum & verè dictum, Hoſpitio prohibemur arenæ &c.*

Cui arridet Caſſiodorus *lib.* 11. *Epiſt.* 17. ubi ait quod ſapientes mortale genus unum hominum eſſe teſtati ſunt, quoniam omnes à cunctis caſibus ſuis indiviſos eſſe voluerunt, & idem ſolitâ eloquentia expreſſit Plinius *in panegyric. ad Trajanum.* eum eximiè laudans quod ita commercia miſcuerit, ut quod genitum eſſet unquam, id apud omnes natum videretur.

Et in ſacra pagin. hoc humanitatis, Hoſpitalitatis & promiſcui commercii jus ſæpiſſimè commendatur. Deuteronom. 10. & 19. Iſaiæ 58. Eccleſiaſtic. 17. 1. Paul. *ad Timoth.* 3. *ad Roman.* 12. Matth. 26. Lucæ 14. & Divus Ambroſius *in lib. de patriarc.* loquens de Hoſpitalitate Hebræa ita ait: *Præferebat ſanctus Loth domus ſuæ verecundæ Hoſpitalem gratiam etiam apud barbaras gentes inviolabilem*, & Clemens Alex. *lib.* 2. *ſtrom. cap.* 4. Charitati Hoſpitalitatem adhærere tradit, eam-
2 que definit artificium † amicitiæ circa uſum Hoſpitii, cui addit Gentian. Hervet. Quanta autem eſſet virtus Hoſpitalitatis, ex hoc eſt perſpicuum, quod inter cæteras virtutes quas Epiſcopo tribuit Divus Paulus 1. *ad Timoth.* 3. eum quoque velit eſſe Hoſpitalem, & *lib.* 4. *cap.* 7. *p.* 538. ubi ait Saram Angelis panes ſubcinericios paraſſe; & Debuli ſapientis & Lindeorum Monarchæ filiam non potuiſſe lavare pedes paternorum Hoſpitum.

Romani etiam tantùm huic † juri & virtuti
3 deferebant, ut in ejus ſignificationem, & commendationem Jovem xeneum ſive Hoſpitalem maxima veneratione colerent, & nationes quaſdam Hoſpitalitati deditas celebrarent, contra verò alias Hoſpitibus inviſas crudelitatis & infamiæ notâ proſequerentur, ut latiſſimè conſtare poterit his quæ eleganter de commerciorum, & Hoſpitalitatis jure & utilitate geſſerunt Budeus in *notis poſterioribus ad Pandectas ad dict. l.* 5. *de captivis, pag. mihi* 194. Alex. ab Alex. & ejus Add. Tiraquel. *lib.* 4. *dierum genial. cap.* 10. gloſſ. Rodigin. *lib.* 19. *lect. antiq. dictam epiſtol. ad Hebræos* 3. *num.* 3. *ad* 16. Thomas Ruccius *de ſign. Eccleſ. Dei, lib.* 13. *cap.* 14. *circa finem*, Petrus Cenedo qui plures refert *in collect.* 118. *ad Decretales num.* 1. Rutilus Benc. *de ann. Jubil. lib.* 6. *cap.* 6. *ex pag.* 622. Joann. Buſæus *in virid. Chriſt. virtut. verb. Hoſpitalitas, cap.* 17. *pag.* 161. & plura exempla adducunt Marillus *de memorat. lib.* 1. *cap.* 7. Antonius Sabellicus *cap.* 7. *lib.* 7. & Theatrum vitæ hominum, *vol.* 14. *lib.* 1. *ex pag.* 2897.

Quo in numero recenſere potuiſſem Hiſpanos
4 † noſtros quorum eximiam in Hoſpitibus admittendis & excipiendis humanitatem jam olim teſtatam reliquit Diodor. Sicul. *lib.* 6. *Biblioth. cap.* 3. Macrobio *lib.* 3. *Saturn. cap.* 18. & alii relati à Bernardo Alderete *lib.* 1. *de antiquit. hiſpan. cap.* 7. & Fray Joan. à Ponte, *de convent. utriuſque Monarchiæ, lib.* 3. *cap.* 21. §. 3. *pag.* 139. & *cap.* 24. §. 2. *pag.* 156.

Eſtque ita Commerciorum & Hoſpitalitatis † 5
viciſſitudo tum ad alia, tum maximè ad fidem introducendam, & propagandam ſummopere neceſſaria, nam Hoſpites ſimul olim & Doctores erant, ut teſtatur Lucian. *in Dea Syra*, dicens in ſacra civitate fuiſſe publicos Hoſpites, qui ab Aſſyriis appellabantur Doctores, quoniam ipſi omnia exponebant, & meliùs Joſeph. *de antiquit Jud. lib.* 1. *cap.* 16. & Euſebius *lib.* 9. *de præparat. Evangelic. cap. ultim.* Ubi tradunt Abraham dum fuit Hoſpes in Ægypto, viros, Saram verò ejus uxorem, fœminas in veri Dei cultum inſtituiſſe, qua ratione plura ſunt constructa in diverſis civibus vel civitatibus Hoſpitia, & loca pia quæ re-
gulariter † Xenodochia & Hoſpitalia nuncupan- 6
tur, & primus recipiendi & hoſpitandi hujuſmodi peregrinos vel advenas inventor & loci inſtructor traditur quidam Zoricus *in l. omnia* 33. *Cod. de Epiſcopis & Clericis.*

Quinimò inter Gentiles jus † Hoſpitii, ſive pu- 7
blici ſive privati, gratis exercebatur amicitiæ ineundæ & conſervandæ cauſa. Nam & Hoſpitium publicum gratuitò à civitate vel Republica præbebatur interdum extraneis & aliarum civitatum, vel oppidorum incolis de Republica benemeritis, eratque pro ſanctioris amicitiæ pignore jus Hoſpitii & teſſera Hoſpitalis, ut *ex lib.* 5. & 6. *de Macedonico*, & Cicerone *actione ultima in Verrem*, & Pomponio *in l. Poſtliminii, ff. de captiv.* & *poſtlimin. reverſ.* Pungit Bud. *in ejus annotationibus.* Unde Herodotus in ſex Mileſiorum & Sibbaritarum civitatibus maximè Hoſpitio fuiſſe convictus, & inter privatos & familias jure Hoſpitii mutui, atque in ſignum amicitiæ antiquæ, ejus rei conſervant teſſeras, ſigna videlicet, quibus etiam poſt multum temporis ſe internoſcebant, & beneficiis poſtea filios afficiebant, ut tradit Gellius *lib.* 5. *cap.* 13. Petrus Gregor. 2. *part. ſintagmat. lib.* 15. *cap.* 18. *n.* 15.

Unde hoſpitalitas † laudabilis eſt & digna nobili 8
viro, ut *in cap. volumus* 19. *diſtinctione* & *in cap. quoniam quod, quod l.* 16. *q.* 1. & *in l.* 3. *cap. demum poſtremo, lib.* 10. & *in l. ſi vero* §. *idem erit, ff. de his qui debuerunt*, & facit textus *in cap.* 142. diſtinctione & illud Matthæi 25. *Hoſpes eram & non recepiſtis me*, & notum eſt quanto honore proſequebantur antiqui hoſpitales, & per Alexand. ab Alexand. *dierum genial. lib.* 4. *cap.* 10. Quirinus & Jupiter apud Gentiles, etiam præcipuè nomine venerabatur quod eſſet hoſpitalis & xeneus, de quo Virgil. *in* 1. *Jupiter hoſpitibus nam de jure dare loquuntur*, & Ovidius 10. *Metamorphoſeon:*

*Ante fores horum optabat Jovis hoſpitis ara.*

Tiberius Decianus *reſp.* 66. *n.* 36. *uſque ad n.* 38. ubi quod hoſpitalitas eſt ſpecies liberalitatis, & Charitatis quæ quidem eſt nobilitatis propria, ubi allegat textum *in cap.* 1. *de donat.* nam, ut ait Seneca *lib.* 5. *de officiis*, rectè inquit: *Etiam Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas, eſt enim, ut mihi videtur valdè decorum patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus, idque etiam Reipublic. eſt ornamento homines externos in urbe noſtra hoc liberalitatis genere non egere*, de quo plura Caſſaneus, *conſideratione* 46. *part.* 11.

Et ex prætextu iſtius Hoſpitii & defenſionis pe-
regrinorum habuit ortum † militia ſancti Joan- 9
nis anno 114. ut videre licèt per Jacobum Voſſium,

*in*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*in Hiſtoria Generali hujus ordinis*, 1. *p. lib.* 1. Aube-
ricum *de origin. ordin. milit. lib.* 1. *cap.* 1. Azor.
*inſtit. moral. lib.* 13. *tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 2. Gene-
brardum & Oroph. quos refert Carrillo *in ſuis*
*annalibus anno* 1104. *fol.* 263. & alios refert Ville-
gas *in vitis Patriarcharum ſuper vitam Aaron.*
*cap.* 3. & plura privilegia his Hoſpitibus ſunt con-
donata, *ad l. omnia, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Ini-
10 tio enim Equites hi, Hoſpitalarii † vocabantur in
Jeruſalem, quorum inſtitutum fuit peregrinos Oc-
cidentis ſeu aliarum terræ partium qui illuc de-
votionis causâ commeabant, Hoſpitare, eoſque
injuriis & barbarorum Tyrannide liberare, & ſe-
curos reddere, qui Hoſpitalarii crucis albæ effi-
gie pectore inſitæ condecorabantur; poſtea à Je-
ruſalem in Rhodiam inſulam tempore Clemen-
tis V. tranſlati fuerunt, ex qua deinde à magno
& inſuperabili Solymanno Turcarum Imperatore
pulſi anno 1522. in inſulam Melitam ubi Divus
Paulus viperæ morſu fuit laceſſitus, ſe colloca-
runt: ubi cum magna Religionis Hipaniæ gloria,
& inimicorum ejus ſtrage, ſedem ſuam, domum
& conventum firmiſſimum habent, & animosè
tuentur.

11 Et idem etiam fuit Templariorum † Inſtitutum,
quorum militia ſeu Religio per Hugonem & Go-
thoſredum nobiliſſimos Equites conſtituta anno
1118. in Pontificatu Gelaſii ſecundi, & hanc no-
12 menclaturam † ſortita, quia domus eorum ad
iſtud Hoſpitium peregrinis præſtandum juxta tem-
plum Salomonis fuit inſtructa: In hoc miniſte-
rio permanſit uſque ad annum Domini 1309. in
quo penitus fuit deſtructa ſub Clemente V. ut
videri latiſſimè poterit per Petrum Gregor. *ſin-*
*tagm. Jur.* 2. *part.* 2. *num. lib.* 15. *cap.* 33. *per to-*
*tum*, Petrum Megiam *in Albert.* 1. *pag.* 340. Illeſ-
cam *lib.* 6. *hiſtor. Pontificalis cap.* 1. Curitam *lib.* 5.
*annal. Aragon. cap.* 10. & alios refert Villegas *ubi*
*ſuprà cap. ſpeciali de militia Templariorum*; &
ego dixi *in tractatu meo de paſcuis & jure paſcendi*,
*cap.* 23. *n.* 12. & aliæ duæ militiæ, miniſterium
nempè Equitum ſancti Lazari in Jeruſalem &
Theutonicorum, ut tradit Frater Paulus Morogia,
*in ſua Religionum hiſtoria*, *cap.* 86. & *cap.* 65.

Sed pro hoſpitandis peregrinis, qui viſitaturi do-
mum Apoſtolicam & ſanctum ſepulchrum Divi
Jacobi Zebedæi in civitatem Compoſtellanam ex
diverſis mundi Provinciis, præſertim ex regno
Franciæ properant, plura in noſtra Hiſpania &
13 Regnis Caſtellæ ſunt conſtituta † hoſpitia pia,
pluribus bonis & reditibus dotata tam publica &
Regia quàm privata; inter quæ memoratu digna,
utique ſunt & maximè ſplendent Xenodochium
quod in illo vertice ſuprà Navarræ Regnum Pi-
reneos montes aſpiciens, qui communiter vocan-
tur *Ronzes valles*, conſtructum fuit à Sancto
Rege Navarræ, qui in eo fuit ſepultus, & ibi
adſunt & commorantur Canonici regulares ſub
regula ſancti Auguſtini cum ſuo Abbate mitrato,
habitu Clericali induti, portantes tamen in pe-
ctore viridem crucem in forma baculi paſtora-
lis, ubi etiam fuit Canonicus noſter venerandus
Azpilcueta Navarrus, & ipſe teſtatur *de oratio-*
*ne*, *cap.* 19. *num.* 126. *tom.* 2. & *Commenſ.* 3. *de*
*regularibus n.* 7. *tom.* 1. Marian. 1. *part. hiſtor. Hiſ-*
*pan. lib.* 12. *cap.* 16. *columna ultim.* quod quidem
Xenodochium ſeu Regium hoſpitium pluribus do-
tatum eſt poſſeſſionibus, & reditibus magnis, qui
in hoſpitandis, alendis & curandis peregrinis &
tranſeuntibus erogantur. Et Xenodochium ſeu
Hoſpitale civitatis ſancti Dominici Calciatenſis
conſtructum ab eo, unà cum ſtrato publico,
ex petris & ſaxis fortiſſimè inter paludes & rubos formato, quod per longum itineris ſpatium tanquam pons mirabiliter procedit; ex qua ipſa civitas nomen fuit ſortita & Eccleſia Epiſcopalis erecta; ubi peregrini omnes paſſim recipiuntur, & in ſignum miniſterii Deo grati, plura per interceſſionem Divi Dominici cujus corpus ibi ſepultum devotè veneratur, facta ſunt prodigia & miracula.

Sed ne in rebus ita notis immorari videar, tan-
tum amore patriæ mihi fas ſit, Xenodochia, † 14
quæ in Villa Carrionenſi ubi ortus fui, hoſpitiis
deſtinata ſunt, referre: In hac igitur Villa quæ
antiquiſſima & nobiliſſima eſt, cujus Comites pri-
mi & Domini ex Regia proſapia originem ſuam
duxerunt: & ideo communiter Infantes vocaban-
tur, & quorum nomen fabulosè & falſo ſiniſtra
verberum filiarum Roderici de Vivar, relatione,
inter antiquitatum, & veritatis ignaros maculatum
eſt, (ut ego in libello peculiari demonſtravi) quin-
que ſunt Xenodochia ſeu peregrinorum Hoſpi-
tia; unum intra Villam in platea de ſancta Maria
itineris ſic nominati, vel quia eò pergebant vel
iter faciebant Virgines Regni Leonenſis, & à
Mauris in tributum Mauricam ferebantur, quando
miraculosè exierunt Tauri ferociſſimi, qui propè
Ripam fluminis Carrionenſis compaſcui vagaban-
tur, & occiſis Mauris & Saracenis, immunes
ipſæ & incolumes manſerunt, ut tradit Alonſo
de Morales, *lib.* 17. *Coronæ Hiſpaniæ cap.* 27. in
cujus prodigii memoriam in fronte oſtii Eccleſiæ
illius ſunt Tauri depicti, vel quia iter peregrino-
rum ad ſepulchrum Divi Jacobi commeatus quan-
do vulgo dicitur *el Camino franzes*, per illum lo-
cum dirigatur; nam ita fuit conſtitutum, & aſſi-
gnatum à ſancto Rege, ut teſtatur ipſe Ambro-
ſius de Morales *lib.* 17. *cap.* 44.

Alterum verò in ſubſidium ipſius Villæ ultra pontem quæ vocatur Dominæ noſtræ de la O. Tertium via recta & in ſtrato publico ad tres jactus lapidis intra unam leucæ millam, quod vocatur Dominæ noſtræ de la Herrada, de cujus fundatione meminit Hiſtoria, *de los Girones*, ubi frequenter adeſt quidam Præpoſitus, qui nominari ſolet *Commendator*; nam adminiſtratio illis, nomen commendæ ſortitur, quam piiſſimè exercuit Licentiatus Antonius Fernandez Otero laudabilis memoriæ frater, patruelis meus, Ecleſiæ Divi Jacobi prædictæ Villæ parochus ſolertiſſimus, & Epiſcopi Vicarius, in qua & ab omnibus dilectiſſimus & venerabilis admodum fuit.

Quartum, intra duas millas, quod dicitur de *ſan Forcato*, adeſt quidam Prior, qui ab Abbate & Canonicis regularibus ſancti Auguſtini antiquiſſimi & religioſiſſimi Monaſterii, quod nominatur *de nueſtra Señora de bene vivere*, ibi præponitur.

Quintum intra duas à Villa leucas quod dicitur
*la Encomienda de las tiendas.* Sed ut ad propoſi-
tum à quo paululùm digreſſi ſumus, redeamus,
ſunt & alia Hoſpitia † quæ licèt ex authoritate 15
publica fiant in unaquaque civitate vel villa, ſeu
oppido; nam ad curam Regis ſpectat quod conti-
nuentur, ut *in l.* 1. *tit.* 11. *part.* 2. ibi: *E deben otroſi*
*mandar hazer hoſpitales en las Villas de ſe cojoan*
*los homes, que no ayan ayacer en las calles por men-*
*gua de poſſadas*, & ſuorum prætorum & judicum;
ut *in cap.* 28. *per tot.* tamen ſunt privatæ domus
ex lectis, ſtabulis, hordeo & palea & ſervitori-
bus, ac miniſtris inſtructæ, quas aliqui pro ſuo
quæſtu, & lucro, viatoribus omnibus ibi ſe con-
ducere volentibus, expoſitas habentes communiter
dicimus *Meſones o poſadas.*

Quorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

16 Quorum † officium & miniſterium cum non
ex charitate ſeu liberalitate, nec gratis, ſed ex
lucri cupiditate procedat, ut *in l. nauta, ff. de
naut. & Caupone & ſtabul.* ibi: *Nauta, Caupo
& ſtabularius mercedem accipiunt*, vile ſemper
fuit habitum, ut affirmat Tiraquel. *de nobilitat.
cap.* 34. *n.* 3. Caſſaneus *in catalog. gloriæ mundi,
conſideration.* 46. *verſic. ſed an hodie ſit honorarium*,
ubi ait *in principio*, hos frequentiſſimè eſſe de
genere prædonum, cum nec nunc ab hujuſmo-
di fraudibus abſtineant; & allegat textum *in l.* 1.
*ff. nautæ; Caup. & ſtabul.* Alexand. *in l.* 1. *in princ.
cap. de edend.* & Franciſcum Nichocium ſeu Ni-
chocinum *in repetitione capituli, quoniam de pro-
bat. n.*26. *cum ſeqq.* Gregorio Lopez *in lib.* 26. *tit.*
8. *part.* 5. *gloſſ. in verb. deſteales*, Azevedo *in l.* 7.
*tit.* 11. *lib.* 7. *Recopil.* Guttierrez *verſ.* 31. *nu.* 1
*cum ſeqq.*

17 Sed tamen ſupra modum † neceſſarium & ni-
mis laudabile & utile, aliàs enim ceſſarent eve-
ctiones rerum de loco ad locum, commercia,
negotiatores & viatores perirent, ut expreſsè ani-
madverſum invenitur, *in dict. l.* 1. *tit.* 11. *part.*
2. *& dict. cap.* 28. *per totum*, ibi: *Para què los
Caminantes, y extrangeros ſean acogidos y apoſen-
tados*, nam intereſt Reipublicæ, ut foreſes inve-
niant manſiones, cum hujuſmodi receptacula pars
ſint alimentorum, ut per Abbatem, *in cap.* 1. *de
emptione, & venditione.*

18 Et iſti Hoſpitales † ſeu Hoſpitatores poſtquam
jam ſemel officium hoc ſuſceperint, cogi & com-
pelli poſſunt ad illud exercendum & omnes Hoſ-
pites recipere, ut notat Bartol. *in l.* 1. *ff. furti
adverſus nautas*, ibi: *nec repellere poteſt iter
agentes*; ubi gloſſ. Albericus *in rubric. ff. eodem.*
Gregor. Lopez *in l.* 26. *tit.* 8. *p.* 5. Avendaño *in
cap. per totum*, 2. *part. cap.* 8. *n.* 2. Aviles *eodem
tract. cap.* 28. *in gloſſ. verb. acogidos*; ſtatim enim
19 quod ſignum † Hoſpitantium ante portam domus
affigunt, videntur quaſi contrahere cum advenis,
peregrinis & viatoribus Hoſpitii obligationem; ut
notat Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi*, 11. *part.
conceſ.* 46. *verſic. Et facit*, Rebuffus *in l. popu-
lus §. advena verſic. Tertio hoſpes, ff. de verb.
ſignificat.*

20 Quod tamen limita, niſi Hoſpitium † jam plu-
res Hoſpites admittere non poſſit, ut commu-
niter accidere ſolet, quia non eſt locus in diver-
ſorio, ut legitur, *in Evangelio*, ita cùm Bart.
*in l.* 1. *ff. furti*, adverſus notas affirmant ſupra
citati & ultra eos Federicus de Senis *conſ.* 113.
vel ſi Hoſpes qui venit, inimicus ſit Hoſpitatoris,
vel ex alia ſimili cauſa, ex Gregorio Lopez *ubi
ſuprà gloſſ.* 4.

21 Rurſus limita ſi hoſpitandi ſunt homines † im-
probi, malæ famæ aut ſuſpectionis de aliquo cri-
mine, ut notat Avendaños, *dict. cap.* 8. *per tot.
n.* 1. *verſic. Secundo, debet tales Hoſpites Judici
denuntiare*, ut *in l.* 8. *de recept.* Quinimò ſi ali-
quis receptus eſt in Hoſpitio & poſt veniat ali-
22 quis † Nobilis & perſona dignior, poterit Hoſ-
pite excluſo, recipi cum ſua familia, ex Angel.
*in dict. l.* 1. *ff. nautæ, Caupones*, quod tamen in-
tellige, non ut omninò ejiciatur ab Hoſpitio, ſed à
cubiculo domus ubi erat Hoſpitanus; non debet
enim ab Hoſpitio repelli, ſi ipſe ibi aliud Hoſpi-
tium non inveniret, ut *in l. jubemus, Cod. de ſa-
croſ. Eccleſ.* notat Rebuffus 2. *tom. conſtit. Franciæ
tit. de Hoſpitib. n.* 5. *&* 6.

23 Sed hæſitare non immeritò poterit cùm ſupra
dicta in eo qui Hoſpitator ultro factus eſt & ſignum
hujus officii oſtio affixit certa ſint, an quis ab
initio compelli poſſit hujuſmodi miniſterium exer-
cere.

Et puto utique poſſe ex Judicis officio ad id 24
cogi, pro qua reſolutione illud vehementer ur-
get, quia licèt regulariter privari non teneantur
forenſibus Hoſpitia præſtare, exceptis caſibus de
quibus, *in tot. titulo, Cod. de metatis & epidemi-
cis, lib.* 12. *& l.* 3. 3. *munus Hoſpitis, ff. de mu-
nerib. & honorib. & in l.* 1. *ff. nautæ, caupones*,
prædictum tamen miniſterium ſummè neceſſarium
& utile Reipublicæ eſſe, ut ſuprà diximus; un-
de ſuccedit quod tradit Lucas de Peña *in l. me-
chanicos, Cod. de excuſation. artific. lib.* 10. quod
approbat Gregor. Lopez *in l.* 5. *verſic. Meneſtra-
les, tit.* 20. *part.* 2. quod Reſpublica non ſolum
poteſt quem compellere, ut exerceat officium ne-
ceſſarium Reipublicæ, ſed etiam quod ſi ejus ſit
ignarus, addiſcat; & in hac ſententia Regnicolas
noſtros ſupra relatos adducit Bobadilla *dict. l.* 1.
*cap.* 15. *num.* 47. *litt. M.* & facit *dict. l.* 1. *tit.* 11.
*part.* 2. *& capita per totum animadverſa*, & alios
*lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 92. *in fin.* de hoc quotidie contin-
git in oppidis parvis, & ex quo ſtatu an plebeio-
rum, an verò nobilium debeat iſte Hoſpitator in-
vitus creari, ſuo loco dicemus.

Hoſpitatores tamen qui voluntariè huic officio † 25
ſe exponunt, tam vir quàm mulier, ſi ſpecialiter
notati ſunt de vita turpi & prava, officio Judicis
poterunt ab officio removeri & excludi, ut notat
Angelus *in l.* 1. *ff. nautæ Caup. & ſtabul.* & facit *l.*
7. *tit.* 11. *lib.* 7. *Recopil.* ibi: *Teniendo eſpecial cui-
dado de mirar y proveer que los que tuvieſſen meſo-
nes ſean perſonas que los convie.* Generalis tamen
diffamatio, ſeu ſuſpicio cum regulariter iſti, ut
ſuprà diximus ſint viles & rapaces, non ſufficiet,
ut pungit Avendaño, *ubi ſuprà n.* 1.

Et in his Hoſpitiis † gratum & propitium via- 26
toribus ſuo pretio debet exhiberi miniſterium, ut
benignè ſint tractandi; nam etiam apud Barbaras
Gentes, Hoſpitalitas inviolabilis fuit, adeo quod
Hoſpitator Hoſpitem defendere teneretur, ut *in cap.
offerebat.* 32. *quæſt.* 7. ubi gloſſ. 29. *per tot.* ibi: *Co-
mo de las otras coſas que ſon meneſter.* Quapropter
alimentis neceſſariis debent eſſe proviſa, ut *in dict.
cap.* 29. Et ideo Hoſpitatoribus iſtis permittitur,
ut poſſint emere in groſſo & revendere minutatim
ex Angel. *in l. annonam, ff. de var. & extraordi-
nar. crimin.* quem referens ſequitur Avendaños
*dict. cap.* 8. *n... lib.* 2.

Qua de re ſtant duæ legum ſanctiones † in
noſtro Regno *in l.* 6 *&* 7. *tit.* 11. *lib.* 7. *novæ* 27
*Recopil.* quarum tenor magnopere eſt attenden-
dus, quia omnes ferè caſus in propoſito occur-
rentes complectitur, & verba *l.* 6. ſic ſe habent.
*Por que en la paga de los meſones y de las pro-
viſiones que en ellos ſe gaſtan ay gran deſorden;
Ordenamos y mandamos, que cada meſonero que
quiſiere vender cebada en ſu meſon, por granado
o zelemin, no pueda ganar mas del quinto, de
mas de lo que valiere fanega en la plaza, e mer-
cado de la Ciudad, Villa e lugar donde tuviere
el meſon, y que les Alcaldes, y Regidóres y Offi-
ciales de la tal Ciudad, Villa, o lugar, de una me-
dida a cada meſonero de la paja que huviere de
vender, y le taſſen el precio que han de llevar,
porque aquella medida de en ſeis meſes, y que por
la tal medida y precio venda el meſonero, otra
qualquier perſona la paja, que huviere de ven-
der por menudo ſo las penas que les fueren pueſtas
ſobre ello. Y otroſi por que llevan los meſoneros
demaſiadas quantias de lo que deben haver por
los apoſentamientos: ordenamos y mandamos que*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*los nueſtros Alcaldes de la nueſtra caſa y corte, luego que llegaren a la Ciudad, o Villa o lugar aonde nos o qualquier de nos fueremos, taſſen lo que han de llevar los meſoneros por cada hombre con ſu beſtia, o ſin ella, o con mozo, o ſin el y a que le lleven y no mas entre tanto que alli eſtuviere nueſtra Corte, ſo las penas que ſobre ellos puſieren: las quales ellos executen, que en las Ciudades, Villas o lugares de nueſtros Reynos donde no eſtuviere nueſtra Corte, las Juſticias y Regidores de cada una dellas, taſſen lo que en ellas y en ſus terminos han de llevar en los dichos meſones por las poſadas, y eſta taſſa hagan al comienço de cada un anno, y la hagan pregonar, y eſſo miſmo hagan peſquiſa de los transgreſſores della del anno paſſado: y las penas que puſieren las executen, y que en todo ſe ayan fiel y legalmente, ſo cargo del juramento que hizieren o hizieron; quando recibieron los dichos officios*, ex l. 7. & in hunc modum procedit. *Por evitar los daños e inconvenientes que a los caminantes ſe ſiguen de no llevar en los meſones donde vienen apoſar, los mantenimientos neceſſarios, y los id a buſcar fuera dellos, veniendo como vienen canſados por raçon de las ordenanzas que ay en el publo, para que en los dichos meſones no ſe vendan ni tengan. Ordenamos, mandamos y permitimos que en los meſones deſtos Reynos que en qualquier Ciudad, Villa o lugar de ellos eſten, puedan tener y vender para la proviſion mantenimiento a los Caminantes que a los tales meſones llegan apoſar, las coſas de comer y bever aſſi para ſus perſonas, como para ſus beſtias, ſin embargo de qualeſquier ordenanzas y mandamiento y prohibiciones que en los dichos lugares la Juſticia y Regimiento dellos tuvieren fechas, y hizieren; las quales en quanto a lo ſuſo dicho revocamos, alzamos, ni queremos que balgan, ni puedan para la dicha raçon proceder a execucion de las penas ni de lo demas en las dichas ordenanzas y prohibiciones, proviſiones y mandamientos contenidas, y mandamos a las nueſtras Juſticias que dexen y conſientan vender en los dichos meſones las coſas de comer y bever, teniendo eſpecial cuidado de mirar y prohibir, que los que tuvieren meſones ſean perſonas quales conviene, y que tengan los aderezos de cama que es neceſſario con la lempieza y buena proviſion que convenga, y que los baſtimentos y coſas que tuvieren de comer y bever, ſean buenas, y que ſe vendan a juſtos moderados precios, de manera que los caminantes ſean bien tratados y acojidos, y que los dichos caminantes puedan tomar, y comprar aſſi de los mantenimientos, que en los dichos meſones huviere, como deles de otras partes como quiſieren, y que ſobre lo en la razon deſta ley contenida no les ſea echa ninguna vexacion por la dicha Juſticia ni otras perſonas a los dichos meſoneros, ſo pena de diez maravedis a cada uno que lo contrario hiciere para la nueſtra Camara.*

Ex quorum ſerie legum illud in ſumma attendi
28 debet. Primò quod hæc facultas † vendendi hordeum ultra communem Pragmaticæ taxam, intelligi tantum debet in venditione ejus quæ fit in Hoſpitio viatoribus, ut patet ex illis verbis, *que cada meſonero que quiſiere vender zebada en ſu meſon*, quæ utique ſupponunt venditionem Hoſpitio correſpectivam, non autem eam quæ aliis vicinis, vel cum aliis amicis fieret & contraheretur; quia aliter faciliter fieret fraus Pragmaticæ, ut rectè pungit Azevedo *in dict. l. 6. gloſſ.* 1.

29 Secundò quod omnium † rerum quæ in Hoſpitio pro cibariis & alimentis venduntur, quinimo & ſervitii ac miniſterii impenſi, lectorum & ipſius receptionis ſeu Hoſpitalitatis merces & pretium taxari debet, ne ſit in arbitrio ſtabularii & Cauponis extorquere ab hoſtibus quantum voluerit, præſertim cum hujus miniſterii homines frequenter ſoleant excedere metas rectæ & juſtæ rationis, ex Rebuff. Caſſaneo, Avendaño, *ubi ſuprà* & Aviles *in cap.* 18. *Prætorum gloſſa a raçonables precios, num.* 6. Mexia *in pragmatica taxæ panis concl.* 4. *num.* 14. ad finem, ubi inquit quod in præconiis quæ dantur per Judices noviter venientes vel creatos in unaquaque civitate vel Villa, jubetur per unum caput eorum quòd iſti Hoſpitatores habeant benè Hoſpitia præparata, & ſuam ſcripturam taxationis rerum quàm vulgo nuncupamus *aranzel* renovandam intra certum tempus, & in porta domus affixam, & manifeſtam, ut ab omnibus perlegi poſſit, ut affirmat Paz *in ſua praxi* 8. *part. tom.* 1. *cap. unico, n.* 13.

Quod ſi Hoſpitatores iſti ultra taxam † aliquid 30
ex cibariis vel aliis rebus, à viatoribus & Hoſpitibus receperint, non ſolùm puniendi ſunt in pœnis, in dicta taxatione impoſitis, verum in foro conſcientiæ tenentur ad reſtitutionem, ut notat Cajetanus *in ſumma, verbo venditio*, Alphonſus de Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali cap.* 12. *fol.* 97. non enim poſſunt pluris vendere tranſeuntibus quam in mercato communiter venditur, deducto tamen honeſto lucro, ut tradit Rebuff. *dict. tit. de Hoſpitib. concluſ.* 8. *n.* 14. Azeved. *lib.* 2. *Curiæ Piſanæ cap.* 18. *n.* 27. & quæ ſint conſideranda, & attendenda, ut taxatio horum victualium legitimè fiat exponit Mexia *dict. tit.* 4. *dico. conſ.* 4. *n.* 10.

Tertiò quod Hoſpitatores iſti † tenentur per- 31
ſonas Hoſpitum receptorum cuſtodire & à periculis quæ ſibi in Hoſpitio accidere poſſunt, ſecuros reddere, ut *in l. nauta in fin. l. licet, §. in factum & l. debet, ff. nautæ & Caupones & ſtabul.*

Præterea & tenentur de furto † commiſſo re- 32
rum in ſuo Hoſpitio incluſarum, ut *in l.* 1. *ff. furt. adverſus nautas, & in l.* 1. *ff. nautæ, Caupones, & in §. fin. Inſtit. de obligation. quæ ex quaſi delicto.* Qua de re videndus eſt Candinus *in rubrica, ff. de furtis adverſus nautas*, Camtera *quæſt. crimin. cap.* 8. Marſ. *conſtit.* 23. Riminaldus *conſ.* 391. Benven. Stracha *tract. de navigationibus & nautis*, Petrus Polius *tract. de Cauponibus*, Papo *ad conſuetud. Borboniæ, tit. de juriſdict.* §. 12. Petrus Gregor. *lib.* 37. *ſintagmat. cap.* 13. Peregrin. Janinus *tract. de citat. real. lib.* 2. *cap.* 17. Sarrayna *ad conſtitutiones Regni Siciliæ verbo ſtabulum.* Donellus *lib.* 15. *commun. cap.* 17. *ad fin.* Julio Pacio *lib.* 7. *q.* 57. Augerius Boſuecchius *lib.* 4. *ſubtilitat. cap.* 2. Dominicus Arumeus *diſputation. Pandect. tit.* 24. *theſ.* 8. Gilbertus Regius *lib.* 2. Ænatioſan. *cap.* 7. Joann. Petrus de Avendaño *de exequend. mandatis, part.* 2. *dict.* 2. *cap.* 8. Antonius Gomez. 2. *tom. cap.* 7. *num.* 2. *ad fin.* Menoch. *de arbitr. caſu* 390. Pichard. §. *autem exercitor. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 677. *n.* 29. Ludovicus Pega *deciſion. crimin.* 45. *ex num.* latiſſimè Farinac. *in fragmentis*, 1. *part.* §. *Caupones, nautæ & ſtabularii, fol. mihi* 47.

Ex quorum dictis aliqua brevi compendio prænotanda exiſtimavi. Et primum quod iſti Hoſ-
pitatores tenentur † ex facto famularum in ſuo 33
Hoſpitio ſervientium, ut *in l.* 1. *in fin. principii, & in §. Caupo autem, ff. adverſus nautas, Caup. & §. tres exercitor. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto*

*naſ-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*naſcuntur*; ubi Minſinger. *n.* 4. Voſſius *in tit. de*
*furtis adverſus nautas in princip.* Pegera *de deciſ.*
45. *n.*6. & idem etiam ſi factum furtum fuerit, non
ſolum à famulis & ſervientibus, verùm etiam ab
habitantibus in Hoſpitio, *ex l.* 1. *§. fin. ff. adver-*
*ſus naut. l. licèt §. factum, ff. nautæ, Caupones*,
Pegera *ubi ſuprà n.* 5.

Quinimò non ſolùm tenetur de furtis commiſſis
34 in Hoſpitio, ſed etiam de aliis † fraudibus, ut
puta ſi aliquis ex familia & domo Hoſpitatoris,
& Cauponæ, luderet cum aliquo in Hoſpitio foliis
& cartis pictis, vel teſſeris falſis, & eum decipe-
ret, ut notat Voſſius *in tit. de furtis adverſus*
*nautas n.* 1. ubi allegat textum *in §. fin. inſtit. de*
*obligat. quæ ex quaſi delict.* Non tamen tenentur ſi
aliquis fuerit vulneratus à famulo, ut probat Voſ-
ſius *ubi ſuprà n.* 2. Jaſ. *in l. in actionibus, n.*44. *ff.*
*de in litem jurand.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præ-*
*ſumpt.* 40. *verſic. Sed numquid talis vulneratus*,
Farinacius *ubi ſuprà. n.* 21.

Itaque Hoſpitatores pro rebus in domum ſuam
35 inductis per viatorem, tenentur † de dolo, lata
levi & leviſſima culpa, niſi probaverint caſum
fortuitum: Gotofredus *in l.* 1. *§. ait prætor. in* 3.
*verſic. Item in actione locati. ff. nautæ, Caupo &*
*ſtabularii*, Albericus *in l.* 2. *eadem gloſſ. in l. &*
*ita in principio, in verbo ait enim, verſic. Et in*
*iſta venit leviſſima culpa, ff. eodem*, & eſt textus *in*
*dict. l.* 1. & ita, *§. & hoc edicto*, & ibi alia gloſſa
*in verbo etiam ſine culpa*, Gratianus *conſ.* 94. *n.*
52. *& conſ.* 100. *n.* 15. *&* 16. *fol.* 2. Marſil. *verſic.*
23. *n.* 2. *& fin.* Bertazol. *conſ.* 6. 8. *n.* 4. *&* 5. *conſ.*
313. *n.* 4. *& conſ.* 338. *n.* 3. *& ſequent.* & ibi *in ad-*
*dit. littera B.* Bonifacius *de furtis, §. nu.* 35. *&*
*ſequenti, nu.* 41. ubi tamen quod culpa abeſſet,
poteſt Caupo conjecturis probare, Petrus Caval-
can. *reſolut. crimin. caſu* 70. *num.* 10. 11. 13. 14.
*num.* 40.

36 Quod & obtinet etiam in alio Hoſpitante †
non caupone, & in domo ſua ad modum Cau-
ponis aliquem accipiente; ut docet Albericus,
*in l. §. ait Prætor. nu.* 1. *ff. nautæ & Caupon.* Flo-
rianus de ſancto Petro *in l. ſi menſor, §. hoc judi-*
*cum in fin. n.* 8. *ff. ſi menſor, fal. mod. dixerit* Bald.
*in l. certi juris, num.* 3. *&* 4. *Cod. locati* Marſil.
*conſ.* 23. *num.* 9. Bertazol. *conſ.* 161. *& conſ.* 313.
quos refert Petrus Cavallus *reſol. crimin. caſu* 70.
ubi concludit Cauponibus, iſto caſu, æquiparari
tenentes Cameras locandas, communi ſermone in
Hiſpania dictas *Poſadas*, ſeu alios Hoſpitatores,
pecunia recepta, etiam ſi gratis Hoſpes iſte fuerit
receptus, ex Petro Cevallo *reſol. crimin. cap.* 70.
*ſub num.* 1. Farinacius *ubi ſuprà n.* 23. Gregor.
Lopez *in l.* 7. *gloſſ. por hoſtalage, ò por precio tit.*
14. *p.* 7.

37 Et utrum, ut ad hoc teneatur iſte † Hoſpitator
pro furto in rebus Hoſpitis in domo ſua incluſis,
ſit neceſſarium quod ei traditæ fuerint, mulieri
ſuæ, aut famulo hoſpitis, vel ſe liberet, ſi hoſpiti
conceſſit Clavem cubiculi vel cameræ, & arcæ
ubi reconderet res ſuas, diſputat per varios nume-
ros Farinac. omninò videndus pro his & ſimilibus
caſibus contingentibus, *ubi ſup.*

38 Et quid ſi valeſia quam communiter vocamus
*la maleta*, fuerit clauſa & ſigillata, eamque non
reſtituit Hoſpitator, aut apertam reſtituit, an de-
tur contra eum in iſto caſu juramentum in litem,
diſputat copioſè idem Farinacius *ubi ſuprà ex*
*ex num.* 43. *uſque ad num.* 54. latè pluribus addu-
ctis Cevallos *commun. contra commun. quæſt.* 785.
*per tot.*

39 Verumtamen niſi fallor, frequentiores caſus in propoſito occurrentes apertè deciſos invenio, *in l.* 26. *tit.* 8. *part.* 5. quæ ſic ſe habet; *Cavalleros, ò mercaderes, ò otros homes que van camino, acaece muchas vegadas que han de paſſar en caſa de los hoſtaleros ò en las tabernas, de manera que han de dar ſus coſas a guardar a aquellos fiandoſe en ellos ſin teſtigos è ſin otro recado ninguno, otroſi los que han a entrare ſobre mar, meten ſus coſas en las naves en ella miſma manera fiandoſe en los marineros, y por que en cada una deſtas maneras de homes acaeſſe muchas begadas, que algunos que ſon muy deſleales hazen muy grandes dannos e maldades en aquellos que confian en ellos, porende conviene que la ſu maldad ſea refrenada con miedo de pena, ende mandamos que todas las coſas que los homes que van camino por tierra, ò por mar metieren en las caſas de los hoſtaleros, ò de los taberneros, ò en los navios que andan por mar ò por rios, aquellas que fueren metidas con ſabiduria de los ſeñores de los hoſtales, ò de las tabernas, ò de las naves, ò de aquellos que eſtuvieren, y en legos dellos que las guarden de guiſa que ſe non perdian, ni ſe menoſcaben, y ſi ſe perdieſen por ſu negligencia, ò por engaño, que los hizieren, ò por otra ſu culpa, e ſi las hurtaſſen algunos de los homes que vienen con ellos, entonzes ellos ſerian tenudos de le pechar todo quanto perdieſe no menos cavaſſen, ca quiſada coſa es que pues fian en ellos los cuerpos y los haberes que los guarden lealmente todo ſu poder de guiſa, que no recivan mal ni danno, el o que diximos en eſta ley, entiendeſe, de los hoſtaleros y de los taverneros, de los ſeñores de los navios que uſan publicamente recivir los homes, tomando dello hoſtalaje ò loguero en eſta miſma manera, dezimos que ſon tenudos de los guardar eſtos ſobre dichos, ſi los reciven por amor, no tomando dellos alguna coſa fueras ende en caſos ſeñalados. El primero es que antes que lo reciva, dize que guarde el bien ſus coſas, que no quiere ſer tenudo de las pechar ſi ſe perdieren. El ſegundo es ſi lo moſtrare antes que lo recivieſſe arca ò coſa, y le dize, quieredes eſtar meted en eſta caſa, ò en eſta arca vueſtras coſas, e tomad la llave della, e guardad las bien, el tercero è ſi ſe perdieſſen las coſas por alguna ocaſion, que vinieſſe, como de fuego que las quemaſſe, ò por avenidas de rios ò ſi ſe derribaſſe la caſa, ò peligraſſe la nave, aſſi ſe perdieſſen las coſas por alguna deſtas maneras ſobre dichas que no avinieſſe por engaño por culpa delles, entonzes no ſon tenudos de los pechar*, ubi Gregorius Lopez per omnes gloſſas & in propoſito etiam mirabilis eſt deciſio textus 9. l. 7. tit. 4. Part. 7. ibi: *En ſu caſa ò en ſu ſtabilia, ò en ſu nave recipiendo un home a otro con ſus haberes, veſtias, ò con ſus coſas, por oſtalaje, ò por precio que reciva o aya eſperanza de haver dellos, ſi el oſtalero miſmo y otro qualquiera por ſu mandado, ò por ſu concejo hurtaſſe alguna coſa à aquellos que aſſi recivieſſe, tenudo es de pechar la coſa hurtada aquel cuya es con la pena del hurto, e ſi por ventura no la hurtaſſe el mas algun ſu home, que eſtuvieſſe con ella ſoloadado, y de otra giſa, tenudo es otroſi el oſtalero de pechar dublada aquella coſa, que le hurtaron, maguer no fueſſe hurtada por ſu mandado, ni por ſu concejo, por que es el en culpa, teniendo home mal hechor en ſu caſa. Pero ſi eſte que hizieſſe el hurto, fueſſe ſiervo entonzes de eſcoger, es del Señor el deſamparar ſiervo en lugar de la coſa hurtada, o de la pechar dublada qual mas quiſiere,*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*mas ſi hurtaſſe otro extraño, el hoſtalero no fueſſe en culpa del hurto, entonzes no ſeria tenudo de la pechar fueras, ende ſi la huvieſſe el recivido, en guarda de aquel cuya era, ca entonzes tenudo ſeria de la tornar o la eſtimacion.* Et utrobique Gregor. Lopez per varia Scholia quæſtiones materiæ iſtius doctiſſimè proſequitur.

Prædicta autem omnia quæ circa Hoſpitia in Villis ſeu civitatibus incluſa & eorum dominos ſeu Hoſpites diximus, procedent utique, & majori cum ratione in Hoſpitiis, in eremo ſeu locis deſertis conſtructis, in itineribus nempè & viis publicis, ibi enim major eſt Hoſpitum rapa-
40 citas fraus & dolus; quas utique manſiones † ſeu domos Hiſpano ſermone, vocamus *ventas* quæ abſque permiſſu publico & facultate Regia conſtrui, & ſundari non poſſunt, ut *in l. 2. tit. 18. lib. 9. Recopil.* ibi: *Por que de hazerſe ventas y melones en los lugares deſpoblados ſe haviſto por experiencia, que ſe han ſequido muchos inconvenientes, contrarios al bien publico, y es cauſa de que nueſtras alcavalas ſean muy defraudadas, mandamos, que las dichas ventas, y meſones non ſe fagan ſin nueſtra licencia en los terminos Ralengos ſin nueſtra licencia, y mandamos que entre tanto que ſobre ello proveemos, ſe pague alcabala de todo lo que alli ſe vendiere a los Arrendadores de las nueſtras alcabalas de los lugares, en cuyo termino eſtuvieren las dichas ventas y meſones.*

41 Tandem iſti Hoſpitatores licèt † officium autoritate, & utilitate publicum non exerceant, publicè tamen debent conſtitui, & nominari à Prætore, vel Judice cujuſlibet civitatis, & Villæ, ut ait Voſſius *in ſuo libro de repub. lib. 4.* diverſoriis Præfecti tales ſint, qui nemini injuriam fieri patiantur, viri nimirum boni autoritate publica conſtituti, nam quantum id ipſum referat, exempla & experimenta multoties ſatis evidenter docent, & de fraudibus quæ ſolent excogitari, & patrari ab iſtis Hoſpitatoribus, & quomodo eis obviare debeant judices. Vide Bobadillam *dict. lib. 4. cap. 4. ex n. 91. num. duobus ſeqq.*

## CAPUT XVIII.

### De officio alterius Apoſentatoris dicto Hoſpitatoris; qui Caſtellæ ſermone dicitur *Apoſentador*.

*SUMMARIUM.*

1 *Hoſpitatoris qui vulgo dicitur*, Apoſentador, *miniſterium à quo & quomodo ſit exercendum traditur* remiſſivè.

1 SEd ultra Hoſpitatorem de quo *in cap. præcedenti*, verba fecimus, eſt & alius Hoſpitator qui noſtro Hiſpano ſermone dicitur *Apoſentador*, de quo *in tit. Cod. de metallis & epidem. lib. 12. & in l. 15. tit. 9. part. 2. & in tot.* 21. qui inſcribitur *de los Apoſentadores, lib. 2. ordinamenti Regalis & in tot. tit. 15. lib. 3. nova recopil.* Cujus miniſterium & quomodo ab eo ſit exercendum, ultra ordinarios in dictis locis explicant latè Joannes de Platea *in l. 2. Cod. de annon. & tribu. lib.* 10. Caſſaneus *in conſuetud. Burgenſ. rubric.* 1. 1. §. 4. Roland. a Valle. Alciatus, Molin. Burgos de Paz. Michaël Ferrer. Portoles, & alios quos refert Calixtus Ramires *d. leg. Regia, §. 26. n. 8.* Aviles *in cap. Prætorum cap. 8. in gloſſ. verb. dineros*, ubi ſatis utiliter loquitur, & plurima in praxi quotidie & paſſim occurrentia, diſputat & reſolvit Maſtrillus *de Magiſtratibus lib. 3. cap. 10. ex n. 178. uſque ad n.* 219. Caſtillo de Bobadilla *lib. 2. politicorum, cap. 19. n. 116. & lib. 4. cap. 1. n. 13. & in gloſſ. lit. C.* & nos in explicanda hujus capitis theſi & materia non immoramur, qui Deo favente in alio ſpeciali tractatu cujus labori incumbimus, pleniſſimè eam agemus.

## CAPUT XIX.

### De officio Proxenetæ venditionum, & aliorum contractuum qui vulgò dicitur *Corredor*.

*SUMMARIUM.*

1 *Proxenetæ nomine quid intelligatur.*
2 *Proxenetæ officium ſordidum & abjectum reputatum fuit.*
3 *Proxenetæ electio ad quem pertineat.*
4 *Proxenetæ plures quàm uſu & conſuetudine uſurpatum eſt, non ſunt eligendi.*
5 *Proxenetæ librum habere debent ubi venditiones & contractus initi, & nomina contrahentium inſcribantur.*
6 *Tonſores & Sartores cur appellari non debeant Proxenetæ.*
7 *Proxenetæ in matrimoniis & ſponſalibus contrahendis ſolent intervenire.*
8 *Proxeneta quis verè & propriè dicatur.*
9 *Proxenetæ de quibus ſpecialiùs Regiis legibus cavetur, quinam ſint.*
10 *Proxenetæ ad officium non poſſunt nominari, nec illud exercere, exteri à Regno, ex* leg. 7. tit. 18. lib. 5. *quæ* ibi *affertur.*
11 *Exteris à Regno plura ſunt prohibita munera quæ naturalibus tantum in præmium naturalitatis condonantur.*
12 *Exteris ne officia ad jurisdictionem vel gubernationem ſpectantia concedantur, cautum extat*, in leg. 2. tit. 3. lib. 7. Recopil.
13 *Exteros non gubernare civitates & Villas, ſed ipſos Hiſpaniæ Regni Naturales, cur expediat.*
14 *Exteris in Indiis negotiare, & aurum, argentum & alia ibidem contenta emere prohibetur per* leg. 5. tit. 18. lib. 6. recopil.
15 *Exteris mercatoribus merces portantibus, in Hiſpaniæ Regna, ab eis aurum & argentum aſportare interdicitur*, leg. 10. tit. 18. lib. 6. recopil.
16 *Exteris prohibetur ne intra duodecim leucas in Regno jumenta habeant.*
17 *Exteris & alienigenis à Regnis Hiſpaniæ, nulla poteſt fieri per Regem donatio civitatis, villæ, caſtri aut Inſulæ vel alterius rei ex contentis* in reg. 2. tit. 10. lib. 5.
18 *Alienigenus ſeu exterus qui per decem annos in Hiſpaniæ Regnis commoratus eſt, poteſt ad aliqua officia admitti.*
19 *Proxenetæ quibus rebus ſint interdicti.*
20 *Proxenetæ non admittuntur in rebus quæ continentur*, in leg. 2. tit. 4. lib. 9. recopil. *quæ* ibi *affertur.*
21 *Proxenetæ officium etſi contrahentibus poſſit eſſe*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*eſſe utile, non tamen præcisè neceſſarium, ſed voluntarium.*

22 *Proxenetæ quando & in quo caſu teneantur ad damnum & intereſſe erga contrahentes*, & n. ſeqq.

25 *Expenditur in propoſito textus* in lege ſi quis affirmaverit in fin. princip. ff. de dolo.

26 *Dolus præſumitur in proxenetis affirmantibus de idoneitate contrahentium vel mercium, quando ex celebratione venditionis aliquod lucrum præter debitum Proxeneticum conſequutus eſt.*

27 *Proxenetæ duo pluresve ſi intervenerint in negotio & dolosè ſe geſſerint, adverſus ſingulos in ſolidum agi poterit, ſed ſi altero conventio ſatisfecerit, in alterum actio erit deneganda.*

28 *Emptor venditori vel è contra venditor emptori, an teneatur ex dolo commiſſo à Proxeneta?* & n. ſeqq.

36 *Proxenetæ dolus non reddit contractum ipſo jure nullum.*

37 *Dolus tertii in matrimonio & ſponſalibus non reddit contractum ipſo jure nullum.*

38 *Mediator matrimonii vulgò* Caſamentero, *nimis laudando & approbando alterum ex conjugibus, falsò videlicet enarrando divitias & animi dotes, an ad aliquid teneatur alteri?*

39 *Proxeneta ut de dolo, ita & de lata culpa ad inſtar Menſoris tenebitur.*

40 *Proxeneta qui ſcienter falſitatem & dolum commiſit in venditione rerum, eas uſurpando vel alteri adjudicando minori pretio quàm vendi debeant, ſi hoc fiat in rebus bellicis quarum venditio curæ & fidei ejus ſit, in damnum militum qui participare debent de pretio, pœnam mortis incurrit.*

41 *Proxeneta rem alteri dans minori pretio, cum tamen alius plus obtulerit, & faciens id dolosè, tenetur ad reſtitutionem.*

42 *Proxeneta an de imperitia & negligentia teneatur?*

43 *Proxeneta non poteſt ſibi ſuſcipere res vendendas ſua interventione, nec per ſe nec per perſonas interpoſitas, pro ullo pretio majori aut minori.*

44 *Proxeneta non poteſt eſſe mercator & negotiator mercium.*

45 *Proxenetæ prohibentur intervenire in cambio improborum contractuum, & in omnibus aliis illicitis & reprobatis contractibus.*

46 *Proxeneta, an circa contractus vel negotia in quibus intervenit & fuit mediator, poſſit adduci ab aliquo ex contrahentibus in teſtem, & an ei danda ſit plena fides*, & numer. ſeqq.

51 *Proxenetæ in libro ſcriptis, an ſit habenda plena fides?*

52 *Proxeneta ſi fuit examinatus, communiter loquendo non facit ſemiplenam probationem, nec ex ejus dicto poterit parti juramentum deferri in ſupplementum.*

53 *Proxeneta, licet non reputetur teſtis integra fide & omni exceptione major, non tamen in totum ad teſtificandum repellitur.*

54 *Proxeneta de conſenſu partium poterit in teſtem admitti.*

55 *Proxeneta, ubi veritas aliter haberi non poteſt, in teſtem regulariter admittitur.*

56 *Proxeneta non arcendus eſt à teſtimonio in inſtrumentis & contractibus in quibus nihil eſt quod ejus teſtimonium impediat recipi.*

57 *Proxeneta in crimine ſimoniæ & ſolutionis uſurarum admittitur in teſtem, nec non etiam quando contractu & negotio jam perfecto, agitur de probanda aliqua qualitate, ſeu præludio, aut quovis antecedente ipſius contractus.*

58 *Proxenetæ teſtimonium recipitur quando ab alio quam altero ex contrahentibus in teſtem adducitur.*

59 *Mediator ſeu proxeneta favore Matrimonii & dotis in teſtem admittitur.*

60 *Proxeneta, ſi ita ſtatuto vel lege caveatur, non ſolum in teſtem admittitur, ſed etiam plenam probationem facit & ejus duntaxat dicto & depoſitione poterit lis & controverſia dirimi.*

61 *Expenditur in propoſito textus*, in lege Regia 28. tit. 29. lib. 9. recopil. *quæ* ibi *affertur, & intelligitur ex relatis à Joanne Guttierrez.*

62 *Proxeneticum ſeu ſalarium, quod & alio modo dicitur Philotrophum, in emptionis contractibus debet ſolvi proxenetæ per venditorem ex* leg. Regia 9. §. 10. tit. 30. lib. 9. recopil.

63 *Proxenetæ ſalarium in contractibus qui non ſunt venditionis, debet perſolvi per utrumque contrahentem.*

64 *Proxenetæ quantum Salarium perſolvi debeat* & n. 65.

66 *Proxeneticum ſeu Salarium ſi fuerit conventum in certa quantitate, peti poteſt à Proxeneta per certi condictionem; ſi verò in incerta quantitate per actionem ſtipulatus.*

67 *Proxeneticum ſive Salarium non debetur, ſi proxeneta dolo malo verſatus ſit in negotio in quo intervenerit.*

68 *Beneficio indignus eſt qui in legem committit.*

69 *Proxeneta ſi in aliquo negotio verſatus ſit, dolo malo, nihil prohibet in eo in quo ex fide verſetur proxeneticum deberi.*

70 *Proxeneticum non debetur ſi proxeneta miniſterium extrinſecum, & non intrinſecum & ſubſtantiale præſtiterit.*

71 *Proxeneta ſi in negotio intervenerit & miniſterium intrinſecum præſtiterit, etiamſi negotium perfectum non ſit, nec effectum ſortitum fuerit, dummodo culpa Proxenetæ non fuerit diſſolutum, debetur adhuc ei Proxeneticum.*

72 *Proxeneticum datum ab emptore debet reſtitui per conſanguineum qui poſt factum contractum & perfectam venditionem, vigore legis municipalis & ſtatuti, rem venditam retrahit.*

73 *Gabella an debeat ſolvi tantum de pretio venditionis, an verò etiam de Proxenetico & Salario præſtito mediatori Proxenetæ?*

PRoxeneta eſt medium † inter contrahentes, Conciliator ſeu Interventor qui eos ad contrahendum allicit, & ſtipulantes atque expendentes hinc indeque ſolicitat, ut contractus ſortiatur effectum, ut cum Budæo notat Theſaurus linguæ Latinæ verbo *Proxeneta*, Senec. *lib.* 2. *de Beneficiis & lib.* 21. *Epiſtol.* ibi: *Æs alienum facias oportet, ſed nullum per interceſſores mutueris, nulli proxenetæ nomen tuum jactent*, qui etiam eum pararium appellat, & ita habetur apud Martialem, *lib.* 10. ibi: 1

*Quæ ſulfurato nolit empta ramento*
*Vatiniorum proxeneta fractorum.*

Tiraquel. *de utroque retract.* §. 29. *gloſſ.* 4. *num.* 8. Bertrand. *conſ.* 225. *dixeram lib.* 3. Briſonius *de verbis Juris*, *verbo proxeneta*; & ejus varias definitiones cum Accurſio, Azore & aliis, Benvenutus Stracha *in peculiari tract. de proxenetis & proxeneticis*, 1. *part. in princip. à num.* 1. *cum tribus ſeqq.* ubi *num. fin.* ab Arbitro differri contendit & allegat pro ſua opinione Joann. Baptiſtam Peroſinum pronepotem Bart. *in tract. de arbitriis*, *lib.* 1. *cap... à num.* 2. *cum ſeqq.* cum tamen Bart. *in l. final. ff. de var. & extraordin. cog.* dixerit quod arbitrator eſt quidem quaſi proxeneta adhibitus ad componendas partes, de quo loquitur textus *in l.* 2. *de proxeneticis*, *& in l.* 33. *tit.* 26. *p.* 2. ibi: *Corredores ſon aquellos, que andan en las almonedas, y venden las coſas pregonando quanto es lo que dan por ellas, e por que andan de la una parte a la otra, moſtrando las coſas que venden, por eſto ſon llamados Corredores, ſon tratantes de las vendidas y compradas, y troques que ſe hazen en las mercaderias.* Sed præconcionare de quo, *in dict. l. partitione*, non pertinet ad Proxenetas nec ad inſtitutum eorum.

2 Proxenetæ verò officium † ſordidum, & abjectum fuit reputatum, ut *in l. ult. ff. de proxeneticis*, ibi: *De proxenetico quanquam eſt ſordidum, ſolent Reſides cognoſcere; ſic tamen, ut in his modus eſſe debeat, & quantitatis & negotii, in quo à perula iſta defuncti ſunt, & miniſtrare an quale accommodaverit*, ubi notat gloſſ. *verb. ſordidum* & ita pungit Matienzo *in l.* 8. *tit.* 14. *gloſſ.* 1. *lib.* 5. *Recopil.*

3 Et tamen proxenetæ officium † publicum eſt, & ideo Proxeneta eſt eligendus per civitatem, villam aut oppidum ubi officium exerceri debet, ut *in l.* 11. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* ibi: Item *que ninguna perſona en las ferias pueda uſar del officio de Corredor de mercadurias o de cambios ſi no fueren aquellos que ſon ò fueren nombrados por las Ciudades, y Villas, y lugares deſtos Reynos que han coſtumbre de los eligir, y nombrar.*

4 Nec plures quam conſuetudine † uſurpatum & obtentum eſt, eligi debent, qui librum pu-

5 blicum † habituri ſunt, ubi venditiones celebratæ & contractus initi cum die & nominatis contrahentibus tranſcribantur, *ex dict. l. Regia*, ibi: *Y no puedan nombrar mas numero de aquel que haſta hora han eligido y nombrado, los quales Corredores ayan de tener libros en que aſſienten todos los Cambios que hizieren, y para donde, y a que precio, y entre que perſonas con dia, mes y año.*

6 Ex quo nullo modo poſſunt appellari † Proxenetæ Tonſores, & Sartores, quia licèt emptores comitentur, & eos in domos mercatorum, ut pannos emant ex quibus veſtes fiant, communiter conducant, id principaliter faciunt, ut affirment quod veſtes conficiendæ menſuris, ſeu vulgo *Varas* indigeant, licèt obiter de pretio agant; nec in iſtis concurrunt qualitates Proxenetarum, de quibus, *in dict. l. Regia*, in quo deceptus fuit Eviabolanos *in cur. Philippica*, 2. *part. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 2. qui etiam univerſitatum Bidellum, qui Scholaſticis dies feſtivos & quietis annuntiat, Proxenetam intendit, & allegat pro ſua opinione *leg.* 10. *tit.* 31. *part.* 26. *E ſi acaeciere que algunos quiſieren vender libros, o comprar, deven ſe lo dezir, enſi debe el andar preguntando, e diziendo que quiere tales libros, que vayan a tal eſtacion, ò des que ſupiere quien los quiere vender, e quales quieren comprar, debe traer la trajameria entre ellos lealmente.*

Sed in ſponſalibus & matrimoniis contrahendis ſolent intervenire † Proxenetæ, ut notavit 7
Accurſius, *in rubrica de proxenet.* ubi Azor. *in rubric.* idem Accurſius *in l. final. ff. de proxenetis verb. conditiones*, Alciat. *lib.* 1. *diſputat. cap.* 22. unde in codice conſtituitur, Rubrica de ſponſalibus & arrhis ſponſalibus, & quoniam id munus ſolet per fœminas fieri, tales fœminæ Proxenetæ ſolent vocari progynneſtriæ, ut tradit Benvenutus Strach. *ubi ſuprà* 1. *part. n.* 19. *&* 2. *part. n.* 15.

Proxeneta autem propriè & verè dicitur † In- 8
terventor & ſollicitator qui vina oppidorum vendi, & emi ſolicitat, & vulgo apud nos dicitur *Mozonero*, cujus officium in plerìſque locis publicum eſt, & per Concilium ſolet talis Interventor nominari, & jurare in Oppido de Tudela de Duero, cujus negotia perago, talis interventor, ſeu proxeneta, nominatur, & proponitur à Duce de Lerma qui inter alios reditus illud jus ſibi habet, & in locationem ſolet concedere pro certa penſione.

Sed Proxenetæ, de quibus ſpecialius noſtris legibus Regiis cavetur, ſunt † mercium & cam- 9
biorum Inſtigatores ſeu Interventores, ut in legibus ſupra adductis & *in tot. tit.* 18. *dict. lib.* 5. *& aliis legibus infra referendis.*

Et circa Proxenetas Cambiorum, & mercium ſtatutum eſt neminem hujus Regni † exterum ad 10
tale officium poſſe nominari, nec id exercere, ut *in l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 5. ibi: *Otroſi que ningun eſtrangero pueda uſar en eſtos Reynos el officio de Corredor de Cambios, ni mercadurias, ſo pena de perdimiento de todos ſus bienes y que ſea deſterrado perpetuamente deſtes Reynos*, & idem in Campſore publico ſtabilitum eſt, *in l.* 6. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* ut ſuo loco dicemus.

Plura enim Exteris † à Regno iſto prohibita 11
ſunt, quæ naturalibus tantum in præmium, & honorem naturalitatis, & peregrinis ſunt condonata & permiſſa, ut *in l.* 14. *&* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopil.* ubi exteris à Regno non ſunt litteræ naturalitatis in contrarium conceſſæ; & idem in Regno Franciæ ſancitum, & maxima cura obſervari tradunt Renatus Chopinus *de dominio Franciæ lib.* 1. *tit.* 11. ubi plura ex uſu & moribus diverſarum Gentium in propoſitum ſatis notabilia refert Petrus Gregorius *ſyntagmat. Juris*, *lib.* 17. *cap.* 6. *ex num.* 40. Benedictus *in cap. Rainutius*, *verbo ad uxorem Adelaſiam numero* 483. Cujus rei rationem tradit Covarr. *in pract. cap.* 35. *numero* 5. *verſic. Unde*; Azeved. *in dict. l.* 14. *&* 25. *n.* 50.

Et ad inſtar hujus prohibitionis ſimiliter cautum extat *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recopil.* quod officia ad † Juriſdictionem vel gubernationem ſpe- 12
ctantia, exteris non concedantur ibi: *Otroſi ordenamos y mandamos que de aqui adelante ningunas perſonas, que ſean eſtrangeros deſtos nueſtros Reynos y Señorias, y anſi miſmo tengan officios ni cargos que toquen a governacion y no puedan tener, ni tengan en ellos Alcaldias, officios ni Regimientos en las Ciudades, Villas y lugares deſtos nueſtros Reynos y Señorias, ni carnicerias, ni panaderias, ni peſcadurias, ni otras coſas ſemejantes, ni ſe entrometan en ello*, docet Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 24. *part.* 5. *gloſſ.* 13. *&* 14. & nos diximus *in cap.* Avendan. *in cap.* 19. *Prætorum n.* 17. *&* 19. *lib.* 1.

Idem dicendum *in l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 7. *Recopil.* ubi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ubi hæc prohibitio ad officia publica extenditur,
cujus prohibitionis rationem tradit Azeved. *in*
13 *dict. l. 2. tit. 3. lib. 7. ibi :* Expedit enim † Regi
& Regno non per exteros, ſed per Regnico-
las Regna, civitates, & villæ gubernari, tum
ne arcana Regni publicentur per exteros tales, tum
etiam ob amorem Regnicolarum Regno & ſuis
adhibendum, & ipſorum cum eis; nam & alibi
dixi: facilius quis converſatur cum cane ſuo quàm
cum homine extero: & facit illud Eccleſiaſtici:
*Cum extero non facies conſilium, neſcis enim quid*
*pariet.*

Et per legem 5. *tit.* 18. *l.* 6. *Recopil.* exteris
14 prohibetur etiam in Judiciis † negotiare, & eme-
re, argentum, aurum & alia ibidem contrectare,
eodem etiam modo per *l.* 10. *tit.* 18. *lib.* 6. *infra :*
15 mercatores † exteri portantes mercantias in no-
ſtro Regno prohibentur ab eis aſportare argen-
tum, aurum vel monetam; Item quod ſi naves
Regnicolarum extiterint in portu maris non one-
rentur naves exterorum ibidem exiſtentes, ſecun-
dùm textum, *in l.* 8. *tit.* 10. *lib.* 7.

Item quod intra duodecim leucas exteri ju
16 menta † non habeant, *l.* 20. *tit.* 18. *lib.* 6. ubi
& *in legibus* 15. *&* 19. alia duo exteris prohiben-
tur. Item & exteris his & alienigenis à Regno
17 nulla † donatio poteſt fieri per Regem Civitatis,
Villæ, Caſtri aut Inſulæ vel alterius rei ex conten-
tis, *in l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 5. *infra* & in Caſtro pro-
bat optima *lex* 1. *tit.* 18. *part.* 2. & ibi *gloſſ.* immò
nec dominium villæ aut civitatis illius, ſecundùm
*l.* x. *ejuſdem tituli* 10. *lib.* 5. & alia reperientur.

Quæ omnia, & naturalium hujus, Regni fa-
vore nituntur, & aliis rationibus de quibus ele-
ganter Guillelmus Benedictus ubi *ſuprà dict. verb.*
*& uxorem, nomine Adelaſiam, numero* 491. ibi:
*Et conſultiſſimè cum qualibet patria ſuo ſenſu, &*
*non alieno abundet*, cap. Certificari de ſepultu-
ris, *& melius ſciunt illi de patria, ſi quid de*
*juribus regiis uſurpetur, quàm extranei qui pa-*
*triam minimè noverunt :* additio, *hanc ordina-*
*tionem habetis* in l. 6. *ordinationum Regiarum,*
*Cameræ Inquæſtarum Parlamenti Tholoſæ, fol.*
165. *Imò incolæ novi qui de novo civitatem &*
*patriam incolere cæperunt, honoribus civitatis non*
*participant, ut habetur* 3. Politicorum: *Sed an-*
*tiquiores patriæ, ſunt illis præferendi, moderni*
*verò maximè penitus extranei poſtponendi, co-*
*ram quibus non eſt concilium faciendum, neſci-*
*tur enim quid pariet*, ut habetur Eccleſiaſtic. 8.
in fin. *facit* text. in Authentic. de collat. §. Sed
nec Provinciarum Judices; *ubi Imperator poſſeſſo-*
*res exprimit eoſque repetit, non autem habitatores*
*ſimplices de quibus mentionem antea fecerat, cum*
*hominibus præfectio communis alienæ nullum fas*
*eſt inire certamen*; 24. quæſt. 3. cap. cum qui-
bus in fin. *Peregrini & incolæ officium eſt nihil*
*præter negotium ſuum agere, nihil de alio inqui-*
*rere, minimeque eſſe in aliena republica curio-*
*ſum, ait Cicer.* lib. 1. offic. *ut amicos quærat,*
*laborare curet. ubi Terentius in Eunucho*, So-
la, inquit, ſum, habeo neminem, hìc enim
nec amicum, nec cognatum, quamobrem alios
cupio parare amicos beneficio meo, id amabo
adjuva me, quo facilius fiat, *propter quod à*
*vero facilius deviabit ; quæ pericula in origina-*
*riis & antiquis habitatoribus non præſumuntur,*
*auſpiciis enim patriis, non alienigenis Rempubli-*
*cam adminiſtrare oportere Antiqui judicabant,*
*dicit Valerius*, lib. 1. tit. de auſpiciis in princi-
pio, *cum originarii in bonis ſint jam ibi radi-*
*cati & fundati ; pariter olim non præſumebantur*
*in exteris, ubi officia temporalia erant, cum tunc*
*brevi tempore quo officium duraturum erat, magna*
*familiaritas contrahi non poſſet, imo nec appe-*
*ti, ut plenè per Lucam de Penna* in l. quis Cod.
de omni agro deſerto lib. 11. *D. Cerdan* in ſuo
veriloquio *de raçones y reglas de eſtado* cap.
462.

Licèt Regiis Conſtitutionibus ita decretum
ſit, tamen † alienigenæ qui per decem annos in 18
hiſce Regnis ſunt commorati ad prædicta offi-
cia poſſunt admitti, ut à ſummis conſiliaribus
deciſum tradit Burgos de Paz *in l.* 1. *Tauri con-*
*cl.* 8. *num.* 373. Salcedo *in addition. ad praxim*
*Bernard. Diaz. cap.* 54. *numero* 34. & facit tex-
tus *in l.* 2. *tit.* 24. *part.* 4. ibi: *La decena por mo-*
*rança de diez años que fagan en la tierra, ma-*
*guer ſea natural de otra:* & plura in propoſito
diximus, *in tract. de paſcuis & jure paſcendi,*
*cap.* 20.

Aliquarum tamen rerum † proxenetæ ſunt in- 19
terdicti, veluti pecorum, & animalium, ut in
l. 8. tit. 14. lib. 5. novæ Recopil. ibi: *Manda-*
*mos que de aqui adelante no aya Corredores de-*
*ganados en las ferias y mercados donde ſe ven-*
*dieren, y que las Juſticias no los dexen uſar los*
*dichos officios, y que ninguna perſona ſea oſada*
*de ſalir ni embiar a comprar à los caminos los*
*ganados que vinieren a venderſe a los mercade-*
*res, ni parte alguna dellos ſo pena de haver per-*
*dido lo que aſſi compraren con el doble, lo qual*
*applicamos por tercias partes para nueſtra cama-*
*ra y ſentenciador.*

Nec etiam Proxenetæ † admittuntur in rebus 20
quæ continentur *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 9. *Recopil.*
videlicet *de las rentas y mercedes, razones y*
*quitaciones que el Rey dà, ni lo pueden ſer del-*
*lo los Contadores y officiales de la contadu-*
*ria.*

Officium verò † Proxenetarum etſi contrahen- 21
tibus poſſit eſſe utile, non tamen præciſè eſt
neceſſarium, ſed voluntarium; cum ipſa abſ-
que Proxenetis & mediatoribus poſſint circa
contractus conveniri, cum ſimul atque de pre-
tio partes convenerint, fit emptio, ut *in prin-*
*cip. Inſtit. de emptione & venditione*, & ita in
Proxenetis deſumitur expreſsè, *ex l.* 9. §. 11. *tit.*
30. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Y la quiſiere vender por*
*mano de Geliz, o por ſi miſmo que lo pueda ha-*
*zer, y ſi quiſiere dar la en ſu lugar el mota la fè,*
*para que la trayga a vender que ſea a ſu exco-*
*gimiento, y querer* & in l. 2. §. *Y por que nos*
*tit.* 22. *dict. lib.* 9. *Recopil.* & *l.* 7. *tit.* 4. *eodem*
*lib.* 9.

Sed & officium Proxenetarum cum tantum
ſit laudare & commendare contrahentes, & di-
cere eſſe idoneos vel merces utique valere pre-
tium in quo venduntur; & ſic hoc deficiat,
non tenentur ad † damnum ſeu intereſſe, etiamſi 22
Proxenetæ præmium & mercedem acceperint
dummodo & dolus ex parte eorum non interve-
nerit, *in l.* 2. *ff. de Proxenetis :* ubi Ulpianus ita
ait: *Si proxenetæ intervenerint faciendi nominis*
*cauſa, ut multi ſolent, videamus an poſſit quaſi*
*mandator teneri ; & non puto teneri, quia mon-*
*ſtrat magis nomen quam mandat, tametſi laudet*
*nomen, idem dico & ſi aliquid Philamphopiæ*
*nomine accepit, nec ex locato nec ex conducto,*
*erit actio planè ſi dolo & calliditate, Creditorem*
*circumvenerit de dolo, actione*, & idem dedu-
cit *ex leg. eleganter*, §. *fin. ff. de dolo*, ubi ita
idem Ulpianus. *Item Pomponius refert Ceci-*
*lianum Pratorem non dediſſe de dolo actionem*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*adverſus eum, qui affirmarat idoneum eſſe eum cui mutua pecunia dabatur, quod verum eſt, nam niſi ex magna, & evidenti calliditate non debet de dolo actio dari:* docet Felin. *in leg. ſi verò, §. 1. ff. qui ſatis dare.* ubi Paulus Caſtrenſ. Alexand. & Jaſo, Bald. *in leg. cum oſtendimus, §. fin. propè finem verſic. in textu*, ibi*: affirmatorem, ff. de fidejuſſor. tutorum*, ubi ait ſpecialem caſum eſſe ibi *quod affirmator, vel laudator dicens aliquem idoneum, teneatur etiamſi dolus non adſit.* Et idem procedere, *in leg. 2. §. Divus, ff. de Magiſtrat. conven.* & eſt communis opinio ſecundùm ſuprà relatos; ſpecialitas verò in eo conſiſtat tum ob favorem minorum, & publicæ utilitatis cauſam quæ regulariter adſiſtit, ne patrimonia eorum, & pupillorum conſumantur, aut deteriorentur, habeantque à quibus ipſa recuperare valeant, ut *in leg. 1. cum pluribus illius tit. 1. ff. de minoribus, & ff. de in integrum reſtit.*

23 Vel etiam in eo quòd † *dict. leg. cum oſtendimus, §. fin. & in dict. §. Divus*, affirmatio idoneitatis fuit facta in judicio; unde nihil mirum quod colore ejus ne circumveniatur judicantis authoritas, qui affirmat quem idoneum & locupletem, ſi contrarium appareat, teneatur, prout ſi pro eo fidejuſſiſſet, & in dictis juribus ſentiunt Bald. & Alex. & communiter DD. quod proſequitur eleganter, & ſatis utiliter Azeved. *in leg. 18. tit. 9. lib. 3. Recopil.* Guttierrez *lib. 1. pract. quæſt. 132. num.* 8. qui etiam tradunt alium caſum ſpecialem nempè in approbante, aut laudante conductorem tributorum Regis, gabellarum, vel fiſci Adminiſtratorem, quia iſte talis tenetur etiam ut fidejuſſor, *per textum in leg. juxta & in leg. exactores in fin. Cod. de ſuſcepto, lib.* 10.

24 Excluſo tamen † prædicto caſu ſpeciali regulariter affirmator vel laudator de idoneitate perſonæ (dummodo dolus, & calliditas abſit) ad nihil tenetur *ad notata in leg. ſciendum, in princ. ff. de Ædilitio*, per quem textum Alciat. Peregrinus *lib. 2. cap.* 12. ait quod verba quæ alicujus commendandi cauſa proferuntur, nullam obligationem producunt, nec enim qui commendat tanquam ſponſor conveniri poterit, ut ibi per eum, etiamſi Proxeneta partes commoneat, & hortetur, nam mandatoris opera non fungitur, *leg. idem quæ, §. ſi quis eas, ff. mand. leg. ob hæc, ff. de his qui notant. infam. leg. ſi verius mei, ff. de negotiis geſtis.* Etiamſi conſultat, quia nemo ex conſenſu abſque fraude obligatur, etiamſi non expediat ei cui datur; quia liberum eſt cuique apud ſe explorare an expediat ſibi conſilium, *leg. 2. §. fin. ff. mandat. §. tua, inſtitut. eodem, & in regula conſilii, ff. de regulis jur.* & etiamſi literas in negotio ad ſe non pertinente ſcripſerit, ut in facto conſultus Baldus ita reſpondit, *conſ. 366. viſis conſiliis, lib. 5.* Stracha *ubi ſuprà 3. p. num.* 23. & quælibet commendatio, hortatio, ſeu laudatio ex qualitate perſonæ, & officio penſanda eſt, ut *in leg. plenum, §. equiti, ff. de uſufructu, leg. ſi ſervus plurium §. fin. ff. de leg. 1. leg. item mella, ff. de alimentis, & cibariis leg.* & conducunt trad. per Bart. *in leg. ſi non ſortem §. libertus, n. 29. ff. de condict.* Marſ. *in rubrica de probation. à n. 13. cum ſeqq.* & voluntas perſonarum, & ex eo quod ſolitum eſt, declaratur, *leg. quod ſi nolit. §. quia aſſidua, ff. de Ædilitio edicto, leg. fin. Cod. de fideijuſſoribus. leg. ſi fundus, ff. de*
25 *evictionibus*, & conducit † textus *in leg. ſi quis affirmaverit in princ. ff. de dolo*, ubi perſuaſor alicujus ut repudiet hæreditatem, affirmans non eſſe ſolvendo, vel quod optet ſervum, dicens meliorem in familia non eſſe, de dolo tenetur, dummodo dolosè id perſuaſerit, vel affirmaverit, etiamſi oppoſitum affirmationi ſuæ fuerit verum, & revera hæres repudians, vel optans fuerit deceptus, & ſic dolus neceſſariò requiritur quod expreſsè fatetur Ulpianus *in leg. quod venditor, ff. eodem tit.* de dolo *quod venditor* (inquit) *ut commendet, dicit, ſic habendum eſt quaſi nec dictum, nec promiſſum, ſic vero decipiendi emptoris cauſa dictum eſt æque ſic habendum eſt, ut non naſcatur adversùs dictum, promiſſum ut empti actio; ſed de dolo actio detur.* Ubi commendatio, & laudatio ſi dolosè facta non eſt, non obligat, & *ex leg. Julianus, §. ſi venditor, ff. de actionibus empti*, ut *in leg. ea quæ ff. de contrahend. emption.* ubi *nam hoc ipſo pluris vendidit.* Ubi ut commendatio venditoris obliget eum, non ſufficit quod ſit falſa; ſed ſimul requiritur quod eam fecerit, ut pluris rem venderet, & ſic cum de dolo, & *ex leg. quod ſi cum ſcires, ff. de dolo*, ubi ſi cum ſcires quempiam facultatibus labi, ſui lucri gratia affirmaſti mihi eum eſſe idoneum, meritò adverſus ſe cum mei decipiendi gratia alium falsò laudaſti, de dolo judicium eſt dandum. Non omnis igitur laudatio, & affirmatio obligat, ſed illa quam quis facit gratia decipiendi, & lucri faciendi Ceſalus omninò videndus, *conſil. 487. & numer.* 37. Anton. Gomez. 2. *tom. var. cap. 13. numer.* 5. Baëza *de inope debitore, cap.* 1. Julius Clarus *lib. 1. pract. quæſt. 132. ex numer.* 7. Gama *deciſ.* 380. Velazquez de Avendaño *de cenſibus, cap. 9. 7. n.* 15.

Dolus autem, etſi non præſumatur, ut *in leg.*
*2. §. merito, ff. pro ſocio*, tamen † in Proxenetis 26
affirmantibus de idoneitate contrahentium, vel mercium, utique præſumitur, quando ex celebratione venditionis aliquod lucrum præter debitum Proxeneticum fuit conſequutus, ut *in leg. ſi ſervus tuus, ff. de dolo, dict. leg. ſi cum ſcires, illo tit.* Dolus autem ex modica utilitate non præſumitur, ut *in cap. accedens de crimine falſi*, notant Hoſtienſ. Joann. Andreas Ancharanus, Butrius, & alii quos refert Farinac. *de falſitate, quæſt. 151. num. 20. part.* 2. Vel conſtiterit Proxenetam habuiſſe ſcientiam, & notitiam in contrarium eſſe, quod laudaverat, & ſic expreſsè falſum affirmaſſe, quod ſatis eruditè tradit Benvenutus Stracha, *ubi ſuprà 3. part. num.* 20. his verbis: *Reſtringendum eſt etiam quod diximus* (ni fallor) *niſi cum laude, & Proxenetico, ſcientia concurreret; quia ſcilicet Proxeneta ſciens nomen non idoneum, vel facultatibus illum labi, cui multa dabantur, vel merces vendebantur, laudaverit, eu proxenetici gratia aliquod receperit; puto enim his tribus intervenientibus Proxenetam teneri, & dolum malum præſumi, judiciumque de dolo dandum eſſe, pro qua ſententia, & temperamento notanda ſunt juriſconſulti verba*, in dict. leg. quod ſi cum ſcires, *illic enim ita ſcriptum eſt: meritò adverſus te, qui mei decipiendi cauſa, alium falſo laudaſti & reliqua.* Comparat ergo hoc caſu Juriſconſultus laudare, & affirmare; cujus rei illa ratio reddi poteſt; quia non fuit propoſita ſpecie nuda laus, & Juriſconſultus inquit *in dicta leg. ſciendum*, & cum laude & lucro concurrit ſcientia; & hanc ſententiam admittendam puto, compeſcendæ etiam improbitatis hoc genus hominum; ſolent enim perſæpe mali Proxenetæ ſcientes prudenteſque,

Proxe-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Proxenetici avidiores præter æquum, & boni lu-
cri cauſâ, laudare, & non exiſtentes ſolvendo,
jamque fortunas, & rationes conturbaturos com-
mendare, accedit, quod cùm id genus hominum
ad lucrum vel turpiter faciendum pronius ſit, do-
lus malus facilius præſumetur, idque ſenſit, ut *in*
*leg.* 1. *in* §. *aiunt Ædiles num.* 26. *de Ædilitio edi-*
*cto citat legem juſtiſſimè in fin.* Caveant ergo Pro-
xenetæ à mendaciis, & ſit eorum commendatio
honeſta, & ſine dolo malo, & admonuimus,
*in antecedenti parte ſub n.*6. ſequuntur aliæ decla-
rationes *ad dictas leges.*

27 Verùm ſi duo pluresve Proxenetæ † intervene-
rint in negotio, & doloſè ſe geſſerint, adverſus
ſingulos in ſolidum agi poterit, ſed altero conven-
to, ſi ſatisfecerint in alterum actio erit denegan-
da, ut *in leg. ſi duobus in princip. ff. ſi mens falſ.*
*mod. dixerit, l.* 1. *fin. ff. de eo per quem factum erit,*
*leg. ſi plures, ff. de dolo,* Bartol. *in leg. eleganter*
*in princ. n.* 2. *ff. eodem tit. & in leg. ſi Procurator.*
*Cod. de Procurator.* per quæ jura obſervat Strachæ
*ubi ſupra* 3. *part. n.* 15. Eviabolatius *in loco ſu-*
*pra citato n.* 13.

Sed & illud notatu dignum eſt, an ex dolo
28 commiſſo à Proxeneta emptor † venditori, vel
è contra debitor emptori teneatur, quam utique
quæſtionem pleniſſimè diſputaſſe Pileum refert
Albericus *in leg.* 2. *ff. de Proxeneticis*, & quia
difficile admodum erit Pileum inveniri, ejus
verba maximo labore originaliter quæſita retu-
lit Stracha, & ego vobis propter antiquita-
tem tanti Doctoris ad literam tranſcribere cu-
ravi.

29 Pileus ergo † in ſuis quæſtionibus quæſt. 38.
ita in propoſito ait. *Quæritur utrum teneatur emp-*
*tor venditori nomine doli commiſſi à mediatore.*
*Proponitur actio ex vendito, quod teneatur, ſiqui-*
*dem talis emptor ex dolo minoris, ergo ex dolo*
*mediatoris, ut* ff. ſi mens fal. mod. dixerit leg. 3.
§. *Pone, nemo debet cum jactura venditoris*, ar-
gum. leg. mater, ff. de jur. dot. *Item maximè cum*
*dolus alterius alteri non prodeſſe, vel obeſſe de-*
*beat*, ut in leg. ſi quis inficiatus in fin. ff. depo-
ſiti & ff. pro ſuo, ſi ancillam & ff. de acqui-
rend. rer. domin. *Pomponius item; quia nihil in-*
*tereſſe debet à quo dolus commiſſus ſit in hac ven-*
*ditione; ſed an ſit commiſſus*, ut in leg. ſi cum
excep. §. in hanc, ff. quod met. cau. *Nam &*
*aliàs non intereſt qui commiſerit, nimirum licet*
*aliàs dari non deberet, datur tamen, quia ex*
*dolo aliquid ad eum pervenit*, Ergo, ff. quo-
niam ex facto tutor. leg. dolus & in hæredem, ff.
quod vi aut clam. *Item alia ratione emptor con-*
*venitur, fortiori ſcilicet; quia tunc dolo videtur*
*facere, cum ſciens dolo acquiſitum mediatoris,*
*non reſtituit, licèt nihil ab initio fuerit conſcius*
*& doli particeps, at poſtea*, ut ff. de tribut. leg.
illud §. 1. de per hæredit. ſed etſi §. de ea; *qua-*
*propter ex dolo ſuo potius committitur, quàm alte-*
*rius, eſt quoque ratio fortior, quæ ad condemnatio-*
*nis laqueum emptorem adducit. Item quia dolum*
*mediatoris ſuo quoque nomine commiſſum ratum ha-*
*bere convincitur, quando ſciens doloſè factum non*
*reſcindit, imo defendit.* arg. eſt leg. ult. de ad-
min. tutor. leg. ſine Cod. de impen. & leg. ſi fi-
lius, Cod. de impen. & leg. ſi filius, Cod. ad
Macedon. *quamobrem quod ab initio fieri mandaſ-*
*ſet & exigi*, ut in leg. 1. §. quoties & leg. idem
eſt, ff. de vi & vi arm. & leg. Jul. 13. §. 1. ff.
quod cujuſque.

*Quod non teneatur hoc modo, videtur pro-*
30 *bari, quia † ſi quis velit aliquem propter do-*
*lum convenire probare debet ejus quem convene-*
*rit factum*, ut leg. 2. ff. de dolo excep. & leg.
dolus Cod. de reſcindend. vendit. *Ne ad emp-*
*torem conveniendum non dolus vel ſcientia media-*
*toris, ſed ipſius ſpectatur*, ut in leg. ne ſervo,
ff. de doli cauſ. & leg. ſi ſint ff. de tabel. exhib.
& non Procurator minorum 3. part. *allegaſti dicit*
*emptor, delicta ſuos debent tenere autores, nec al-*
*ter pro delicto alterius debet plecti, vel inquieta-*
*ri*, ut in leg. ſancimus, Cod. de pœnis & leg. 1.
Cod. ne uxor pro marito. *Item cum habet quem*
*poſſit convenire de dolo ſine me poſſeſſore, convenire*
*non debes* argumento de dolo exceptione, leg. &
49. leg. ex hoc §. 1. ff. de eo per quem fac. *Nem-*
*pè licet judice captus ſit, ſi modice me venire non*
*pateris; licet enim contrahentibus ſe invicem circum-*
*venire naturaliter*, ut in leg. in cauſæ §. ult. & §.
Papinianus, ff. de minorib.

*Solutio.*

*Inprimis poteſt diſtingui utrum emptoris dolus*
*latuerit mediatorem, an certus fuerit? in primo*
*caſu abſolvitur, in ſecundo arguitur*, ut leg. 2. ff.
de noxal. action. *Item aliter refert utrum ex do-*
*lo mediatoris aliquid pervenerit ad emptorem, an*
*non; ut ſi pervenerit, in id damnetur, ſi non, ab-*
*ſolvatur*, argument. de tribus, leg. 3. & ff. de
doli exceptione, leg. 4. & ff. quod metus cauſa
quod eximius. *Sed & aliter poteſt diſtingui, ſcili-*
*cet utrum mediator qui dolum adhibuit, ſit ſol-*
*vendo an non; ſi ſolvendo, non teneatur emptor,*
*ſinon, teneatur*, argum. leg. ſi Procurator, ff. man-
dat. leg. 1. & 2. de inſtit. & argum. leg. 1. & 3.
Cod. ſi vend. pignor. *Item adhuc poteſt intereſſe qui*
*mediatorem adhibuerit, utrum emptor, an vendi-*
*tor, an uterque vel neuter, ſed ex caſu advenerit,*
*ſi emptor convenitur omninò ſive ad eum pervene-*
*rit, ſive non, dum tamen abſit aliquid venditori,*
*quia imprudenter elegit*, argumento leg. qui natu-
ra, §. ult. ff. de neg. geſtis & leg. 2. ff. ſi mens
falſ. mod. dixerit. *Si venditor, omninò non teneatur*
*emptor, quia ſibi debet imputare venditor, quod ta-*
*lem adhibuerit, niſi emptor dolo participatus fuerit,*
*niſi fortè in ſubſidium, ſcilicet cum mediator non eſt*
*ſolvendo, & aliquid ad emptorem pervenerit*, ut
leg. hæc Pileus §. 1. verſ. gratuitam, ff. de præſ-
cript.

Quem doctè quidem, & breviter more ve-
terum Juris interpretum, ſcripſiſſe commendat
Strach. *ubi prox. num.* 2. *in fin.* ſed ejus reſolu-
tioni non ſatis acquieſcit. Unde diſtinguen-
dum † in propoſito arbitratur, quod aut dolus 31
dedit cauſam contractui, intelligimus quando
quis non erat contracturus, ſed deceptus fuit
in pretio, vel ſimilibus dolo malo, ut tradit Al-
bericus *in dicta leg. eleganter.* 7. & ibi communiter
DD. Pichard. *in* §. *actionum quæſt.* 9. *n.* 2. *& nu.*
12. *inſtit. de actionibus qui à legat.* Covarr. *in regul.*
*poſſeſſor.* 2. *p.* §. 6. & vide textum *in leg.* 57. *tit.* 5.
*part.* 5.

Primo igitur caſu quando † dolus dedit cau- 32
ſam contractui, ſi dolus fuit commiſſus tam ex
parte Proxenetæ quàm emptoris contrahentis,
intervenitque in hoc ipſo ut venditor venderet,
id eſt venditioni cauſam dedit, emptor tenetur,
priuſque conveniendus eſt; quoniam ad eum ne-
gotium principaliter ſpectat, & in ſubſidium, ſi
emptor ſolvendo non ſit, contra Proxenetam agi
poterit, *dicta leg. eleganter*, ubi Bart. *ſub num.*
2. citat in argumentum eandem legem, §. *ſi qua-*
*drupes in* §. *ſi dolum.* Si verò dolus, qui contractui
cau-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cauſam dedit, tantùm per Proxenetam admiſſus ſit, abſque interventu emptoris contra Proxenetam tantum agendum erit. Certum ſi Proxeneta ſolvendo non ſit, contra emptorem agi poterit, qui ex dolo lucrum ſenſerit, nec propter dolum alienum lucrum faciat, & venditor damno afficiatur *leg. fin. §. 1. ff. de eo per quem factum erit* & facit, *in argumento leg. ex Procurator. ff. mandati leg. dolus, ff. qui ex fact. tutor. leg. 2. & 2. ff. de inſtit.* Idque ſenſiſſe videtur Albericus *in dicta leg. eleganter ſub num.* 10. & ſicut ex dolo, & circumventione propria nihil conſequi quiſquam debet, *leg. fin. cum gloſſa, ff. de dolo*, malitia enim ſua ullis lucroſa eſſe non debet, & hæc ſententia firmatur ex his quæ Raphaëlus Fulg. ſcripſit, *in leg. ſi duobus & in leg. ſi menſor. ff. ſi mens falſ. mod. dix.* illic enim ita ſcriptum eſt, ſed mihi videtur facere hæc gloſſa mirabiliter ad quotidianas quæſtiones ut ſi factum ſit compromiſſum in arbitrum ſeu arbitratorem, & convenit ſtare ſententiæ, ſeu laudo, ſive æquo, ſive iniquo non proſit, qui ſe dicit læſum contra ſecum compromittentem de redditione, etiam ſi dolus arbitri arguatur agere, ſed debeat tamen contra arbitratorem, vel arbitrum ex dolo ſuo actionem inſtituere, hæc namque actio dolum dumtaxat menſoris coërcet, *leg. 2. §. hoc acti ſuprà eodem.*

33 Nec hujus diſtinctionis primo † membro, quatenus regulariter ex dolo Proxenetæ emptorem non teneri, niſi in ſubſidium, & cum Proxeneta ſolvendo non ſit, affirmans poterit opponi, *de textu in dicta leg. ſi cum exceptione §. in hac ſententia adducta*, in illa exceptione non quæri utrùm is qui convenitur an alius metum fecerit, & ſufficere debere metum eſſe illatum.

34 Quia reſpondetur quod † actio quod metus cauſa, de qua *in illo textu* eſt in rem ſcripta, ut *in leg. metum §. fin. ff. de eo quod metus cauſa leg. 3. & 4. Cod. de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, Emilius Ferretus *lib. 3. ſuarum opinionum cap.* 20. ideo metus unius nocet omnibus ad quos commodum pervenit ex metu. Sed actio de dolo perſonalis eſt, unde meritò perſonam committentem dolum non egreditur, & ita reſpondit Bartolus, *in dicta leg. & eleganter in fin. 1. columnæ* cui adde Decium *verſ. 41. n. 6.* & Aimonem Gabet. *conſ. 120. confirmando opinionem, & conſ. 252. reſponſiones ad dubia.*

35 In ſecundo verò caſu † quando dolus incidit in contractum, quia purgatur per actionem deſcendentem ex eo contractu, impedit origini actionem de dolo quæ datur ſi alia actio non ſit *leg. 1. leg. 2. & eleganter, ff. de dolo.* Idem Proxeneta ad quem negotium principaliter non ſpectat, non poterit conveniri, nec ex contractu, quia non contraxit, nec ex dolo, quia alia competit, idque ſenſiſſe videtur Bartol. *in eadem leg. & eleganter col.* 2. qui ſubjicit, niſi fortè in ſubſidium, ut ſuprà *leg. proxima & ead. §. ſi qua duplex*, quod & memoria tenendum inquit, & quod ſubdubitans dixit Bart. clarè meo quidem judicio probatur, *in leg. ſi duobus in §. 1. ff. ſi mens fal. mod. dix.* Verba autem Juriſconſulti talia ſunt. *Si emptor plus dederit venditori propter renuntiationem; quia condicere poteſt quod plus dederit, agi cum menſore non poſſe, nihil enim emptoris intereſt cum poſſit condicere, niſi ſolvendo debitor majorem modum tradiderit fraudatus à menſore, conſequenter dicit Pomponius non eſſe actionem adverſus menſorem, quia ex vendito actio adverſus emptorem, niſi & hic emptor ſolvendo non ſit, contra Proxenetam, qui fraudem commiſit agendum eſſe*, & notandum eſt, quia variis, & diverſis modis plerumque contingit fraudulenta renuntiatione atque ſuaſione Proxenetæ emptorem integrum pretium non ſolvere, ſolvitur namque pretium perſæpè, & in numerata pecunia & mercibus, valore earumdem, certis modis conſtituto.

Quibus adde quod dolus † Proxenetæ non 36
reddit contractum ipſo jure nullum; quia alterius dolus aliis obeſſe non debet, *leg. qui Procurator, ff. de doli exceptione leg. iniquiſſimum, ff. de jur. & facti ignor. leg. in ſumma, §. emptor, ff. de peculio*, & in terminis ita notavit Accurſius *in dicta leg. & eleganter, verbo hoc ipſo* ibi: *Et ſecundum hoc, dolus Proxenetæ, vel alterius tertii non vitiat contractum*, ibi Bart. Bald. & Raphaël Cuman. Jaſon. *in §. actionum inſtitut. de actionibus, num.* 44. Bene tamen agi poterit de dolo contra Proxenetam, ut cogniter notatur, *in dicta leg. & eleganter*, Albericus *in regula alterius de reg. jur.* ubi Decius & *in dicta probata parte*, textus *in dicta leg. 2. ff. de Proxeneticis*, ibi: *planè ſi dolo & calliditate creditorem circumvenerit de dolo actione tenebitur*, Stracha *ibi ſup. 4. art. numero 1. cum duobus ſequentibus.*

Et in matrimonio, & ſponſalibus loquens
de dolo tertii † idem in ſumma, nempè quod 37
contractum non reddat ipſo jure nullum, tradit Pater Sanchez, *de matrimonio lib. diſput. 64. per totam.* Dubitari tamen in propoſito ſolet
ſi aliquis mediator † Proxeneta, ſeu (ut mavis) 38
*Caſamentero* laudando, & approbando nimis alterum ex conjugibus dicat formoſum egregium forma, divitem, & alias animi dotes & virtutes in eo concurrere, quæ verè non aderant in eo, ſed penitus contrarium, an talis mendax, & fallax Mediator ad aliquid teneatur, cum matrimonium nullatenus diſſolvendum ſit ex ſuprà dictis.

Et quemadmodum Proxenetam † de dolo te- 39
neri ſupra diximus, etiam tenebitur de lata culpa ad inſtar menſoris, *in l. 1. §. hæc actio, ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit* ſenſit Accurſius *in leg. 2. verbo actio, ff. de Proxeneticis*, Bart. *in leg. fin. ff. de variis & extraordin. cognit. num.* 15. Aretinus *in princ. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delicto, n.* 2. & ratio eſt, quia lata culpa æquiparatur dolo, ut *in leg. quod Nerva; ff. depoſiti*, & magna negligentia eſt culpa, & magna culpa dolus; præſumptam enim fraudem in ſe continet, *leg. magna culpa leg. latæ, ff. de verbor. ſignific.* & quælibet diſpoſitio loquens de dolo comprehendit latam culpam ex pluribus quæ tradit Bart. *in leg. ſi mora* 10. *in part. ludis, n. 24. cum ſeqq. ff. de ſolut. matrim.*

Unde Proxeneta qui ſcienter falſitatem & do-
lum † commiſerit in venditione rerum, ea uſur- 40
pando, vel alteri adjudicando minori pretio quàm vendi debent, ſi hoc fiat in rebus bellicis quarum venditio curæ & fidei ejus ſit, in damnum militum, qui participare debent de pretio, pœnam mortis incurrit, ut *in leg. 33. tit. 26. p.* 6. ibi: *o por ende ſi el Corredor tomare mas de a que le huvieſſen pueſto de dar, debe lo pechar doblado, e no ſer Corredor por eſſe año. E ſi otra vegada en tal lo fallaſſen, deben lo matar por ello; por que lo primero podria ſer por neceſſidad, e concuſta, & lo ſegundo por uſo malo, mas ſi falſedad hicieſſe a ſabiendas en alguna de las coſas, que huvieſſe de almonedar, fur-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*furtandolas ò haziendolas haver algunos por me-*
*nos de lo que valieſſen, de manera que tornaſſe*
*a daño del la Cavalgada, debe morir por ello.*
In rebus autem pacis pœna eſt arbitraria, ut *in*
*leg.* 8. *tit.* 7. quæ licèt in agri menſore loquatur,
communiter extenditur ad Proxenetam, ut tra-
dit Ebiavolanus *ſuprà.*

41 Et hinc etiam provenit, quod ſi Proxeneta †
minori pretio dederit rem alteri, cum tamen alius
plus obtulerit, & id fecerit doloſè, tenetur ad
reſtitutionem reſidui pretii, ut *in dicta leg.* 33.
*titul.* 26. *part.* 2. *& in leg.* 9. §. 11. *tit.* 30. *lib.* 9.
*recopil.* ubi Gregor. Lopez *gloſſa* 7. & vide Pe-
trum Navarrum *tract. de in integrum reſtit. lib.* 3.
*cap.* 2. *n.* 144. Quod ſi affirmaverit eſſe emp-
torem qui ducentos pro re præſtat, & non fue-
rit, & intuitu iſtius doloſæ affirmationis vendi-
tor ducentos præſtiterit, tenebitur etiam Proxe-
neta ad reſtitutionem ejus quod iniquè, & cum
exceſſu fuit ſolutum, Gregor. Lopez *ubi proxi-*
*mâ gloſſa* 2. Azeved. *in leg.* 14. *tit.* 12. *lib.* 5. *re-*
*cop.* qui ait, quod ſi hoc prætextu ſimulatus li-
citator offert pretium non lucratur promiſſum,
& refert Avendañum *cap.* 12. *per. tit. n.* 8.

42 Non tamen Proxeneta tenebitur de † imperi-
tia, vel negligentia, ſecurus enim eſſe debet,
& imputare ſibi poterit qui eum adhibuit, vel
admiſit, ut *in leg.* 1. §. *hæc actio, ff. ſi mens falſ.*
*mod. dixerit, & argum. text. in* §. *præterea, Inſti-*
*tut. quibus modis re contrahitur obligatio, & in* §.
*fin. Inſtitut. pro ſocio,* tradit Stracha *ubi ſuprà*
*part.* 3. *n.* 5.

43 Sed & Proxeneta non poterit ſuſcipere ſibi
res alteri vendendas † ſua interventione, nec
per ſe, nec per interpoſitas perſonas pro ullo
pretio majori vel minori, ut *in leg.* 14. *tit.* 12.
*lib.* 5. *recopil.* ibi: *Mandamos, y defendemos que*
*ningun Corredor de eſtos nueſtros Reinos, y Se-*
*ñorios, Corredor de lonjas ni de veſtias, ni de*
*otras mercaderias, y bienes anſi muebles, como*
*raizes no ſean oſados de tomar para ſi compra-*
*das ningunas heredades, ni veſtias, ni mercade-*
*rias ni otros bienes, muebles, y raizes qualeſquier*
*que les dieren a vender por poco precio, ni por*
*mucho, por ſi, ni por interpoſitas perſonas ſo*
*pena de que por cada vez que qualquier de ellos*
*lo hiziere, pierda el officio y mas caya en pena*
*de cinquenta mil maravedis, la tercia parte para*
*el que lo acuſare, la otra tercia parte para los*
*propios de la ciudad, ò Villa, ò lugar donde acae-*
*ciere, y la otra tercia parte para la nueſtra Ca-*
*mara.*

44 Nec eſſe mercator, & negotiator † mercium
tradit latè Stracha, *ubi ſuprà* 4. *part.* §. *occurrit*
*hic alia quæſtio,* ubi poſtquam quid de jure com-
muni poſſet conſiderari pro utraque parte addu-
xit, tandem in fine ita concludit: *Laudandi prop-*
*terea ſunt omnes populi, qui in mercatura exer-*
*cere ſolent ſi Proxenetas ab officio mercaturæ ab-*
*ſtinere ſe dicere velint, prout providenter in pa-*
*tria ſub pœna non levi, Proxenetæ mercaturam*
*facere prohibentur.* Et in noſtro Regno Caſtel-
læ ita ſancitum eſt, ut *in dicta leg.* 1. nec face-
re ſecuritatem navium, aut mercium, per mare
evectarum, & talem aſſecurationem per ſe, vel
per aliam firmare, ut *in ordin.* 31. *conſulatus*
*Hiſpalenſis.*

45 Prohibentur inſuper Proxenetæ † intervenire
in faciendo Cambio contractuum improborum,
ut *in leg.* 11. *in fin. tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.* ibi:
*Y que no puedan hazer cambio alguno de los*
*prohibidos illicitos, ſo pena de perdimiento de la*
*metad de todos ſus bienes, y deſtierro de los*
*Reynos por diez años.* Et tandem prohibitio-
nem intelligo in cæteris contractibus illicitis, &
reprobatis veluti in revenditione tritici, & uſu-
ra, ut *in legem* 4. *in principio tit.* 25. *lib.* 5. *Re-*
*copil.* tradit Ebiavolanus *ubi ſuprà numer.* 10. &
an ſtipendium, vel quid aliud ex talibus contra-
ctibus illicitis teneatur reſtituere Proxeneta *infrà*
dicemus.

Sed diſputari ſæpè ſolet, & maximè eſt con-
troverſum, an Proxeneta circa contractus, vel
negotia in quibus intervenit, & fuit mediator,
poſſit adduci ab aliquo ex contrahentibus † in 46
teſtem, & an ei ſit danda plena fides.

In qua quæſtione † tam pro affirmativa, quàm 47
pro negativa parte plures, & ferè innumeros re-
tulit Farinacius, *in praxi criminali tit. depoſi-*
*tionibus contra teſtes q.* 60. *illat.* 26. *per totam,*
& utramque communem affirmat, ſed negativam
pro regula conſtituit, nempè Proxenetam in te-
ſtem admitti non poſſe, *ex gloſſa in* §. *inviſum,*
*verbo ad numeratorem in Auth. de inſtrum. fid.*
*& aut ea, & in cap. ſi quis Epiſcopus in verbo*
*mediator.* 1. *quæſt.* 5. *& in cap.* 1. *in verbo*
*civiliter de teſtibus in* 6. & *in cap. dilectorum in*
*gloſſa* 1. *de teſtibus cogend. & in cap. Romana in*
*verbo in teſtem de teſtib. in* 6.

Et propoſitam regulam † ampliat Farinacius 48
procedere multò magis ſi neutra pars conſentiat
Proxenetam in teſtem admitti, & ibi allegat
Joannem Andream, Ancharranum, Stracham &
alios qui apud eum videri poterunt.

Et in Proxeneta † qui mercedem conſequi- 49
tur, & ſalarium ex eo in quo fuit mediator, &
in non ſalariato, & in gratis operante, ex Ga-
briele, *tit. de teſtibus concluſ.* 20. *numer.* 3. *lib.* 6.
1. *communium,* Stracha *ubi ſuprà part.* 4. §. *illa*
*etiam quæſtio numer.* 4. *&* 5. *& n.* 34. Maſcard.
*de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1036. *n.* 6.

Et non ſolùm quando contractus † non eſt 50
perfectus, quo caſu, ut perficiatur agitur de
emolumento, & ſalario ipſius Proxenetæ, ſed
etiam perfecto contractu & quando Proxeneta
nullum poteſt ſperare commodum ex Alex. *verſ.*
128. *n.* 1. *lib.* 2. *& conſ.* 13. *n.* 14. *lib.* 1. dicit com-
munem, Stracha *ubi ſup. n.* 4. *verſ. & hoc admit-*
*tendum* Ceph. *conſ.* 65. *n.* 23. *l.* 1.

Et cum ſuprà diximus Proxenetam debere
conficere, & habere librum, ut *in leg. Regia*
*ibi adducta,* expreſsè ſancitur, etiam ampliatur
prædicta regula, ut nec tali libro Proxenetæ † 51
ſit adhibenda fides ex ratione quam tradit Baldus
*in leg.* 1. *col.* 4. *Cod. de edendo* ubi ita ait: *Sed*
*quid in his qui ſcribunt ea in quibus verſantur,*
*an teneantur codicem ſuum edere, videtur quod*
*non; quia non admittitur eorum vox viva, niſi*
*utraque parte volente, ut* in cap. 1. de teſtibus,
lib. 6. *ergo nec mortua, niſi utraque pars conſen-*
*tiat,* & ſubjicit; *Sed quid ſi librum Procuratoris*
*mei peto edi contra tertium, an audiar, videtur*
*quod non; quia cujus teſtimonium non admittitur,*
*ejus ſcripturam non reſpiciam* leg. deferre, §. idem
decreverunt, ff. de jure fiſci, *nam cum talis ſcrip-*
*tura juris adminiculum non conferat, ideo fruſtra*
*edi poſtulatur,* docet Maſcard. *de probat. lib.* 2.
*concluſ.* 1036. & accuratius Stracha *ubi ſuprà ex*
*n.* 2. *cum ſeq.*

Quinimò ſi Proxeneta † fuit examinatus, non 52
facit ſemiplenam probationem: unde ex ejus di-
cto non poterit parti juramentum deferri in ſup-
plementum, ſicut poſt alios probat Maſcard. *ubi*
*proximè n.* 27.

Vu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

53 Verum licèt Proxeneta † ex ſuprà dictis, non reputatur teſtis integra fide, vel omni exceptione major, non tamen in totum ad teſtificandum repellitur, & quanta fides ſit illi adhibenda, ex circumſtantiis, & qualitate perſonæ judex arbitrabitur, ex Abbat. *in cap. dilectorum*, *num.* 3. *verſ. ideo dicerem de teſtibus cogendis*, Stracha Maſcard. & aliis ſuprà relatis, Farinac. *ubi ſuprà n.* 414.

54 Et de conſenſu partium etiam poterit † admitti in teſtem, ut probat Bartol. *in leg. omnibus num.* 4. *verſic. cave tamen tibi*, *Cod. de teſtibus* Odofred. *in leg. fin. col.* 2. *verſic. nam dicit ipſe*, *ff. eodem*, Bartol. *in leg. deferre*, *§. item decreverunt n.* 2. *ad finem.* Petrus Benitenſis *deciſ. Bonon.* 61. *ſub nu.* 1. Stracha, Maſcard. & alii *ubi ſuprà*, quod ampliat Farinacius *ubi proximè n.* 416. uti in iſto caſu Proxeneta de conſenſu partium admiſſus plenè probet.

55 Et regulariter ubi veritas † aliter haberi non poteſt, Proxeneta in teſtem admittitur, Abbas *in cap. inſuper* 11. *verſic. & maximè in defectu aliorum teſtium de teſtibus.* Montecejo *in ſuo repertorio teſtium*, *verbo Proxeneta*, *fol.* 60. *verſic. tertio*, *& verbo teſtes inhabiles*, *fol.* 74. *verſ. ſecundo* Maſcard. *dict. concl.* 1036. *numer.* 16.

Et in inſtrumentis & contractibus in quibus
56 nihil eſt quod impediat Proxenetæ † teſtimonium recipi, Proxeneta nequaquam arcebitur à teſtimonio ſicut alius quilibet, ut docet Stracha, Gabriel, Monticelus, & Maſcard. jam relati.

57 Et in crimine † ſimoniæ, & ſolutionis uſurarum etiam Proxeneta admittitur in teſtem, & quando contractu, & negotio jam perfecto, agitur de probanda aliqua qualitate, ſeu præludio, aut quovis antecedenti ipſius contractus, ut probat Alexand. Salicet. & alii quos allegant Stracha, Gabriel, Maſcard. *ubi ſuprà*, Rota Genuenſis *deciſ.* 97. *num.* 4. *& deciſ.* 188. *num.* 9. *&* 10.

Et quando Proxeneta non adducitur in teſtem
58 ab aliquo † ex contrahentibus inter quos fuit mediator, ſed ab alio; tunc enim rectè ejus teſtimonium admittitur ex Felino, *in cap. cum à nobis*, *n.* 16. *verſic. vel niſi producatur ab extraneo*, de teſtibus & doctoribus proximè adductis.

59 Et favore † matrimonii, ac dotis mediator, & Proxeneta admittitur in teſtem, ut pluribus adductis probat Farinacius *ubi ſuprà ex n.* 442. *uſque ad n.* 449.

60 Et tandem Proxeneta non ſolum † admittitur in teſtem, verùm etiam plenam probationem facit, & ejus tantum dicto, & depoſitione poterit lis, & controverſia decidi, ſi id ſtatuto, vel lege caveatur, prout affirmat Stracha *tract. de aſſecuratoribus gloſſ.* 39. *& dict. de Proxeneticis part.* 4. *dicto §. illa quæſtio*, *num.* 33. ubi loquitur de Proxeneta jurato; Maſcard. *dict. concl.* 1036. Rectè enim poteſt ſtatuto caveri, ut unius teſtimonio maximè officialis publici fidem eſſe adhibendam, ut per Gabrielem, *lib. communium*, *tit. de teſtibus concl.* 1. *nu.* 5. *&* 11. Joannem Crotum *de teſtibus à num.* 208. Dueñas *reg.* 8. & facit textus *in cap. ſtatutum de reſcriptis in* 6. *& in cap. cum dilectus verſ. ſuprà de fide inſtrumentorum*, Farinac. *quæſt.* 63. *de oppoſitionibus contra teſtes*; *num.* 53. *& num.* 227. ubi de officiali publico, & ego dixi *in tractatu de paſcuis*, *& jure paſcendi*, *cap...* Anguiano *in tractatu de legibus lib.* 3. *controverſia* 19. *lib.* 9. *per totam* maximè *numer.* 13.

Unde † *ex lege Regia* 28. *tit.* 19. *lib.* 9. *Recopil.* 61
quæ circa Proxenetam in propoſito depoſitum ſtat ei fidem plenam in caſibus in illa lege expreſſis, & integram dandam, & ejus dicto decidendam controverſiam, ut patet ibi: *Por quanto los Corredores ſon tratadores de las vendidas y compras, y trueques que ſe hazen en las mercaderias; mandamos que el Corredor por cuya mano ſe hizieren algunas ventas, y trueques, y los ſaſtres, y tundidores, que algunos pannos ſacaren para algunas perſonas, y los mozoneros que tratan las ventas de los bienes arrobados ſean obligados a hazer le ſaver al arrendador, ò fiel o cojedor de la alcabala haſta ſegundo dia deſde el dia que ſe hiziere la venta, ò trueque, ſo pena que la primera vez ſea obligado a pagar el alcabala ſola, y por la ſegunda que la pague con el dos tanto, y por la tercera con el quatro tanto; y ſi el arrendador, ò Cojedor los trajere en prueba contra el vendedor, ò comprador, que vala todo lo que dixere, ſiendo hombre de buena fama ſobre el juramento que le ſea tomado aunque no aya ende otro teſtigo; y anſi miſmo ſea creido el Comprador ſiendo hombre de buena fama ſobre juramento que haga en forma debida de derecho, aunque aya otro teſtigo, y valga lo que dixere.*

Circa quam legem, quam, ut notabilem, & ſingularem omnes profitentur, plura cumulat Avendaño, *in capit. Prætorum* 1. *part. cap.* 1. Lazarte Azevedo, quos refert & adducit Guttierrez *in tractatu de Gabellis lib.* 7. *quæſt.* 224. *ex n.* 65. qui ſtudioſè, & ſumma cum diligentia plura admodum notabilia & utilia in praxi circa intellectum dictæ legis adductæ; & quia ſumma cum diſtinctione procedit, ejus verba vobis proponenda duxi, qui ita ait *circa cujus legis intellectum*, *& praxim plura ſunt conſideranda*, *& obſervanda. Primè quod licet regulariter ſecundum jus commune unius teſtis teſtimonium*, *& reſponſio non audiatur*, *etiamſi peculiari curæ honore præfulgeat*, ut in leg. jusjurandi verſiculi modo Cod. de teſtibus leg. 32. ad medium tit. 16. part. 5. *Petrus Dueñas* in regula 84. *latiſſimè cum ampliationibus*, *& fallentiis Proſper Farinacius* 2. tomo quæſtionum criminalium, quæſt. 68. cap. 1. num. 1. cum ſequentibus fol. mihi 324. cum ſequentibus: *Ad exactionem tamen gabellæ unius mediatoris ſeu proxenetæ*, *aut ſolius emptoris dicto in judicium per gabellarium adducti*, *ſtandum eſt*, *ut ſtatuitur*, in dicta leg. 28. in ſecunda parte, *quam ad hoc notabilem allegant Avendaño*, 1. part. cap. 1. num. 18. verſiculo in materia cuſtodiæ, cap. Prætorum, *Laſarte* dicto cap. 18. n. 74. *& Azeved.* in dicta leg. 28. num. 1. *Secundò etſi maxime controverſum ſit in jure communi inter gloſſas*, *& DD. utrùm Proxeneta poſſit eſſe teſtis in negotio in quo fuit mediator*, *& tandem communior ſententia ſit negativa*, *quamvis affirmativa ſit etiam communis*, *& nulla verior*, *& latiſſimè cum pluribus ampliationibus*, *& limitationibus priores ſententiæ negativè reſolvit Proſper Farinacius* in 2. tom. quæſt. crimin. de oppoſit. contra teſtes quæſt. 60. illatione 16. per totam fol. mihi 280. cum ſequentibus. *Attamen in propoſito noſtro exactionis gabellæ ſtatur ſolo dicto emptoris*, *vel Proxenetæ à gabellario in judicium in teſtem producti*, ut in dict. leg. 28. *cavetur cum requiſitis de quibus in ea.*

*Tertiò quod ſimiliter etiamſi maximè controverſum ſit in jure an teſtis de facto proprio reponens plenè probet*; *communis namque*

*eſt*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*eſt ſententia affirmativa cum Paulo de Caſtro, & aliis; negativa tamen cum Cyn. & aliis pluribus, etiam communis, ut eos referens ſequitur negativam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus latè probat Farinacius* ubi ſuprà quæſt. 63. cap. 4. fol. mihi 366. cum ſequentibus. *Quoad exactionem tamen gabellæ plenè ſtatur dicto ſolo emptoris vel Proxenetæ in teſtem producti à gabellario in judicio, ut apertè videmus deciſum*, per dictam leg. 28. in 2. ejus parte, *cum requiſitis ejuſdem ſtatim dicendis, quod eſt ſatis ſingulare.*

*Quartò quod ita demum ſtandum eſt in propoſito dicto emptoris, & mediatoris ſi per gabellarium adducti ſunt in teſtimonium, ut expreſsè cavetur*, in dicta leg. 28. *ſecus ſi contra gabellarium adductus ſit in teſtem, mediator autem emptor à venditore; quia nullam fidem faciet juxta regulam* dictæ legis jurisjurandi, *ceſſat enim tunc favor, & ratio vitandæ fraudis, quam pro gabellario conſideravimus, licèt enim æqualitas alias in judicio ſervanda ſit inter actorem, & reum; qua ſunt correlativi, juxta tradita per Felinum* in proœmio Gregorii num. 8. *hoc procedit quando correlativa pariformiter ſe habent, alias ſecus, ut in noſtro caſu, ut conſtat ex Felino poſt Abbat.* ubi ſuprà numero 4. & Abb. in cap. 1. de collat. *ita Laſarte* dicto cap. 18. numero 75. *& Azeved.* numero 3.

*Quintò quod deciſio*, dictæ legis 28. in 2. part. *quæ dicto jurato emptoris, vel mediatoris ſtandum eſſe ſtatuit, adducti in teſtem per Gabellarium, procedit quando conſtat de ipſa venditione videlicet per confeſſionem partium, vel alio modo, dubitatur tamen de cætera pretii quantitate cujus gabella ſolvi debet, ſecus ſi de venditione quoque contentio ſit, an ſcilicet contracta fuerit, vel non, tunc namque nullo modo ſtandum eſt dicto ſolius emptoris affirmantis, etiamſi per gabellarium contra venditorem negantem venditionem, adducantur, aliter enim fieret quod emptor eſſet teſtis ſolus ſufficiens in cauſa propria, & propterea quod ex non probata venditione, & ideo plus quam ulla gabella ſolveretur, quod eſſet abſurdiſſimum; ita Laſarte* n. 77. *& Azeved.* dict. n. 4. ubi ſuprà, *idem reſolventes innumeris ſtatim ſequentibus in perſona Mediatoris in hac eadem ſpecie.*

*Sextò quòd ſi neuter contrahentium contractui venditionis, aut permutationis ſtare velit, ſed uterque contraxiſſe neget, nemo poterit contrà eos vel contra alterutrum mediator in teſtem adduci per gabellarium*, ex dict. leg. 28. *ne fortè contrahentes cum à contractu, mutuo conſenſu receſſiſſent, contractum occultent Regalem decimam fraudaturi; ita rectè obſervavit Laſarte*, dicto cap. 18. numero 79.

*Septimò, & penultimo adnotandum erit ex eadem lege ad hoc, ut ipſius perfecta deciſio procedat, neceſſario requiri, quod emptor talis, vel mediator, cujus ſoli dicto jurato à gabellario in judicium producti ſtatur in caſibus prædictis, ſit bonæ famæ, ut conſtat ex eadem lege*, ibi: *De buena fama: ita ut id omninò probandum ſit, etiam ſi non reprobetur per reum conventum, ut maxima cum ratione obſervavit, & probat Azeved.* in dicta leg. 28. num. 7.

Verùm pro complemento hujus capitis ſupereſt nunc, ut de mercede, & Salario Proxenetarum, quod Proxeneticum vocatur, verba faciamus.

62 Et ſanè Proxeneticum † illud de quo loquitur
titulus. *ff. de Proxeneticis, & Rubrica Cod. de Otero De Officialibus. ſponſalibus, & Proxeneticis*; & alio modo ſolet vocari Philotrophum, & *in leg. 2. ff. illo tit.* ſecundùm expoſitionem Accurſii *ibi: ff. illo tit. de Proxeneticis, & in leg. 1. in fine*; ubi Albericus, *ff. de variis, & extraordin. cognit. & in leg. hæc actio, ff. de action. & obligat.* Alciatus *dicta leg. 1. diſput. cap. 22.* Stracha *dicta parte nu.* 14. debet perſolvi Proxenetæ, ut *in leg. 1. 2. & 3. ff. de Proxeneticis, & dicta leg. 9. §. 11. tit. 30. lib. 9. Recopil.* ibi: *Y al Corredor ſu Corretagie*; & in Caſu illius legis ſolvitur per venditorem, ut ex ea patet.

In aliis verò † contractibus per utrumque ex 63
contrahentibus, *argumento textus in leg. ſed, & loci §. 1. ff. finium regund.* & conducunt quæ tradunt Speculator, *in tit. de Aſſeſſoribus, §. Salarium num.* 4. & Bartol. *in leg. ſi poſtulaverit in princ.* Alciatus *apud eum; ff. ad leg. Jul. de Adult. & in leg. 7. tit. 27. part. 3.* & eorum quæ diximus *in cap. de menſoribus num....*

Quæ autem quantitas † debeat perſolvi pro 64
iſto Proxenetico relinquitur arbitrio judicis, qui pro modo negotii, qualitate, & quantitate proque labore in propoſito rem penſabit, & medium habebit, ut in leg. fin. ff. de Proxeneticis ibi: *Sic tamen, & in his modus eſſe debet, & quantitatis, & negotii in quo operula iſta defuncti ſunt, & miniſterium quale commodaverint*, attenta etiam conſuetudine terræ, *leg. 1. §. in honorariis, ff. de variis, & extraord. cognit.* latè Stracha *ubi ſuprà 2. part. ultimæ partis, §. de modo Proxeneticorum.*

Quod utique † intelligendum eſt, niſi Pro- 65
xeneticum fuerit conventum à contrahentibus, vel fuerit etiam facta taxatio à judicibus, vel aliis officialibus nominantibus Proxenetas, ut ait Eviabolanus *ſuprà num. 28. in fine.*

Et ſi Salarium hoc, vel Proxeneticum fuerit
† conventum in certa quantitate peti illud Pro- 66
xeneta per certi condictionem, ſi verò incerta quantitate per actionem ſtipulatus, ut *in §. 1. Inſtitut. de verbor. obligat. ut in leg. ſi quis certum petatur*, de quo per Speculatorem, *in titulo de Salariis, §. ſequitur verſic. is quoque*, Salicetus *in leg. Salarium, ff. mandati*, Stracha *ubi ſuprà, §. quo jure petatur Proxeneticum, num. 5.*

Non tamen debetur Proxeneticum iſtud ſi
Proxeneta dolo † malo verſatus ſit in negotio 67
in quo intervenerit, *argumento textus in leg. Mævia*, juncta doctrina Bartol. *ff. de annuis in leg. §. Divus circa finem, ff. de extraordin. cognit.* Cum enim teneatur de dolo, ut *in leg. 2. ff. de Proxeneticis*, ut ſuprà diximus, abſurdum videbatur ejuſdem negotii nomine quidquam conſequi, & ob facinus ſuum lucrifacere; indignus eſt nam-
que † beneficio qui in legem committit, ut 68
*in leg. ſibi hæreditaria, ff. de negotiis geſtis leg. ab hoſtibus, ff. ſoluto matrimonio, leg. relegatorum §. fin. ff. de interdictis, & relegat. leg. auxilium in ff. de minoribus.*

Cæterum ſi in aliquo negotio dolo malo verſa-
tus ſit nihil prohibet in eo in quo † ex fide ver- 69
ſetur, Proxeneticum deberi, nec enim corrumpi quod rectè factum eſt ſuperveniente delicto poteſt, ut *in leg. reſcriptum, ff. de his quibus, ut indign. leg. 2. ff. de itinere actuque privato.*

Nec Proxeneticum iſtud etiam debetur, ſi mini-
ſterium † extrinſecum, & non intrinſecum, & ſub- 70
ſtantiale præſtitum ſit, ex Bald. *in dict. conſilio 469. tria dubia vol. 2. & verſic. 50. eodem vol.* ſi verò Proxeneta in negotio in quo intervene-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

71 rit miniſterium intrinſecum † præſtitit & in his
quæ ad negotii explicationem pertinent, labora-
verit, etiamſi negotium perfectum non ſit, nec
effectum ſortitum fuerit, dummodo culpa Pro-
xenetici non fuerit diſſolutum, vel diſtractum,
adhuc debetur ei Proxeneticum, ut *in leg. qui
operas, §. fin. & in leg. ſi uno, §. item eum quidem
ff. locati*, ubi Bartol. tradit Stracha, *ubi ſuprà 4.
part. §. de Proxeneticis & eorum modo à quo jure
petantur, ex num.* 5. ubi ad partes articulum
iſtum diſputat, quem, ſi caſus occurrerit, videre
poteris.

Quod ſi facto contractu, & perfecta venditio-
ne, conſanguineus vigore legis municipalis, aut
ſtatuti rem venditam retraxerit *ex leg.* 70. *Tauri*
72 *cum ſeqq.* quod ab emptore † Proxenetæ eſt da-
tum, ei erit reſtituendum à conſanguineo retra-
hente; quia Proxeneticum eſt pars pretii, ut re-
ſolvit Tiraquel. *de utroque retract. §.* 29. *gloſſa*
5. *numero* 8. *&* 9. Et idem procedit quando
reſcinditur contractus per actionem redhibitoriam,
ut *in leg. debet, ff. de ædilitio edicto, & in leg. il-
lud. §. condemnatio eodem tit.* ibi: *debet autem
recipere pecuniam quam dedit, vel ſi quis acceſſionis
nomine dederit*: dari autem non id ſolum acce-
pimus quod numeratur venditori pretium, &
uſuras ejus, ſed & ſi quid emptionis cauſa ero-
gatum eſt; ubi Accurſius *verbo erogato exponen-
do*, inquit, id eſt, mediatori: Stracha *ubi ſuprà*
4. *part. §. item quæritur cum ſeqq.* ubi intelligit
id procedere quando ex voluntate partium Pro-
xeneticum fuit ſolutum Proxenetæ.

73 Utrùm verò Gabella † debeat ſolvi tantum
de pretio venditionis, an verò etiam de Proxe-
netico, & Salario præſtito mediatori, ſeu Pro-
xenetæ diſputat Bart. *in leg. ſed ſi hoc §. quidam,
ff. de conductionibus & demonſt.* ubi Paul. Caſtr.
Tiraquel. *ubi proximè, numero* 9. *& §.* 15. *nu-
mero* 5. Stracha *ubi ſuprà dicta part.* 4. *§. quæro
lege municipali per totum.*

---

## CAPUT XX.

### De officio Deſcribentium vicinos in publico Æſtimo vulgo *Padron*, Cenſitorum, Peræquatorum, & Diſcurſorum, quos Hiſpano ſermone vocamus, *Empadronadores y Deſagraviadores de pechos, y tributos.*

*SUMMARIUM.*

1 *Deſcriptionem populi & ſubditorum ſuorum olim David juſſit fieri.*

2 *Deſcriptio populi Davidis juſſu facta, exoſa Deo fuit, & cur* & n. 3.

4 *Auguſtus Cæſar fuit primus qui gentes ſibi ſubditas incapitari & deſcribi fecit, cenſum vel tributum imponendi cauſa.*

5 *Deſcriptionis Orbis Edictum quo in loco à Cæſare fuit editum.*

6 *Deſcriptor ſeu Incapitator populi quis fuerit in Judæa delegatus.*

7 *Deſcriptio ſeu incapitatio quamdiu in Judæa duraverit, & quantus fuerit numerus incapitatorum.*

8 *Tributum quod unuſquiſque deſcriptus ex Edicto Cæſaris erat ſoluturus, in quo ſiſteret,* & n. 9.

10 *Tributi ſolutio pro Edicto Cæſaris maximum creavit apud Judæos ſcandalum & altercationes.*

11 *Deſcriptionem ſubditorum & Vaſſallorum facere, an poſſit eſſe utile, vel quæ incommoda & pericula ex tali deſcriptione poſſint oriri*, remiſſivè.

12 *Tributa non ſolùm imponere pro cognitione Vaſſallagii & ſupremæ poteſtatis, ſed etiam alias Collectas & impoſitiones, publicâ causâ & communibus neceſſitatibus urgentibus, Regno & Vaſſallis injicere ad Reges jure Regaliæ ſpectat.*

13 *Tributorum quæ in Hiſpania imponuntur, variæ cauſæ ſunt, & eorum nomenclatura diverſa.*

14 *Gregorii Lopez ſententia circa tributum quod in Hiſpania vulgari ſermone vocatur* Fonſadera, *non admittitur, imo refellitur ex quodam vetuſtiſſimo privilegio per Alphonſum primum Regem Legionis, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Valpueſta conceſſum, quod* ibi *affertur.*

15 *Tributi vulgò* Fonſadera, *antiquitas unde deducatur.*

16 *Tributi vulgari ſermone* Fonſadera *dicti, in quo conſiſtat ratio & ſubſtantia.*

17 *Tributorum varia afferuntur nomina.*

18 *Tributum vulgò* Siſas *quo tempore fuerit impoſitum.*

19 *Tributum vulgò* Alcaval *qua ratione ſit dictum*, remiſſivè.

20 *Tributa quæ in Hiſpania exiguntur, in quo cenſibus & impoſitionibus à Romanis Imperatoribus indictis, correſpondeant.*

21 *Tributorum in triplicem ſpeciem diviſio.*

22 *Tributa perſonalia quid?*

23 *Tributa Realia quænam dicantur.*

24 *Tributa miſta quænam ſint.*

25 *Tributa omnia quæ in Regno Caſtellæ inveniuntur ad perſonalia & realia ſeu patrimonialia reducuntur.*

26 *Tributum quod vulgò dicitur* la Moneda forera, *ex perſonalibus potiſſimum & antiquiſſimum inventum eſt.*

27 *Tributum vulgò* la Moneda forera, *ut ſolvatur, non habetur ratio patrimonii, ſed tantum capitis.*

28 *Exemptus licèt quis ſit à cæteris tributis ex ſpeciali Principis privilegio, non tamen cenſetur exemptus à cenſu monetæ foreræ.*

29 *Eximi nullus poteſt à præſtatione Tributi monetæ foreræ, nec per ætatem aut ſexum, nec etiam per præſcriptionem immemorialem.*

30 *Exemptio à vectigalibus & cæteris tributis, exceptâ monetâ fcomponents forerâ, conſuetudine & præſcriptione immemoriali poteſt induci.*

31 *Eximi quis poteſt à tributo monetæ foreræ, & quolibet alio capitis cenſu, ex ſpeciali Principis privilegio.*

32 *Exemptionem à tributo monetæ foreræ per viam nobilitatis, præſcriptione acquiri poſſe, ſentit* Flores de Mena.

33 *Tributi capitis vim & ſpeciem continet tributum quod communiter vocatur* de la Martiniega.

34 *Tributorum realium vel patrimonialium quodnam potiſſimum ſit in Regno Caſtellæ.*

35 *Cenſitores quidam antiquitùs publicè nominari ſole-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ſolebant qui perſonarum & bonorum deſcriptionem faciebant, ut tributa perſonis & rebus indicenda exactè & ſine fraude patrimonii Regii perſolverentur ab omnibus.*

36 *Cenſorum ſeu Cenſitorum varia circa Tributorum impoſitionem & ſolutionem munera.*

37 *Peræquatorum in tributis indicendis & colligendis quale eſſet officium.*

38 *Peræquatores à Cenſoribus in quo differant.*

39 *Inſpectorum munus ad quid inſtitutum.*

40 *Cenſorum antiquorum ad inſtar ſunt deputati quidam publici miniſtri in Hiſpaniæ Regno, præſertim Caſtellæ, qui vulgo* Empadronadores *vocantur.*

41 *Cenſitores vulgò* Empadronadores *à quo & quomodo nominari debeant colligitur* lege 8. tit. 33. lib. 9. recopil. *quæ ibi affertur.*

42 *Cenſitores ſeu* Empadronadores, *legitimè & pro debita forma nominati debent facere Æſtimum, deſcriptionem ſeu matriculam vulgò* Padron, *ad impartienda vicinis tributa nempe* El ſervicio Real, Moneda forera *& alia jura redituali quæ Principi vel Conſilio ſolent perſolvi.*

43 *Æſtimus vulgò* Padron, *à Cenſitore conficiendus debet eſſe ſolemnis, Authenticus & publicus.*

44 *Æſtimus ſeu matricula facta à Cenſitore, debet approbari à Judice & Decurionibus.*

45 *Pauperes Tributum perſonale & capitis ſolvere non tenentur.*

46 *Cenſitor, vel Peræquator vulgò* Empadronador *non debet quemquam ſcribere in dubio pauperis, vel habentis bona unde ſolvat, ſed cum diſtinctione,* ex leg. 10. tit. 33. lib. 9. recopil. *quæ ibi inſeritur.*

47 *Deſcriptio ſeu impartitio facienda pro tributis vulgò* El ſervicio ordinario, y extraordinario, pecho que ſe paga de los bienes, *requirit, ut forma* leg. 4. tit. 14. lib. 6. recopil. *ſervetur & omnino attendatur.*

48 *Æſtimus ſeu deſcriptio, ut fiat à Cenſitore ad tributa realia imponenda, tenentur poſſeſſores manifeſtare bona ſub fide juramenti, licet in aliquibus locis conſuetudine obtentum eſt quod non fiat Æſtimus, ſed Cenſitores ad bonum oculum arbitrarii, ut dicunt, bona ad facultates æſtimant.*

49 *Partitio in Æſtimo regulariter fit per Æs & librum.*

50 *Immunes à tributis realibus quinam ſint,* remiſſivè.

51 *Peræquatores, ſeu* Empadronadores *ſi inæqualem partitionem aut deſcriptionem quoad tributum in bonis vel perſona fecerint, quonam remedio uti poterit gravatus.*

52 *Bona poſita in Æſtimo ſi creſcant vel decreſcant ultra æſtimationem in eo factam, an impartitio tributi debeat augeri vel minui,* remiſſivè.

53 *Æſtimus vulgò* Padron *licèt publicus & authenticus, non probat nec dominium nec poſſeſſionem bonorum.*

54 *Æſtimus quando producitur unà cum ſolutione Cenſus & Collectarum, tunc rectè probat locum vel villam ſolventem cenſum vel Collectas eſſe de dominio illius cui ſolutio fit.*

55 *Cenſitorum officium publicum reputatur, atque adeo neceſſarium, ut nullus ab eo excuſari poſſit.*

Otero De Officialibus.

56 *Diſcurſores per Regnum à Rege mitti ſolent, qui querentibus de injuſtitia vel inæquali partitione circa tributa, Juſtitiam exhibeant.*

57 *Deſcriptiones vicinorum vulgò* Padrones *debent in libro Concilii cujuſlibet oppidi ſcribi per ejus Tabellionem, non autem per alium.*

PRo perfecta elucidatione hujus Capitis, & genuina ſeriæ materiæ (quæ & grata & utilis, ni fallor, apparebit) notitiâ, altius rem petere, & à rerum primordiis originem ſumere fas mihi erit.

Et primò conſtituo Deſcriptionem † populi, 1
vaſſallorum, & gentium ſubjectarum à Davide Rege factam fuiſſe, & habetur, 2. *Regum cap.* 24. ibi: *Vade, & numera Iſraël, & Judam: dixitque Rex ad Joab Principem exercitus ſui: perambula omnes tribus Iſraël à Dan uſque Berſabée & numerate populum, ut ſciam numerum ejus, &* paulò inferius ibi: *dedit ergo Joab numerum deſcriptionis populi Regi, & inventa ſunt de Iſraël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, & de Juda quingenta millia pugnatorum,* & Paralipomenon 1. *cap.* 21.

Quam deſcriptionem † non ad tributa impo- 2
nenda, vel incapitandos vaſſallos, Davidem feciſſe omnes Interpretes agnoſcunt; exoſam tamen Deo omnipotenti viſam fuiſſe, & in ea graviter peccaſſe commune eſt eorum placitum, & ex ipſo textu deſumitur apertè ibi: *Percuſſit autem cor David eum, poſtquam numeratus eſt populus, & dixit David ad Dominum: peccavi valdè in hoc facto.* Quam autem ſpeciem peccati continuerit
talis † deſcriptio in corde Davidis, tradunt ibi, 3
gloſſa ordinaria apud Lyran. Joſeph. *lib.* 7. *antiquit. cap.* 23. & Cajetanus *ſuper Exodum cap.* 30. Joannes Benedictus *in ſcholiis marginariis ſuper lib.* 1. *Regum D. cap.* 24. qui duplici peccato innodatum fuiſſe Davidem auſpicantur utroque mortali & graviſſimo, altero omiſſionis contra præceptum Dei de quo Exod. *cap.* 30. ubi præcepit Deus, quod dinumeretur populus (ut non eſſet in eo plaga) & pro uniuſcujuſque capite Deo certa ipſi pecunia offerretur, quam dinumerationem omiſerat David, & licèt tunc eam fieri decrevit, non tamen eo fine ut Deo ſolveretur tributum. Altero (& hæc eſt communior ſententia) elationis, & ſuperbiæ, ut ſentit Divus Gregor. *in cap. Eccleſia* 1. *quæſt.* 4. *verſic. item David,* ibi: *item David populum numeravit, quo peccato gladius Domini deſæviit in populum, ſed in lata gente gloria Regis eſt, in diminutione plebis contritio Principis; qui ergo de numero ſic & ſuæ gentis ſuperbivit, jure in ejus diminutione punitus eſt.* Quod ita comprobat & ſequitur elegantiſſimè Marquez *in gubernatione Chriſtiana, lib.* 1. *cap.* 29. quem omninò vide, & ex noſtratibus Joan. Guttierrez *lib.* 3. *pract. q.* 17. & 18. *n.* 170.

Sed cauſa imponendi cenſum, tributum, vel collectam, primus qui gentes ſibi ſubjectas incapitari, & deſcribi fecit, fuit † Auguſtus Cæſar 4
ſuper quo promulgavit Edictum, ut habetur Lucæ *cap.*2. ibi: *factum eſt autem in diebus illis, exiit Edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis.*

Quod utique Edictum Tarragone † Provinciæ 5
Catalauniæ editum fuiſſe ab Auguſto Cæſare poſt victos Cantabros, nempè *Bizcainos* tradunt Gerundienſ. *lib.* 10. *Chron.* Tarrapha *de Regibus*

*Hiſpan.* & Palacios Rubios, *tract. de inſulis, & de retentatione Regni Navarræ* quos refert Pineda *in ſua Monarchia part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 12. §. 3. & in eadem civitate ſuſcepiſſe octavum & nonum conſulatum, addit Suetonius *in Auguſto cap.* 29. & Gerundienſis *ubi proximè*, quod ita in Annalibus Romanis originale Edictum fuit inventum & jus data in Tarragonia, & ex eo quod datum eſſet in Hiſpania, Tabelliones ob adulationem exinde in monumentis, & ſcriptis publicis conſueviſſe ſub Æra Cæſaris ſubſcribere, quouſque tempore D. Berengarii Archiepiſcopi Tarragonenſis hoc fuit abolitum; præcepit enim, & ordinavit expreſsè quod loco Æræ Cæſaris apponeretur annus currens à Nativitate Domini: & poſtea Rex D. Petrus Aragonis id ipſum ſtabilivit in Curiis Valentiæ celebratis ſub anno 1358. & in Regno Caſtellæ primus omnium Rex D. Joannes primus in Curiis in civitate Segovienſi factis ſub anno Domini 1358. & in Regno Luſitano alter Joannes primus anno 1415.

Et licèt hoc Edictum deſcriptionis ab Octaviano Auguſto editum cum viris loqueretur tantum, & capitibus familiarum; tamen Sanctiſſimus Joſeph cum in Nazareth viveret, accepit ſecum Beatiſſimam & ſanctiſſimam Virginem Mariam Dominam noſtram (quæ jam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum de Spiritu ſancto conceperat, & in nono prægnationis menſe erat) & in Bethlehem cauſa deſcriptionis & Edicti adimplendi ſe contulerunt, ſanctiſſimus enim Joſeph tanquam ortus & originarius de Domo David, debebat nomen ſuum ibi deſcribi facere ac tributi impoſiti didrachma perferre; & obiter conſiderare poteris iter illud laborioſum mulieri ita gravidæ, & prægnanti fortaſſis fuiſſe & tempore hiemis præſertim cum Naxareth à Jeruſalem, & Bethlehem 30. vel 32. diſtet Leucis, ut advertit Doctiſſimus Villegas, *lib.* 2. *de Patriarchis, & Prophetis, & vita Dominæ noſtræ Ducæ & ſacratiſſimæ Mariæ, cap.* 11. cum autem in Bethlehem ob magnum gentium concurſum causâ ejuſdem deſcriptionis ſive incapitationis illuc occurrentium, diverſoria eſſent occupata, in Spelunca ſub muro, & mœnibus civitatis abſciſſa & facta, quæ ut ſtabulum cum ſuo præſepio inſerviebat diverſorio quod intra civitatem ibi pone adhærebat, de quo intelligi debet illud Lucæ *cap.* 2. *Quia non erat locus in diverſorio*, noctem fecerunt, & ibi orta eſt ſalus mundi, & natus Salvator noſter: Et ſtabulum iſtud jam non ita nominandum, ſed ſacratiſſimum Solium, & venerabiliſſimam domum depingit, & deſcribit Brocardus *in deſcriptione terræ ſanctæ* 1. *par. cap.* 7. §. 56.

6 Qui autem † deſcriptionem, ſeu incapitationem Judæ, juſſu & Imperatoris mandato fecit, fuit quidam Cirenius, ut probatur Lucæ *dicto cap.* 2. & ut tradit Divus Hieronymus, *cap.* 2. *ſuper Iſaiam*, primus Incapitator, & Executor Edicti illius.

7 Et incapitationem iſtam † per novem annos duraſſe in Judæa tradit Joſeph. *lib.* 18. *antiquitatum cap.* 5. Zonaras 1. *tom. annalium*; Nicephorus *lib.* 1. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 17. & cum eis Pineda *ubi ſuprà* §. 2. & 3. ubi in propoſito alia non contemnenda (ſi curioſitatem appetis) perlegere poteris; ubi quot in iſta deſcriptione ſecundùm Nicephorum incapitati fuerunt *Veinte y ſeis mil, y treinta y ſiete myriadas de todos los del Imperio Romano, y como cada myriadas valga diez mil, ſuman docientos y ſeſſente quentos, y trecientos y ſeſſenta mil Barones, y no ſe contavam mas de las cabezas de las familias.*

Tributum † autem quod unuſquiſque deſ- 8
criptus, & incapitatus erat ſoluturus, in una didrachma conſiſtebat, valorem duplicis Drachmæ habente. Didrachma autem 36. marapetinos Caſtellæ valet, ut docet Cava *de veter. numiſ. in collat. cap.* 2. *y de eſtos didragmos de ados reales y un quarto, dize Budeo*, lib. 5. de aſſe, *que eran los treinta dineros por que Judas el traidor vendiò al Redemptor del Mundo, y que tenian por la una cara entera, y por la otra un Ramo, y dice Pineda en el lugar referido qui en Roma ſe hazian muchas de aquellas monedas de cobre con las miſmas figuras tamano y peſo y que el llevo muchas de ellas.*

In quo tributo imponendo non attendebatur ſub-
ſtantia † bonorum, ſeu rei familiaris, licet ad alios 9
reſpectus etiam fiebat deſcriptio, ſed tantum erat tributum capitis in recognitionem dominii, vaſſallagii, & ſubjectionis, & ſic æqualiter omnes ſolvebant, & tributum capitis dicebatur, ut infrà dicemus.

Ex cujus tributi ſolutione † maximum ſcan- 10
dalum apud Judæos fuit ortum, & altercationes irrepſerunt, ut aptiſſimè perpendit Joannes Gutierrez *ubi ſuprà ex num.* 161. cujus verba, quia mirè huic rei conſonant, & conveniunt, vobis ad litteram referam, & ſic ſe habent ibi: *Quo loco debemus animadvertere quod Judæi non recuſabant Cæſari tributa perſolvere, ſed illum tantum cenſum qui in Hiſpania* Moneda forera *appellatur in ſignum Regalis ſubjectionis, imperatum pendebatur, ſed ad ſuperbiæ potius rumorem extorquebatur, & hoc erat quod Judæi Chriſtum ſciſcitabantur, quia ſe liberos putabant tanquam filii Abrahæ.*

Vel verius quod Judæi recuſabant ſolvere cenſum ſive tributum Cæſari. *Y haviam ſcrupulo dello*, ut conſtat Matthæi 22. *donde preguntaron à Chriſto (aunque con malicia)* licet cenſum dare Cæſari, aut non? recuſabant (inquam) hac ſola ratione quantum ego arbitror; quoniam reputabant eſſe ipſis illicitum, *por ſer publico particulariſſimamente dedicado à Dios y al culto divino reconocerſe por ſujetos, y rendidos a ningun Principe, y infiel y Pagano como era Ceſar, mayormente morando y viviendo en ſu propia y natural tierra donde fueron nacidos, y criados*, & quoniam illa ſolutio cenſus ſive tributi erat ſpecialiter ordinata in profeſſionem ſubjectionis perſonalis, ideo recuſabant ſolvere, *ſin tener attencion a mirar ſiel Ceſar lo pedia por hinchazon, o ſobervia, o por otra conſideracion*, ita Cajet. & Nicol. de Lyra, & multi alii, *ſuper illum locum Matthæi.*

*Eſte cenſo commenzò a imponer Auguſto Ceſar quaſi al nacimiento de Chriſto nueſtro Redemptor*, ut conſtat Lucæ 2. *donde dize*, exiit Edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis *y anſi lo dize ſan Buenaventura, y el venerable Beda ſobre eſte lugar, y annade ſan Buenaventura que eſte cenſo era licito*, & quia facta erat jam Judæa tributaria, ſignificabatur quod tempus advenerat Nativitatis Chriſti juxta illud, *Geneſ.* 49. *non auferetur ſceptrum de Juda, y como eſte cenſo, o tributo parecia coſa nueva, levantò ſe entonçes (como dice Joſepho* lib. 18. antiquitatum) *un famoſo Judio cuyo nombre fue Judas Gaulonites*, cujus meminit, *ſan Lucas* actuum cap. 5. *eſte commenzò a perſuadir a los Judios que no les era licito reconocer ningun ſennor en*

*la*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*la tiera moyormente inſiel, ni pagar tributo ordenados a eſte reconozimiento, y hico a muchos de ſu opinion, y anſi a Chriſto como a Maeſtro, y muy docto le preguntaron ſi era licito, ſi en concienҫia ſe podia poner*: itaque Judæi nefas eſſe reputabant unius ſummi, & veri Dei cultores, & ipſi ſpecialiſſimè dicatos Principi infideli, & Idololatræ cenſum, & tributum ſolvere in ſignum ſubjectionis, & hac ſola ratione illud recuſabant. Cæterum aliis rationibus, & titulis alia tributorum genera optimè ſolvebant, ut inſinuat D. Paul. *ad Roman.* 13.

11 Sed an facere deſcriptionem Vaſſallorum, & patrimoniorum poſſit eſſe † utile, vel quæ incommoda vel pericula ex tali deſcriptione poſſint cauſari, diſputat elegantiſſimè Marquez *in gubernat. Chriſtiano. cap.* 2. *per tot. lib.*

12 Secundo conſtituo quod cum ad Reges † ju-
re Regaliæ ſpectet non ſolum pro cognitione
Vaſſallagii, & ſupremæ poteſtatis, tributa impo-
nere; ſed etiam alias collectas, & impoſitiones
publica cauſa inſtante, & communibus neceſſi-
tatibus exigentibus, Regno & Vaſſallis injicere
ut latè tradit Ubaldenſis *tract. de collect. n.* 3. Nico-
laus Feſtas *eodem tract. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 1.
Flores de Mena *lib.* 2. *var. quæſt.* 2. *part.* 1. §.
1. *num.* 11. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10.
*ex num.* 219. *cum pluribus ſeqq.* D. Joann. del
Caſtill. *tom.* 7. *de tertiis cap.* 41. *num.* 79. & nos
ſuprà diximus. Varia tributa in Hiſpaniæ Re-
13 gnis inveniri conſtituta quæ diverſam † nomen-
claturam, vel ratione cauſæ, & finis ſuæ inſti-
tutionis, vel rei perſolvendæ, aut temporis in
quo ſolutio debet fieri, accepere: & communi-
ter noſtro idiomate Caſtellæ uſurparunt: *Co-
mo ſon el Pechero, ſervicio ordinario*; de quo *in
toto tit.* 13. *lib.* 6. *novæ Recopil. el maico, o mar-
cazga*, quod eſt quoddam tributum quod ſolvitur
in menſe Martii, *la Martiniega*, quod die ſancti
Martini debet perſolvi, & ideò hanc nomencla-
turam communiter uſurparunt; de quibus, *leg.*
26. *tit.* 28. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez, *La Mo-
neda forera*, de quo tributo infra latius dicemus.
*La fonſadera* cujus meminit, *dict. leg. partitæ &
leg.* 34. *tit.* 18. *p.* 3. *aſſi como darles heredamien-
tos, o quitar les pecho, o de Hueſte, o fonſadero*,
& cum tributi iſtius inventum, & qualitatem non
ſatis perceperit Greg. Lop. ibi, non parum laboris
& curæ mihi fuit iſtius rei lancem invenire.

Gregor. Lopez itaque ubi *proximè gloſſa verbo fonſadera*, ita ait: *fortè ſic dictum; quia imponebatur pro verſatis Caſtellorum vel exercitus; non eſt hodie in uſu quod ego ſciam.*

14 Sèd certiſſimum † virum genuina, & vera hujus tributi qualitas latuit: ejus antiquitas deſumitur ex quodam vetuſtiſſimo privilegio, quod Rex Alphonſus primus iſtius nominis, & Tertius Rex Legionenſis (qui ob eximias ejus virtutes primus cognomentum Catholici meruit, in ſuis ſucceſſoribus uſque ad hæc tempora feliciter, & ſumma cum ratione conſervatum) Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Valpueſta conceſſit: cujus litteram, è latino ſermone in hiſpanicum converſam fideliter tranſcripſit Garibai, 1. *tom. hiſtor. Hiſpan. lib.* 9. *cap.* 7. & pro ſtudio antiquitatum notitiam appetentium, eam hìc inſerere libuit, & ſic ſe habet.

15 *Yo Don Alonſo por la Gracia de Dios Rey de Obiedo, por el amor de Dios, y por el perdon de mis pecados, y, por las animas de mis padres hago privilegio por teſtamento con conſejo y conſentimiento de mis Condes, y Principes a la Ygleſia de ſanta Maria de Valpueſta; y a ti al venerable Juan Obiſpo, y maeſtro mio, aſſi de las coſas genadas de la miſma Ygleſia, como de las que tus anteceſſores uvo adquirido; y le doy tambien eſta Ygleſia, conviene a ſaver los proprios terminos de Orondia haſta la fuente de Sanabria, y deſde la fuente de Sanabria haſta Morales, y deſde Morales haſta Rodel, y de Rodel haſta Penila; y de la otra parte haſta la fuente de Zembrana, y deſde la fuente de Zembrana haſta la fuente de Buſto y deſde la fuente de Buſto haſta Pina Rubia, y deſde Pina Rubia haſta ſan Chriſtobal, y de ſan Chriſtobal haſta ſan Emiterio y Zeledinio por la calcada que va a val de Goloia haſta Guiniela, y de Guiniela lomo a lomo haſſia lo alto de Pocos, y de Pocos haſta Pena alta con todos fuentes y lagunas, y prados con ſalida y buelta; y ſi algune por algun homicidio o culpa ſe acojiere dentro de eſtos terminos, ninguno ſea oſada a ſacarle de alli mas antes de todo punto ſea ya ſalvo: y los clerigos de la Ygleſia en ninguna manera reſpondan por ello; y demas de eſto, ſi alguno fuere muerto entre eſtos terminos, ni los clerigos ni los legos que ay fueren vecinos, den razon de tal homicidio, ni por ninguna manera ſea prenda de ay ſacada. Y a lo de arriba ſe annade el lugar que ſe llama Loſacilla formal con ſus terminos, y ſus derechos, y Valla lumprios con ſus derechos, y Freſno con los terminos llamados de Reantia haſta ſanta Maria ſubeſcus carrera, haſta el Vallejo de la fuente de la Hicedo, y do ay haſta la Calzado con ſus montes, y fuentes y lagunas, todo enteramente. Y tangan demas de eſto lizencia de paſſar por todo mis montes, y por aquellos lugares por los quales otros paſſaren. Doy tambien el lugar que llama Pontacer, las Ygleſias de ſan Coſme y ſan Damian; y ſan Eſtaban y ſan Zibrian, y ſan Juan y de los ſantos Pedro y Paulo, y ſan Capraſio con ſus heredades, y terminos de Penna haſta el Rio de Oroncon; los molinos y prados, y huertos, y con ſus pertinenzias. Y tambien mando que tengan plenaria libertad para cortar madera en mis montes para labrar Ygleſias y edificar caſas, y para quemar, y para otra qualquier coſa neceſſaria en deheſas, y en los prados, y en las fuentes, y en los arroyos y en ſalida, y entrada ſin montazgo, ni portazgo; y doy a eſta dicha Villa, ò monaſterio, ò Ygleſias, ò terminos ſobre dichos, y a los que tu, y tus ſucceſſores pudieredeg alegar, y acquirir que no tengays Caſtilleria, ò ronda, ò fonſadera, y no padezcan injuria del ſayon, ni por fonſado, ni por hurto, ni por homicidio, ni por fornicio, ni por otra alguna calumnia, y ninguno ſea oſado de los inquietar por fonſado, ò anubada, ò trobajo de Caſtillo, ò ſervicio fiſcal, ò Real. Y la data dize fecha la carta del teſtamento debajo del dia que era doze de las calendas de Junio era de ocho cientos, y doze, Reynando el Rey Don Alonſo en Obiedo.* Quod utique Privilegium verum, & authenticum etiam referunt, & profitentur Morales *lib.* 13. *Hiſpan. cap.* 15. & *cap.* 34. Pater Anton. Yepes *in Chronica ſancti Benedicti, tom.* 3. *centur.* 4. *ſub anno* 802. *in fundatione Eccleſiæ de Valpueſta fol.* 349.

Ex quo utique deſumitur quanta fuerit † 16
hujus tributi antiquitas, ſi quidem ſecundùm computationem annorum factam à Garibai privilegium prædictum expeditum fuit 21. die Maii ſub anno Nativitatis Domini 774. & tempore

Alphonſi Catholici, vel ut Ambroſius, & Morales, & Yepes ubi ſuprà malunt tempore Alphonſi Caſti ſub dicto anno 802. quibus accedit Pater Mariana, *lib.* 7. *Chronicæ cap.* 6. (Sed hoc nihil ad nos) & in ipſo ſupponitur jam tale tributum eſſe impoſitum, ſiquidem ejus exemptio per prædictum privilegium Eccleſiæ de Valpueſta condonatur.

Licet tamen ex eo antiquitas nota fiat, non tamen in quo tale tributum conſiſtebat, vel ejus
16 ſubſtantia † aperitur, eam tamen ſignificat Ga-
ribai, *ubi ſuprà in fine capitis*, per hæc verba: *Aquel nombre de Fonſadera de que el Privilegio haze arriba mencion, era en eſtos tiempos, y en los de los Reyes Godos un genero de tributo uſado en Heſpanna, que era la reparticion y derrama en que contribuian los pecheros de eſtos Reynos para la paga y ſueldo de la gente de Guerra de las hueſtes, y exercitos contra enemigos: y anſi en diverſos antiguos Privilegios dados por los Reyes, ſe halla hecha menzion de los nombres de fonſadera, y ſalir a fonſado era yr en perſona a la guerra y los que iban a fonſado, eran libres de fonſadero.* Hactenus Garibai, cui diligentiſſimo & perſpicaciſſimo viro ac magno antiquitatum exploratori libens adhæreo, ridiculum exiſtimans quod ab aliquibus ſine Autore vulgò jactatur *fonſadera* dici corrupto vocabulo ablata *A.* & dempta *L.* quia tributum tale ab Alphonſo Rege fuit impoſitum, quod ex dicto privilegio non ſignificatur, ſed potius (ſicut & alia tributa, de quibus ibi fit mentio) antea poſitum fuiſſe, & cum Zamalloa ac Garibai convenit Joannes Garcia *de Nobilitate gloſſa* 1. §. 1. *n.* 22. ibi: *etenim el cargo de yr en hueſte* fere idem *con el cargo de fonſado ò fonſadero el qual era*, dare commeatum militi qui ſuo loco ſubiret munus militare.

17 *El mantenimiento* † *ò por el qual ſe entiende ſalir a los alardes, velar, rondar e yr en perſona a las guerras, guardar las puertas*, ut teſtatur Bobadilla *lib.* 5. *Politicorum cap.* 5. *n.* 38.

*El Almoniſazgo, y portazgo*, quod idem eſt de quo loquitur, *lex* 25. *tit.* 9. quæ incipit *Almo jariſe part.* 2. *leg. tit.* 28. *part.* 3. *leg.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *& in prædictis legibus*, Gregor. Lopez *per varia Scholia*, *& tit.* 24. *&* 25. *lib.* 9. *Recopil.* & plures leges de quibus *in tit.* 6. *lib.* 3. *& tit.* 11. *lib.* 6. *& titul.* 27. *lib.* 9.

*Contribuçion* quod puto nomen genericum, quo vocabulo utitur, *leg.* 15. *tit.* 4. *lib.* 4. *de las ordenanzas Reales*, quæ eſt *leg.* 17. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.*

*Derechos* etiam nomen genericum, ut *in leg.* 37. *tit* 18. *lib.* 9. *& in leg.* 11. *tit.* 9. *eodem libro*, & in pluribus relatis ab Azevedo *in repertorio ejuſdem lib.* 9. *derechos.*

*Pedidos* de quibus *in leg.* 27. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recopil.* & paſſim in pluribus legibus, *ſub tit.* 11. *lib.* 6. *Impoſitiones*, nomen generale tributorum de quibus in pluribus legibus, *ſub dict. tit.* 11. *lib.* 6. *Recopil.*

*Montazgo* quod etiam ſolet vocari, *ſervicio de quo in toto tit.* 27. *lib.* 9. *Recopil.* cujus originem tradidimus, *in libro de paſcuis.*

*Puertos y portazgos*, de quibus *in leg.* 6. *tit.* 28. *part.* 3. *& leg.* 5. *tit.* 7. *part.* 5. *& leg.* 8. *tit.* 83. *part.* 7.

*Rentas* quo nomine utuntur, *lex* 6. *tit.* 28. *part.* 3. *leg.* 2. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopil.* & plures leges *ſub tit.* 8. *lib.* 9.

*Tercias* de quibus *in toto tit.* 21. *lib.* 9. *recopil.* quarum naturam & qualitatem cum diverſis quæſtionibus, materiam tangentibus, tum difficilibus, tum etiam in praxi utilibus mirificè, & ſumma cum diligentia illuſtravit D. Joann. de Caſtillo & Soto major, *tom.* 7. *pract. per tot.*

*Siſas* de quibus † loquitur *leg.* 16. *tit.* 4. *no-* 18
*væ Recopil.* quod tempore Regis Alphonſi II. vel ut alii dicunt XII. originem habuit. Cui conceſſum fuit in civitate Burgenſi ad certum tempus, Belloque contra Mauros durante, & deinde à reliquis Caſtellæ & Legionis civitatibus, oppidis & locis libenter admiſſum eſt, conceſſum fuit inquam, quatenus in Hiſpaniæ Regno illa patent, quæ ſola ſub illius Regis ditione erant, idque pro expellendis Mauris, & nominatim pro expugnatione civitatis Algericæ anno Domini 1342. *ut patet ex Chronica ejuſdem Regis Alfonſi Undecim. cap.* 262. & referunt, ac id profitentur Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidianar. cap.* 3. *in princ. num.* 15. *cum ſeqq. &* Zamalloa *in compendio Hiſtoriarum Hiſpan. lib.* 14. *cap.* 17. ibi: *que ſele otroga con dificultad con condicion que ſolamente gozaſſe durante el cerco de Alguira, y que deſpues la Ciudad de Leon, y el reſto de los pueblos de los Reynos de Caſtilla y de Leon hizieron lo miſmo que las cavezas, concediendo al Rey Don Alonſo el decimo de veinte uno de alcavala, que deſpues con ſus neceſſidades de guerras vin a doblarſe eſte tributo.* Cujus etiam meminit Doctor Illeſcas Hiſpan. *in Pontificali hiſtor. lib.* 6. *cap.* 19. quos & alios ex noſtri juris profeſſoribus citat, & ſequitur Laſarte *in præfatione ſui tract. decima venditionis parte*, *nu.* 19. *&* 20. ejuſdem ſententiæ eſt Humad. *in leg.* 45. *gloſſa* 3. *num.* 6. *part.* 1. quamvis dicat hoc contigiſſe anno Domini 1380.

Addit tamen Laſarte Uſip. *num.* 21. *cum ſeqq.* quod poſtea anno Domini 1349. cum jam expugnata captaque eſſet Algeria, congregatis Compluti ſolemnibus comitiis ipſiuſmet Regis Alfonſi eadem neceſſitate, & non modo durantibus, ſed & creſcentibus bellorum malis, & ex aliis cauſis relatis à Montalvo *in leg.* 50. *verſ. qui Pharaon, columna* 4. *verſic. dictum tributum tit.* 6. *part.* 1. iterum ſimpliciter conceſſum ei fuit jus iſtud Alcavalæ & in Regale patrimonium, ſicut & cætera jura hactenus inſtituta, perpetuo reductum, quod & refert Zamalloa *in compend. hiſtor. Hiſpan. lib.* 14. *in vita Regis Alfonſi undecimi, cap.* 23. *adonde doze que fue para cercar la Ciudad de Gibaltar, y que todo contradijo eſto al principio; pero que deſpues viſtas las notarias, y grandes neceſſidades del Reyno conſintiò en ello; y lo miſmo hizieron los demas Reynos viſtas las cauſas legitimas, que el Rey repreſentava; y no declara eſte autor que eſta conceſſion fueſſe por cierto tiempo ſennalado como la otra primera, ſino dize ſimplemente que ſe lo concedieron los Procuradores de cortes, y anſi le alega y ſigue en eſte ſentido*, quæ ſimpliciter huic bis idem conceſſum fuit hoc tempore Laſarte *ubi ſuprà num.* 21. in hac ſecunda conceſſione quæ ſimplex, & indefinita fuit, tota iſtius vis, & juſtitia conſiſtit.

Qua verò ratione † hoc tributum noſtro Hiſ- 19
pano ſermone vocatur *Alcavala*, tradit Laſarte *decima vendit. part. nu.* 28. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 3. *in princ. nu.* 20. Molina Theologus 3. *part. de Juſtitia, & jure diſputat.* 663. *num.* 1. Joann. Guttierrez *de Gabellis quæſt.* 2. *ex nu.* 13.

Los

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Los Millones*, quod tributum inventum fuit anno Domini 1550. tempore Philippi.

20 Quæ quidem tributa in quibus † correſpondeant cenſibus & impoſitionibus à Romanis Imperatoribus indictis, quæ diverſa etiam nomina in jure ſortiuntur; qualia ſunt munera, tributa, vectigalia, gabella, cenſus, annona, functio, penſitatio, indictum, ſuperindictum, talia, præſtantia, collecta, pedagia, portoria, gindaya, angaria, perangaria, canon, videre poteris apud Otaloram 1. *part. cap.* 2. *in princ.*

21 Tributa autem hæc † ad triplicem reducuntur ſpeciem; nam alia ſunt perſonalia, alia patrimonialia, alio verò mixta.

22 Perſonalia † quæ ſolum perſonis imponuntur abſque patrimonii conſideratione, & in labore, & miniſterio perſonæ conſiſtunt abſque ejus ſumptu pecuniæ.

23 Realia, quæ imponuntur † Patrimonio ipſi, vel perſonæ ob res tantum, & eorum intuitu, & conſideratione.

24 Mixta † quæ perſonæ vel rebus inſimul imponuntur; ita ut debeat, & miniſterium, vel ſervitium perſonæ præſtari, & ſimul ejuſdem perſonæ ſumptus, & pecunia, ut exemplis illuſtrat Hermogenianus, & Archid. alter *in leg.* 2. & alter *in leg. munerum*, *ff. de muneribus*, *& honor.* Otalora *ubi ſuprà dict. cap.* 2. *num.* 2. Nicolaus Feſtaſius *dict. tract. de Collectis & æſtimo part.* 1. *in princ.* Petr. Gregor. *ſyntag. jur. part.* 2. *lib.* 18. *cap.* 12. *& cap.* 20. Flores de Mena *dict. quæſt.* 21. *in princ.* ubi contendit collectas impoſitas perſonis pro rebus, ſive quantitas aliquando ſit major, ſive minor, contra aliquorum ſententiam nec eſſe munera mixta, & talia mixta munera à Republica Chriſtiana penitus obſoleviſſe, & inuſitata eſſe, ut latius per eum *num.* 3. *&* 5.

25 Tributa ergo † quæ in Regno Caſtellæ inveniuntur, & omnia ac pleraque alia quæ ante dictis, & relatis nominibus ſignificantur ad perſonalia, & realia ſeu patrimonii reducuntur.

26 Ex perſonalibus † tamen potiſſimum, & antiquiſſimum inventum eſt illud quod communiter vocamus, *la moneda forera*, ſolvitur enim pro ſingulis capitibus, ut apud Romanos cenſus capitis fuit conſtitutus, de quo, *in leg. fin. ff. de cenſibus*, *& in leg. ult. Cod. de annonis.*

27 Ita & eodem modo † in ſolutione iſtius tributi, *de la moneda forera*, non habetur conſideratio patrimonii, ſed tantùm capitis, præſtatur enim in recognitionem Domini, & juris Regalis, ut expreſsè colligitur, *ex leg.* 10. *tit.* 18. *part.* 3. ibi, *Non otroſi non es quito de la moneda por tal carta, fueras en vida de aquel Rey que le haze aquel quitamiento, ſino dize en ella que le quita por ſiempre. Ca moneda es pecho que toma el Rey en ſu tierra apardatamente en ſennal de Sennorio conozido*, & facit textus *in leg.* 1. *& ferè per totum tit.* 33. *lib.* 9. *recopil.* ibi: *Por que la moneda forera ſe acoſtumbra pagar a nos en nueſtros Reynos de ſiete en ſiete annos en reconozimiento del Sennorio Real, ſegun que la ſiempre dieron y pagaron.* Et ita obſervant Otalora *dict. cap.* 2. *num.* 8. Joannes Garcia *de nobilitate gloſſa* 7. *num.* 2. *& gloſſ.* 1. *§.* 1. *num.* 18. Flores de Mena *dict. lib.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 128. & ita obſervat Otalora *de nobilit.* 1. *part. cap.* 2. ibi: *Y a mi parecer tambien cy ſe podria llamar*, tributum capitis, *la moneda forera que ſe paga a ſu Mageſtad y a los Reyes de Caſtilla de ſiete en ſiete annos medio Real de cada caveza, ò caſa.* Non habita conſideratione ad patrimonii ſubſtantiam, ſicut in tributis patrimonialibus, ſed ad capita, vel perſonas; quia datur in ſignum recognitionis Regalis tempore quo in Reges recipiuntur. *Y aſi la Reina Donna Maria mujer del Rey Don Sancho hijo del Rey Don Alonſo el Sabioa, legava por principal razon, y cauſa para defender el Reyno a el Infante Don Fernando ſu hijo, que fue el que dizen murió emplacado que el Infantes, Don Juan y los otros Infantes tios de ſu hijo, y los Procuradores de los Reynos, avian reconozido a ſu hijo por Rey, y en ſennal de reconozimiento le avian pagado la moneda forera en las cortes de Valladolid*, Laſarte *de decima vendit. parte in præfatione*, *n.* 15. Joannes Garcia *de nobilit. gloſſ.* 1. *§.* 1. *nu.* 18. Azeved. *in leg.* 33. *titulo* 33. *lib.* 9. *Recopil.* Flores de Mena *dict. lib.* 2. *var. quæſt.* 21. *§.* 3. *num.* 128.

Unde ex hoc provenit, licèt quis exemptus † 28
ſit ex privilegio ſpeciali Principis à tributis, non
cenſetur ab hoc monetæ foreræ cenſu exemptus,
ut expreſsè cavetur, *in leg.* 10. *tit.* 18. *part.* 2.
ubi Gregor. Lopez, Joannes Garcia *ubi ſuprà*,
Azeved. *in dict. leg.* 33. & niſi expreſsè dicatur,
non cenſetur perpetua, Azeved. *in leg.* 2. *num.*
2. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recopil.* & nullus ab hujus † tri- 29
buti præſtatione excuſatur, nec propter ætatem,
nec ſexum, cum debeatur in ſignum recognitio-
nis, ut *in leg. ætatem*, *ff. de cenſibus*, nec præ-
ſcriptione acquiri poteſt ejus exemptio, etiam im-
memoriali, ut *in leg. competit cum ibi notatis, Cod.*
*de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Franciſcus Baldus
*in tract. de præſcript.* 2. *part. princip.* 2. *quæſt.*
7. & facit textus *in leg.* 6. *tit.* 29. *p.* 3. *& in*
*leg.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.* ibi: *Y aſi miſmo lo*
*que las leyes dizen, que las coſas del Reyno no*
*ſe puedan ganar por tiempo, ſe entienda de los*
*Pechos, y tributos a nos debidos.* ubi notat Aze-
ved. *n.* 41.

Quod ſecus erit in aliis tributis, ut puta *en el*
*ſervicio Real, y extraordinario*, & in Vectigali-
bus, nam talis † exemptio conſuetudine, vel præ- 30
ſcriptione immemoriali rectè poterit induci, ut no-
tant ſuprà citati, præſertim Flores de Mena *ubi*
*ſuprà num.* 132. *in fine.* Aviles *in capitibus prætorum cap.* 12. *verbo Alcavalas*, Laſarte *de decima vendit. part. cap.* 19. *num.* 6. *&* 7. & quomodo hæc præſcriptio contra Regem poſſit induci, diſputat ſatis utiliter Guttierrez *lib.* 1. *pract. quæſt.* 84. *& quæſt.* 85. *cum ſequentibus.*

Verum ex privilegio † Principis rectè poterit 31
quis eximi ab hoc tributo monetæ foreræ, & alio quovis capitis cenſu, ut expreſsè per varia jura firmat Burgos de Paz *conſ.* 45. *&* 46.

Quin imò per viam nobilitatis † hanc exemp- 32
tionem præſcriptione acquiri poſſe contendit etiam Flores de Mena *ubi ſuprà num.* 134. *per textum in pragmat.* Joannes Garcia *gloſ.* 19. *ubi ſuprà*, Otalora *in tract. de nobilit. part.* 4. *cap.* 6. licèt contrarium poſtea obſervet Joannes Garcia *gloſſ.* 21. *num.* 75. quos pro reſolutione videre poteris.

Tributi etiam † Capitis vim, & ſpeciem con- 33
tinet tributum quod communiter vocamus *de la Martiniega*, quod etiam aliquibus in locis ſolet perſolvi pro capite uniuſcujuſque vicini, & contributio tantummodo fit duodecim marapetinorum, & vocatur vulgò, *Martiniega*; quia in die ſancti Martini uniuſcujuſque anni cedit ſolutio, ut docet Otalora *dict. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 11.

34 Ex realibus verò vel patrimonialibus † tributis potiſſimum eſt in Regno Caſtellæ illud quod communiter vocatur *ſervicio ordinario y extraordinario* & aliàs *pechos*, *y derechos Reales y concejales*, *y pedidos*, ut *in leg. 5. tit. 9. lib. 6. novæ Recopil.* quod proſequuntur Otalora, Joannes Garcia, & Flores de Mena *ubi ſuprà.*

Tertiò conſtituo quod ad hæc tributa perſonis, & rebus indicenda, & diſtribuenda, & pro eorum exactione facienda, & ne quid in fraudem patrimonii Regis fiat, & integrè ab omnibus tributa perſolvantur, ſolebant publicè nominari an-
35 tiquitus quidam † Cenſitores, qui perſonarum, & bonorum deſcriptionem faciebant, ut *in leg. 2. §. poſt deinde*, *ff. de origine juris*, *leg. omne territorium*, *Cod. de cenſibus & cenſitoribus perſonarum.* Cum ſinguli vicini, cives, aut municipes in ſua tribu, centuria, vel dare nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumque ſuorum, item cujuſque ætatem, & quam urbis Regionem habitarent, profitebantur: bonorum verò prædia ſua tam urbana quàm ruſtica, ſervorum pecudumque numerum, fundorum inſtrumenta, ſupellectilem, pecuniæ denique quantitatem deſcribebant ad hoc, ut pro cujuſque facultatibus tributum imponeretur; quæ deſcriptio vulgò *ſe lama*, *Padron*, *ò encavezamiento*, *ò taſſacion de las haziendas para repartir el Pecho*, &
36 qui hanc † perſonarum, & bonorum deſcriptionem juratam fieri præcipiebant, Cenſitores, ſeu Cenſores appellabantur, teſte Aulo Gellio *lib. 4. cap.* 20. qui quidem cenſibus etiam colligendis præerant, judicabant, & diſponebant ſuper his: adde quod prædia vendebant ob cenſum non ſolutum, *leg. formam §. illam leg. cum poſſeſſor. §. pro pecunia*, *ff. de cenſibus*, *& in leg. cenſere* in *ff. de verbor. ſignific.* ubi Gloſſa docet, Accurſius, & Lucas de Penna *in Rubrica Cod. de cenſibus*, *& Cenſitoribus lib.* 11. Lucius Feneſtella *in tract. de Magiſtratibus cap.* 17. Petrus Gregor. *ſyntag. jur. lib.* 47. *cap.* 16. *per tot.* præcipuè *num.* 28. qui etiam puniebant Provinciales ſi in cenſus adæquatione, & ſolutione fraudem committebant. *leg.* 2. *cum duobus ſeqq.* ibi: *Eſtos eran como ſi oy ſe diera comiſſion a algunos para que fueſen Juezes del Pecho Real*, *ò alcavala*, *y otro tributo para hacer taſſar las haciendas de los pechos que los deben*, *para que acada uno ſe reparta conforme a ſu hacienda por ſus padrones*, *y que ſe cobre de ellos*; *lo qual todo junto oy no haze una perſona ni dos*, *ſino que unos taſſen y otros repartan*, *y otros cobren*; *y en eſto ay diverſas conſtumbres en diverſos pueblos*, ut infrà dicemus.

37 Erant etiam olim † Peræquatores eidem ferè miniſterio & muneri inſervientes, qui homines, & territoria peræquabant, bona exiſtimando, taxando, & emendando, ut relevarentur prædia, & bona quibus onus tributi gravius impoſitum erat, & ut gravarentur ea quæ levius erant exiſtimata ut æqua, & juſta fieret cenſus impoſitio, & ſolutio ut notant gloſſa, & alii *in dict. Rubric. Cod. de cenſibus*, *& cenſitoribus*, *& peræquatoribus.*

38 Differebant autem Peræquatores † à Cenſitoribus de quibus ſuprà, in eo quod Peræquatores juſſu Cenſitorum ſuum munus exequebantur, *dict. leg. formam*, *§. illa*, *ff. de cenſibus*, ubi gloſſa *verbo cenſitor*, qui etiam Diſcurſores appellabantur, ut *in leg. peræquatores ac diſcurſores*, *dict. tit. Cod. de cenſibus*, *& cenſitoribus*, & in noſtra Hiſpania Peræquatores tributorum, vel eos quos communiter dicimus *Repartidores*, ſentit Joannes Garcia *de nobilitate gloſſ.* 5. *num.* 10.

Tandem & huic incumbebant alii Reipublicæ 39
officiales Inſpectores † nominati, qui per Cenſitores mittebantur ad inſpicienda Provincialium prædia, an ſcilicet recte, & juſtè eſſent adæquata, æſtimata, & taxata à Peræquatoribus, ut *in dict. leg. peræquatores*, *leg. ſancimus* 6. *Cod. de advocatis diverſorum judiciorum leg. qui gravatos Cod. eodem*; de cujus textus intellectu & praxi infrà agendum eſt. Notat Licenciatus Garcia Toletanus *in lucerna juris ſuper dictum tit. de cenſibus & cenſitoribus*, ubi ait: *que eſtos oy ſe pueden llamar vehedores de la taſſa de las haziendas*, *y repartimiento del pecho*, *alcavala*, *ò encavezada*, *ò otro tributo Real para deſagraviar a los que en eſto o eſtubieren.* Quibus ſic conſtitutis & prælibatis ad inſtar prædictorum officialium etiam in Regno Hiſpaniæ præcipuè Ca-
ſtellæ ſunt quidam miniſtri publici deputati, † 40
qui vulgò *Empadronadores* vocantur, de quibus eſt noſter ſermo, & potiſſimùm hujus capitis thema; quos in unoquoque oppido, & ſi-
mul Collectorem tributorum † per judices, con- 41
ſilium, aut Decuriones nominari debere, & formam nominationis cum obligatione juramenti & miniſterii impertiendi conſtituit, *lex* 8. *tit.* 33. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Mandamos por que los maeſtros arrendadores ſepan quales ſon las perſonas que han de pagar la moneda. Mandamos a los Alcaldes*, *y Alguaciles*, *Rejidores Jurados de los Concejos do ſe ha de cojer la dicha moneda*, *ſean obligados de poner un Empadronador en cada collacion*, *y un Cojedor que la coja*, *y que ſean vicos*, *y abonados*, *los quales tomen juramento en forma*, *que bien y fielmente haran los dichos Padrones*, *y cojeran los maravedes de ellos*, *los quales dichos Empadronador y Cojedor ſean obligados los dichos Concejos a dar dentro de tercero dia deſpues que fueren requeridos per los dichos arrendadores*, *y ſino los dieren en pena de ſu reveldia*, *les paguen ducientos mar. y pierdan los officios*, *por aquel anno*, *y que los dichos arrendadores puedam tomar en cada Villa*, *ò lugar un Empadronador*, *y Cojedor que ſean vicines ſi abonados*, *y que juren en la manera que dicha es*, *y que los dichos Concejos y Juſticias compelan los que anſi nombraren*, *que aceten y uſen de los dichos officios ſo la dicha pena*, *y que dentro de ſeis dias el dia que fuere pueſtos los Empadronadores haſta ſei dias primeros ſiguientes ſean tenidos atener hechos los dichos padrones y entregados a los dichos Cojedores ſo pena de los dichos ducientos mar. para los dichos arrendadores*, *y que los dichos Cojedores cojam luego los maravedis de los dichos Padrones y los den cojidos haſta veinte y dos dias primeros ſiguientes a los dichos arrendadores*, *ò Receptor*, *y ſino los dieren al dicho plazo*, *que ſea preſſo el tal Cojedor en poder del recaudador*, *y entre tanto le vendan ſus bienes*, *muebles y raices ſegun que por maravedis de nueſtros havery no ſelo reciva en excepcion alguna ſalvo paga*, *ò quita que mueſtre dentro de tercero ò nuebe dias ſegun fueren los bienes muebles*, *ò raices que ſe ubieren de vender*, *y ſean pagados los dichos arrendadores*, *ò recaudadores y ſi el tal Cojedor no fuere abonado*, *el Concejo ò collacion que lo paſſiere paguen lo que el fuere alcanzado y para ello les ſean vendidos ſus bienes muebles y raices los muebles al tercero dia*, *lo rayzes a nuebe dias ſin que aya otro plaço*, *ni delacion alguna. Y mandamos a los dichos officiales que ſi al-*

*guno*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*guno fuere revelde en pagar que ayuden al dicho*
*Cojedor, a que ſea luego pagado, ſino ellos ſean*
*obligados a los pagar con las coſtas, y el doblo,*
*y mandamos que ninguno de dichos Concejos deje*
*de dar los dichos Empadronadores y Cojedores;*
*por que digan que eſten en uſo y coſtumbre de los*
*nodar ni nombrar, ca nueſtra voluntad es que nin-*
*guna Ciudad, Villa, ò lugar, ni poblaçion ſe ex-*
*cuſen por Carta, ni por Privilegios que tengan en*
*eſta razon por uſo ni coſtumbre, ni por otra ra-*
*zon alguna ſo la dicha pena de los cientos mara-*
*vedis*, docet Flores de Mena *dict.* q. 21. §. 3.
*n.* 106.

Iſti ergo Cenſitores, vulgò, *Empadronadores*
poſtquam legitimè nominati ſunt ſecundùm for-
42 mam dictæ legis Regiæ debent facere † Æſti-
mum, deſcriptionem, ſeu matriculam vulgò *Pa-*
*dron* ad impartienda vicinis tributa nempè, *el*
*ſervicio Real*, *moneda forera*, & alia jura redi-
tualia, quæ Principi, vel Concilio ſolent ſol-
vi, ut *in leg.* 1. *Cod. de exactoribus*, *lib.* 10. ubi
notat Joannes de Platea, & *in leg.* 23. *tit.* 88. *part.*
3. ubi Gregor. Lopez verbo, *Tal padron*, qui
43 Æſtimus † debet eſſe ſolemnis, authenticus & pu-
blicus, ut contendit Joannes Garcia ubi ſuprà
*leg. gloſſ.* 4. *num.* 31. *verſic. aſſumimus nunc quar-*
44 *tum*, & talis deſcriptio † ſive matricula vel parti-
tio debet poſtquam facta fuerit, approbari à Ju-
dice, & Decurionibus; ſic Feſtas, *in tract. de æſti-*
*mo, & collectis part.* 2. *cap.* 1. *per totam*, cujus
formam, & modum in partiendo tributo capitis
monetæ nempè foreræ tradit, *lex* 10. *tit.* 33.
*lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Tenemos por bien que los Em-*
*padronadores hazedores de los padrones de la di-*
*cha moneda, empadronen por calle abita a to-*
*dos y qualeſquier perſonas que hubiere en el lu-*
*gar y colacion do fuere, Empadronador nombra-*
*do por nombre al hijo dalgo por hidalgo y al cle-*
*rigo por Clerigo, y al Pechero por Pechero, y*
*al concioſo por cierto, y qui en no tubiere con-*
*cia que de pongar por no Concioſo; y ſi por ven-*
*tura el Empadronador encubrieſſe alguna coſa de*
*lo que dicho es, mandamos que las perſonas que*
*aſi no fueren Empadronados y encubiertos, que*
*pechen ſu pecho ſencillo, aviendo contra y dere-*
*cho por las pagas, y el Empadronador que le*
*no empadronare que peche al nueſtro arrendador*
*todo lo que de eſta giſſa encubriere con el do-*
*blo.*

Quod quidem tributum etſi perſonale ſit, &
capitis, & in cognitionem Dominii inventum,
45 ut ſuprà diximus; id tamen qui pauper † eſt,
perſolvere non tenetur, ut docet Feſtas, *dict.*
*tract. de æſtimo, & collectis, part.* 4. *cap.* 2. *n.*
6. Aviles 19. *in capitibus Prætorum cap.* 33.
verbo *Pobres n.* 4. Avendan. *in* 2. *p. Prætorum*
*cap.* 33. *nu.* 33. quod innuunt apertè *lex tit.* 33.
& *leg.* 10. & 11. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop.* ubi dici-
tur quod Cenſitor, vel Peræquator vulgò *el*
*Empadronador*, & in deſcriptione vel matricula
ſcilicet, *en el padron de la moneda forera*, ſcri-
bit debitorem cum bonis, & quod non occul-
tet bona, & quod habeat mobilia, & immobi-
lia, quod ſuperfluum eſſet, & impertinens ſta-
tutum pro capite, vel perſona qualibet eſſet ſo-
luturus, ut concludit Flores de Mena ubi ſuprà
*num.* 129. ubi ait quod Pauper in propoſito di-
citur ille qui oſtiatim victum quærit, vel qui die-
tim laborat & non habet bona mobilia, vel
immobilia per textum *in leg.* 4. *tit.* 14. *novæ re-*
*copil.* ſi enim aliqua bona habet etiamſi ſint par-
vi valoris perſolvere debet ex Feſtario ubi *ſuprà n.*
60. & ex Roland. à Valle *conſ.* 66. *lib.* 1.

Unde ſpecialiter ſtatutum eſt quod talis Cen-
ſitor, Peræquator vulgò *Empadronador* nemi-
nem ſcribat † in dubio ſtatu pauperis vel ha- 46
bentis bona unde ſolvat, ſed cum diſtinctione,
*leg.* 10. *dict. tit.* 33. *lib.* 9. ibi: *Mandamos que*
*los Compadronadores ſien los Padrones que die-*
*ren a los Cojedores para los cojer, y puſieren al-*
*gunas perſonas por dudoſas, y dixeren que no ſa-*
*ven quien ſon, ni les ſaven quantia tenemos por*
*bien; que ſi fuere probado con dos teſtigos de*
*buena fama del dicho concejo ò colacion, que la*
*dicha perſona que anſi paſſo por dudoſa y no con-*
*cioſa, avia en el dicho tiempo que el dicho pa-*
*dron fue hecho, bienes, raices ò ganados, ò otros*
*bienes muebles que publicamente parezian ſer ſu-*
*yos, que el tal empadronador, ò empadronado-*
*res que por los que aſſi parecieren dudoſos, que pa-*
*guen la pena bien aſſi como ſi las encubrieſſen;*
*ca manifeſtamente parece el enganno, pues alegò*
*ignorancia de las coſas publicas, y ſi de eſta giſa*
*no ſe probare, que el dicho empadronador no cai-*
*ga en pena alguna, pero ſi el arrendador entendie-*
*re que no lo puede probar; y lo quiſiere dejar en*
*juramento del empadronador, y el dicho empadro-*
*nador hiziere juramento en forma, debida que al*
*tiempo que hiçò el dicho padron, no ſavia ni ſupo*
*de bienes algunos de la perſona que puſo por no*
*concioſo, que no ſea tenido a pena alguna.*

Sed in aliis tributis, nempè † *en el ſervicio* 47
*ordinario y extraordinario, pecho que ſe paga de*
*los bienes*, & attenta conſideratione ipſorum
ad faciendam deſcriptionem, vel impartitionem
vulgò *Padron*, forma *legis* 4. *tit.* 14. *lib.* 6. *Re-*
*copil.* ſervanda eſt, quæ omninò eſt videnda,
& attendenda, & ad æſtimum faciendum debet ci-
tari Syndicus, vel Procurator oppidi, ut tradit
Feſtas ubi *ſuprà*, & cum eo Flores de Mena
*num.* 107.

Et ad talem æſtimum faciendum † tenentur 48
poſſeſſores manifeſtare bona ſub fide juramenti,
& debet fieri de omnibus bonis, ut colligitur *ex*
*leg. formulam* §. 1. *cum ſequentibus*, *ff. de cenſi-*
*bus*, Nevicanis *conſil.* 67. *nu.* 10. Menoch. *con-*
*ſil.* 75. *eodem nu.* 10. *lib.* 1. Rolandus *dicto con-*
*ſilio* 66. & Feſtas ubi *ſuprà*. Licèt in aliquibus lo-
cis conſuetudine obtentum eſt, quod non fiat
æſtimum, ſed Cenſitores vel Peræquatores ad bo-
num oculum, ut vulgò jactatur, arbitrarii diſtri-
buunt, & facultates ac bona æſtimant: quæ con-
ſuetudo ſervanda eſt, ut cum Bart. & Feſtas tra-
dit Flores de Mena *ubi ſuprà num.* 108. *in fine.*

Regulariter autem in æſtimo † partitio debet 49
fieri per æs, & libram, quod vulgò dicitur, *Por*
*millares leg.* 20. *tit.* 32. *part.* 3. ibi: *entonces de-*
*ben los moradores de aquel lugar Pechar comunal-*
*mente cada uno por lo que huviere*, ubi Gregor.
Lopez *gloſſa verbo por lo que huviere.* Aviles *in*
*capitibus Prætorum cap.* 34. *verbo alivien.* Aven-
dan. *dict. cap.* 14. *n.* 2. Azevedus *in leg.* 3. *dict.*
*tit.* 14. *num.* 1. & 2. Flores *ubi ſuprà numer.*
109. omninò videndus, qui hoc ampliat, & li-
mitat.

Sed præcipuè limitatio oritur, ut prædicta ſo-
lutio non procedat, quoties in modo collectandi
ſpecialis ſit conſuetudo; vel ex impartitione per
æs & libram poſſit reſultare inæqualitas, aut quod
jus in præjudicium incolarum, ut rectè conſi-
derat, *lex* 3. *dict. tit.* 14. *lib.* 6. *novæ Recopill.*
quæ ſanè in propoſito eſt attendenda, & litera
ejus ſic ſe habet: *Por quanto nos ha ſido hecha*
*relaçion que en muchas Ciudades, Villas, y lugares*
*de*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*de eſtos Reynos los buenos pecheros pagan los ſervicios que nos ſon otorgados por cannamas y pecherias, y no por la hacienda que cada uno tiene, y que cada connama eſtà taſada en unas partes a veinte mil mar, y en otras a treinta, y quarenta, y a mas y a menos que en otras partes ſe pagan por cavezas; y deſta manera pagan tanto los pobres como los ricos, y que en otras partes ſe pagan por haciendas; y aſſi los que tienen cantidad de haçienda pagan tanta parte de los dichos ſervicios que no lo pueden ſufrir, y en poco tiempo podran enpobrecer, y nos ha ſido ſupplicado lo mandaſſemos remediar. Por ende a nos place de lo anſi hacer, y por remedio de ello mandamos que en cada Ciudad ò Villa de eſtos Reynos que fuere Caveza de Juriſdicion, ò juriſdicion por ſi, donde hubiere, ò ſe pretendiere haver alguna duda, ò debate cerca de lo quo dicho es ò de alguna coſa de ello, ſe junten las Juſticias y Regimiento, y llamen al Procurador del comun y a ſus buenas perſonas de los buenos hombres pecheros dos de los mas ricos, y dos de los medianos, y dos de los menores, y ſi la tal Ciudad ò Villa tubiere tierra, llamen los Procuradores, ò ſeis meros de la tierra y otras ſeis perſonas de los dichos tres eſtados y todos juntamente vean, y averiguen de que forma y manera ſe han echado, y repartido y pagado haſta aqui, y ſe hechan y reparten y pagan al preſente en la tal Villa y ſu tierra los maravedis que a los dichos buenos hombres Pecheros han cavido; y les han ſido echados, y repartidos para la paga de los ſervicios que ſe han ottorgado en eſtos nueſtros Reynos, y para las otras coſas que ſe han ofrecido, y ſi ſe reparten por cannamas, ò pecherias ò por haziendas, ò por cavezas, y de que manera, y en que cantidad eſtà taſada cada cannama, y pecheria, y ſi de la manera y forma como ſe reparten y paſſan los dichos tributos agravian algunos de los eſtados de los dichos pecheros, y alli todos juntamente comuniquen, y confieran, y platiquem que forma y manera es la que de aqui adelante ſe debe y puede tener, echar, y repartir, y pagar los dichos ſervicios y derramas, y ſi hubieren de pagar por cannamas, ò pecherias, de que cantidad, ò numero ſera cada cannama, y pecheria, y de que manera ſe han de taſſar las dichas haciendas para poner quantia a las dichas cannamas de forma que todo ello ſe haga bien; y juntamente para que ceſſen los dichos pleitos, y debates y ſiendo todos conformes de un acuerdo y parecer lo embien ante los de nueſtro Concejo, para que ſe confirme, ò emmiende, y ſino ſe pudieren conformar, embien los votos, y pareceres de la dicha Juſticia y Rejidores, & Procuradores y perſonas, y de cada uno de ellos por ſi, y particularmente con los motivos que tienen; para que todo ello viſto ſe provea en ello como convenga, al ſervicio de Dios y al nueſtro; y al bien, y ſoſſiego de los dichos hombres buenos, y para que eſto ſe haga, aſſi mandamos que ſe den y deſpachen nueſtras cartas en forma.* Et ut inſpiciatur quod fieri ſolitum eſt, ſemper recurritur ad æſtimum antiquum, ut *in leg. incola, ff. ad municipal.* ubi notanter Bald. *in leg. 1. §. quibus, ff. quod cujuſque univerſ. nomine*, Azeved. *in dicta leg. 3. dict. tit. 14. n. 4.*

50 Qui autem immunes ſint † ab iſtis tributis, & excuſentur ab aliis collectis, non eſt noſtri inſtituti referre; pro quibus videndæ ſunt leges, *dict. tit. 14.* & de eis agunt Azevedo, Flores, & alii *ubi ſuprà*, Otalora & Joannes Garcia *in ſuis tractat. de nobilitate.*

Si autem Peræquatores † iſti, Deſcriptores, vulgò 51 *Empadronadores* inæqualem partitionem, aut deſcriptionem quoad tributum in bonis, vel perſona fecerunt, poterit utique gravatus duplici remedio uti, ut *in leg. qui gravatos, Cod. de cenſibus, & cenſitoribus, lib. & de appellatione querelæ*; quod ad longum proſequitur eleganter, & copiosè Joannes Garcia *dicta gloſſ. 5. num. 11. & 17.* Avendan. *dict. cap. 14. Prætorum, num. 36. lib. 2.* eleganter Bobadill. *lib. 5. politicorum cap. 5. nu. 35.* ibi: *Però ſi no pudiere ſer tan al juſto el repartimiento, y ſi agraviaren las partes de el, como ſuelen, pueden hacerlo dentro de un anno, aunque ſe paſſe el quinto dia para apelar, y ſi es memor ò abſente el que ſe agravia, debe ſer oydo aunque ſea paſſado el anno, el correjidor con aſſiſtencia de los miſmos repartidores, ſin cauſar nuebo proceſſo, ha de deſagraviar y hacer juſticia a los que eſtan muy cargodos; y los repartidores no queden ſin el mudar ni alterar en coſa alguna el primero repartimiento: y lo que ſe determinare ſobre la dicha reviſta, ſe ha de executar ſin embargo reclamacion, ò apelacion:* ubi docent intra quod tempus debeat uti quis utroque remedio. Ægidius Thomat. *in tract. de Collectis, §. renta, proxima diſcurſione num. 36.* etiam ſi æſtimatione bonorum facta, onus imponatur, & gravamen fiat, debeat ſtatim auferri, vel expectabitur alia deſcriptio, tradit Geraldus *ſingular. 10.* & utrum reviſione facta, poſſit iterum peti, ut revideatur deſcriptio, nempè *el padron*, tradit Laſarte *decima vendit. part. cap. 18. nu. 91.* & de hac æſtimatione bonorum facienda plura tradit Roland. *num. dict. conſil. 6. num. 52.* & quomodo proditur ubi non adeſt æqualitas, vel populi ſunt ſine vicinis, decidit textus *in leg. 4. & 5. tit. 9. lib. 7. Recopil.* ubi Azevedo. Et quid † ſi bona poſita in æſtimo creſcant, 52 ultra æſtimationem in ea factam, an impartitio tributi debeat augeri, vel minui, diſputat Ægidius ubi ſuprà *num. 7.* Flores de Mena *ubi ſuprà nu. 169.* ubi ait quod in hoc Regno uſu receptum eſt quod de biennio in biennium, aut de triennio in triennium revidetur æſtimum, & ob novum accidens corrigitur, & emendatur, & ibi allegat, *dict. leg. 4. & 5. dict. tit. 14. lib. 6. Recopil.* Azeved. *in dict. leg. 3. eodem tit. num. 23.*

Iſtud autem æſtimum † vulgò *Padron*, licèt 53 publicum, & authenticum, non probat nec dominium, nec poſſeſſionem bonorum, ut *in leg. ſi pater* ubi DD. *Cod. de rei vindicat.* Felinus *in cap. cum cauſa n. 2. de probationibus*, Aymon. Craveta *de antiquitate temporum §. quanto limitatus nu. 71. part. 1.* Pariſius *conſ. 104. nu. 169.* Philippus Corneus *conſ. 304. lib. 1.* Geronimus de Monte *in tractatu de finibus regundis, cap. 64.* quod procedit contra tertium, ſecus verò quando in perſonas in illo æſtimo comprehenſas, ut notant ſuprà relati.

Verùm † quando æſtimum producitur unà cum 54 ſolutione cenſus, & collectarum, tunc rectè probat locum, vel villam ſolventem cenſum vel collectas, eſſe de dominio illius loci cui ſolutio fit, docet Alexander *conſ. 35. viſo proceſſu, num. 4. vol. 4.* ubi allegat textum *in Authentico quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. ſi quis igitur ex qualibet*, ubi gloſſa *in verſiculo perſolvatur*, & Bald. *in leg. 3. Cod. de natural. liberis*, Geronimus de Monte ubi *ſuprà nu. 4.* Joſephus Maſcard. *conc. 274. vol. 1. de probat.* ubi ait quod licèt regu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regulariter æſtimum non probet, attamen non leve, nec mediocre probationis ſignum & argumentum eſt bona in illo deſcripta illius eſſe cujus eſt æſtimum, vel liber Cataſtri. Proſequitur late Mandelus Albenſis *conſil.* 34. *num.* 11. *&* 12. præſertim ſi talis liber æſtimi inveniatur penes egregias perſonas, & illuſtres; Barbatia *conſ.* 6. *lib.* 9. *nu.* 2. vel in archivo publico ſit collocatus: Bartol. *in leg. juris Cod. de agro deſerto lib.* 11. quod proſequitur Maſcard. ubi *ſupra* & *in concluſione* 664. *vol.* 2. qui per librum æſtimi qualitatem bonorum ad hoc ut cenſeatur tributaria vel libera, probari affirmat his verbis: *illud poſtremo conſequitur, Codicem æſtimi bona in illo præſcripta, oneribus obnoxia eſſe probare inter eaſdem perſonas ejuſdem territorii, ſi authoritate publica confectus ſit, ſervatuſque à publicis perſonis, ſecus ſi alieni territorii, ita confirmant Nicolaus, & Baldus* in leg. in principio Cod. de probationibus *accedit Alexander*, in authentico ſi quis in aliquo fallentia 6. num. 6. Cod. de edendo, *ut & reſpondit Romanus* conſ. 105. viſo themate in fine, *quod etiam obſervavit Joannes Andreas* in additionibus ſpec. in tit. de inſtrumen. edict. §. nunc dicendum in dictione magna verſicul. quintum ſupputatum; *ad quod hoc aliaque multa cumulantur à Socino Seniore* in conſil. 187. col. 6. verſic. ſed præmiſſa vol. 2. *quod idem videtur ſenſiſſe conſulendo Abbas* in conſil. 34. quamvis eruditio, num. 11. cum ſequentibus, *ut etiam idem Feſtaſius comprobat ubi ſuprà* num. 66. verſic. poſtremo quæritur cum ſeqq.

Sed quod ad ſtatum deſcripti & poſiti in æſtimo publico inter plebeios, cum impartitione tributi vel cenſus, vel cum nota marginali quæ ſolet ibi apponi nempe P. quod idem eſt *que Pago*: vel inter nobiles aut exemptos à tributis impartiendis, utrum tale æſtimum, nempe *Padron* probet præſumptivè, & conſtituat quem in poſſeſſione illius ſtatus eorum inter quos deſcriptus reperitur, diſputat omninò videndus Otalora *de nobilitate* 3. *part. cap.* 4. copioſè & ſumma cum diſtinctione Joannes Garcia qui Otaloram carpit ubi *ſuprà gloſſa* 4. *per totam*, quos in propoſito videre poteris.

Illud autem advertas velim quod adeo publi-
55 cum & neceſſarium † communiter reputatum fuit horum Cenſitorum, nempe *Empadronadores*, officium, quod nullus ab eo excuſari poteſt; circa quod notabilis eſt, *lex* 21. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recopil.* ibi: *Por que las muchas cartas de franquezas y excepciones que los Reyes nueſtros progenitores y deſpues nos avemos dado a muchos Pecheros de nueſtros Reynos para que no ſean empadronados ni cojedores, ni tutores, ni guardadores de Guerfanos redundan en nueſtro de ſervicio y en danno de los otros pecheros donde los tales exemptos viven; porende nos revocamos todas las dichas cartas de franquezas que todos los dichos nueſtros proxenitores, y nos ayamos dado a qualeſquier perſonas ſobre la dicha razon, aunque contengan qualeſquier clauſulas derogatorias y otras firmezas, y queremos que no gozen de ellas ſalvo aquellas que los derechos y Reyes de nueſtros Reynos, excuſan de las tales cargas, y officios, y que de aqui adelante no daremos, ni libraremos tales cartas; y ſi las dieremos, que no valan aſi como aquellas que ſon dadas en dannos de muchos, y contra el bien publico de nueſtros Reynos, como quiera que contengan qualeſquier clauſulas derogatorias, ò firmezas.*

Tandem etiam in Regno mittuntur † Diſcur- 56
ſores à Præſtantiſſimo Rege noſtro, ut querelantibus de injuſta, vel inæquali partitione, juſtitiam exhibeant, de quibus loquitur *lex* 28. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopil.* & plures quæ inveniuntur, *ſub dict. tit.* 14. *lib.* 6. ſed de his nihil ad noſtrum propoſitum ſpectat.

Deſcriptiones autem vicinorum † vulgò *Pa-* 57
*drones* debent in libro Concilii cujuslibet oppidi ſcribi per ejus tabellionem, non verò per alium, ut *in leg.* 26. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopil.* Cujus legis deciſio in propoſito notabilis eſt, & admodum obſervatione digna, ex rationibus in ea adductis, quæ ſic ſe habet: *Otroſi mandamos que los Scrivanos de los Concejos.*

---

## CAPUT XXI.

### De publicis Menſoribus agrorum, navium, & aliarum ſimilium rerum, & Architectis publicis, vulgò *Alarifes*.

*SUMMARIUM.*

1 *Agrimenſorum officium publicum & ad plura utile & neceſſarium eſt.*
2 *Menſuræ inventio antiquiſſima eſt.*
3 *Numam Pompilium menſuræ inventorem aſſerentes Autores refelluntur.*
4 *Menſuræ miniſtri ſpeciales quare & quando fuerint deſignati.*
5 *Menſores agrorum nullam habent juriſdictionem, & ſunt diverſi à judicibus & Arbitris terminorum & finium, ſed eis tantum adſunt quaſi teſtes ad quæſtionem dirimendam.*
6 *Agrimenſor non eligitur, ut probetur per illum poſſeſſio ſeu dominium agri; ſed quando probata jam poſſeſſione, ignoratur quantum quiſque poſſideat, tum adhibetur ad declarandos terminos.*
7 *Agrimenſor tenetur jurare præſentibus partibus de benè & eleganter officio exercendo & menſurando.*
8 *Agrimenſores non debent jurare quod præcisè dicturi ſint veritatem, ſed ſecundum judicium ſuum.*
9 *Agrimenſor qui in principio ſuæ nominationis ad officium, publicè juravit, an & quomodo teneatur jurare dum de conſenſu partium electus eſt.*
10 *Menſuram, ut faciat Agrimenſor, debent citari partes & eis aſſignari certus dies; & ſi citatæ partes non vadent ad locum menſurandum, poterit ipſe menſuram facere.*
11 *Menſura agrorum frequenter fit utriuſque partis impenſa, etiamſi una pars non ſolum non expetierit Menſorem, ſed etiam expreſſe contradixerit nominari.*
12 *Menſurarum varia genera aſſignantur.*
13 *Stadium quot paſſus contineat.*
14 *Pes genus menſuræ quot palmos & digitos habeat.*
15 *Palmus quot contineat digitos, & dodrans palmos.*
16 *Menſura, ut aptius ſignificetur, & renuntiatio facta per Agrimenſorem à judice percipi & intelligi poſſit, quædam advertuntur*

*tuntur circa denominationem partium fundi.*

17 *Menſura ordinata ad palmos & cannas ſeu aliàs, quomodo ſit facienda.*

18 *Menſura quæ fit ex diſpoſitionibus legis, vel hominis conventione, an debeat fieri per terram recto tramite; vel per terram ſecundum vias frequentatas, an per aëra recto tramite.*

19 *Menſura altitudinis qualiter conſideretur & facienda ſit.*

20 *Jugerum ſeu fundorum menſura debet fieri ſecundum formam & modum delineationem & computationem loci ubi prædia ſunt ſita, etiamſi in alio loco celebrata ſit venditio prædiorum ad menſuram*, & n. 21.

22 *Venditio quando ad menſuram facta eſt, intra quod tempus menſuræ judicio quis neceſſariò uti debeat*, & numero 23.

24 *Menſura quando cenſeatur adjecta demonſtrationis cauſa, ita ut ſi excedat eam prædium venditum vel legatum, adhuc debeatur? Et quando videatur venditum ad corpus & non ad menſuram*, remiſſivè.

25 *Menſura facta, ſi Menſor quid falſi in renuntiatione aſſeruerit & in fraudem alicujus partis quidquam affirmaverit, ſi aliqua ex partibus ſe dicat gravatam, debet iterum ager menſurari.*

26 *Computationes factæ aliquos errores continentes debent iterum videri.*

27 *Agrimenſoris ad declarationem, licèt judex multum reſpicere debeat, non tamen tenetur præcisè eam ſequi, & ſecundum eam judicare; quin potius eam poteſt reſpuere & revocare.*

28 *Agrimenſor qui falſam relationem ex dolo fecerit, tenetur ad intereſſe erga partem gravatam, quæ quidem poterit contra illum petere.*

29 *Relationem falſam quando dicatur doloſè fieri ab Agrimenſore.*

30 *Dolus in falſa relatione Agrimenſoris colligitur ex qualitate facti.*

31 *Actio in factum competit ad intereſſe contra Agrimenſorem, qui falſam relationem doloſè fecerit.*

32 *Actio in factum contra Agrimenſorem qui dolosè falsò denuntiavit, non datur niſi in ſubſidium, & Adverſario cum quo litigatur non valente ſolvere.*

33 *Agrimemſorem quis nominare debeat.*

34 *Architecti ſeu Menſores operum, vulgò* Aliſes, *quinam ſint*, remiſſivè.

35 *Menſores navium ad quid inſtituti ſint.*

36 *Menſorum vaſorum vini officium ad quid utile & neceſſarium ſit.*

37 *Menſores frumentarii etiam jure inſtituti ſunt.*

38 *Menſores omnes tenentur ſemper uti menſuris publicis, quæ in unaquaque civitate, villa aut oppido debent eſſe.*

39 *Menſuris falſis & ponderibus utentes, vel eas mutantes, aut quoquomodo defraudantes, quibus pœnis ſint obnoxii*, remiſſivè.

40 *Menſuræ ſi imminutæ aut quomodocunque defraudatæ inveniantur, debet eas judex frangere.*

1 AGrimenſorum † officium & publicum, & ad plura ſummè utile, & neceſſarium decidit apertè, *lex Regia* 8. *tit.* 7. *part.* 7. ibi: *Medidores han meneſter a las vegadas los homes para medir las donaziones que les dan los Reyes ò para partir los montes, è los terminos, è las heredades que han los unos cerca de los otros para conozer cada uno ſu parte ò aun en las compras, è en las vendidas que hacen los unos con los otros, e para ſaver cada uno quanto es lo que compra, ò lo que vende*, de quibus agit totus titulus *ſi menſor falſum modum dixerit.*

Et cum menſura quælibet à natura originem trahere videatur ex Divo Thoma *lib.* 2. *de regimine Principum cap.* 4. omnia enim diſpoſuit Deus optimus maximus in pondere, & menſura, ut habetur *ſapientiæ cap.* 11. docet Gregorius Lopez *in l.* 7. *dict. tit.* 7. *part.* 7. *in gloſſa, verbo medidas ò varas ò peſſos*, Matienço *in leg.* 1. *tit.* 13. *gloſſa* 1. *numer.* 4. *in fin. lib.* 5. *recopill.* non miror ita antiquam † men- 2
ſuræ inventionem, quod ſecundum Joſephum *lib.* 1. *de antiquitatibus*, Pinedam *in Monarchia lib.* 1. *cap.* 12. Cain primo Adæ filio tribuatur; licèt divus Iſidorus relatus à Gregorio Lopez ubi *proximè* Moyſi hanc inventionem applicet, qui affert illud Levitici *cap.* 18. ibi: *nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere & menſura, ſtatera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius æquuſque ſextarius.* Unde aperto, ut aiunt Marte errarunt Faſius *in tit. de regimine juris, in verſiculo latas*; Dionyſ. Halicar. *lib.* 2. *antiquitatum Romanarum*, Simancas *de Republ. lib.* 8. *cap.* 21. Guardiola *de nobilit. cap.* 3. Oroſc. *in leg. ex hoc jure, numer.* 26. *ff. de juſtitia & jure*,
qui Numam † Pompilium menſuræ, & diviſio- 3
nis terminorum & agrorum primum inventorem affirmante Vaſſio; tamen iſtius erroris eſt in promptu, & facilis excuſſio ſi intelligas ex Romanis primum non ex aliis: Numa enim Pompilius plurimum ſtudiis, & quieti fuit deditus, & ab ea in Regiam celſitudinem evectus, & renitens adductus, qui per 43. annos regnans ſapientiſſimas, & politicas tam ſacerdotibus, quàm virginibus Veſtalibus, & populo tradidit leges, ut refert Pineda ubi ſupra *lib.* 4. *cap.* 10.

Sed & poſteà procedentibus temporibus non ſolum menſuræ utilitas nota fuit, & ſemper feliciter continuata, verum ad faciliorem expeditionem, & ejus executionem, quidam ſpecia-
les † miniſtri fuerunt etiam aſſignati, & ultra 4
alios qui agrorum, & confinium dirimerent quæſtionem, & hujus rei cauſam, vel præſentes facerent agros metiri, vel ad id mitterent Menſores, quod utique non ſolum inſinuat, ſed apertè probat textus *in leg. de modo* 7. *ff. de fin. regund. verbo de modo etiam agrorum arbitri dantur*; & *in leg. ſi irruptione* 8. *verbo minorque per menſorem declarari jubet*; & *in* §. *ad officium ejuſdem legis, ff. illo tit. verbo ad officium judicis de finibus cognoſcentis pertinet, & menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium regundorum quæſtionem, ut æquum eſt, & ſic ita res exigat oculis etiam ſuis ſubjectis locis*, & *in leg.* 3. *cap. fin. regund. verbo & tunc agrimenſor ire præcipiatur ad loca, ut patefacta veritate hujuſmodi litigium terminetur, quod ſi altera pars ne hujuſmodi quæſtio terminetur, ſe ſubtraxerit, nihilo minus agrimenſor ipſis locis juſſione Rectoris Provinciæ una cum obſervante parte hoc ipſum faciens pervenit.* Terentius, Heauton. *vicini noſtri hìc ambigunt de finibus,*

*me*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*me cepere arbitrum* & Cicero *lib.* 1. *de offic.*
*verbo nec noſter quidam probandus ſi verum eſt.*
*Fabium Labeonem, ſeu quem alium, nihil enim*
*præter auditum habeo arbitrum.* Nolanus, &
Neapolitanus *de finibus à ſenatu datis*, & lib. 1.
de legibus, nec Manilia lege *ſinguli ſed ex* 12.
*tres arbitr. fines rogamus*, & in Top. *ſi in ur-*
*be de finibus controverſia eſt; quia fines agrorum*
*magis eſſe videntur, quàm urbis finibus regen-*
*dis, arbitrum adigere non poſſis*, ubi Boët. ar-
bitros finium eſſe ait qui finalia litigia diſcer-
nunt, ut cum eſt otra de finibus contentio,
eorum dirimatur arbitrio; Sueton. etiam *in*
*Othon. cap.* 4. *quidam* (ait) *de parte finium*
*cum vicino litigantur, adhibitus arbiter totum*
*agrum dirimit.* Unde eleganter Tertullianus *in*
*lib. de pallio, an rem finium arbitrum* (dixit)
*qui agros diſterminat*, obſervat Petr. Gregor. *lib.*
5. *ſintagm. jur. p.* 1. *cap.* 5. *verbo de modo agrorum*
*arbitri dantur à Judice, & contendentibus, &*
*menſor adhibetur*, Cujacius *lib.* 5. *obſervationum,*
*cap.* 21. Hieronymus de Monte *in locis ſtatim re-*
*ferendis.*

Itaque, ut vides *ex ſupra dictis*, Menſores agro-
5 rum nullam † Juriſdictionem habent, & omninò
diverſi ſunt à judicibus, & terminorum, ſeu fi-
nium arbitris, ſed eis ad dirimendam quæſtionem
inſerviunt quaſi teſtes, & docet Paulus Pariſius
*conſ.* 4. *n.* 7. *vol.* 4. & *conſ.* 104. *n.* 28. *vol.* 1. Hie-
ronymus de Monte *de finibus regundor. cap.* 31. *n.* 4.
6 Quinimò nec ad Agrimenſoris † electionem eſt
deveniendum, ut per illum poſſeſſio, ſeu do-
minium agri probetur, ſed quando jam poſſeſſio,
vel dominium ſtat probatum, & ignoratur quan-
tum quiſque poſſideat, & cum termini declaren-
tur, ut tradit Carolus Ruinus *conſ.* 124 *n.* 3. *vol.*
5. ubi allegat textum *in leg.* 3. *Cod. fin. regund. &*
*in dicta leg. ſi irruptione, §. ad officium*, ſequitur
Hieronymus de Monte, ut *proximè cap.* 32. *n.* 7.
*in fine.*
7 Jurare autem debet † Agrimenſor partibus
præſentibus, de bene, & eleganter exercendo
officio, & menſurando, ut per Angelum *in §.*
*quædam actiones num.* 12. & Jaſon. *num.* 77. *cum*
*duobus ſequentibus*, qui allegat Bald. & Salicet.
*leg. hæreditati, §. his illud. Cod. de ſecund. nupt.*
Felinus eleganter & copioſè *in cap. quia indican-*
*te de præſumpt. num.* 1. & quod dicent veritatem
8 † non præcisè, ſed ſecundum judicium ſuum,
nec ſubeant anceps perjurium (ut Felini ver-
bis utar) ubi adducit ad propoſitum textus *in leg.*
1. *ff. de ventre inſpiciendo, verbo renuntiarunt*
*prægnantem videri*, Joann. Andreas, & Abb.
*in cap. fraternitatis poſt gloſſa ſecund. de frigid.*
*& malefic.* qui aiunt quod periti in arte ſolum ju-
rant de credulitate Bart. *in præmio*, Bald. *in dicta*
*leg.* 1. & Salicetus *in leg. comparationes Cod. de fide*
*inſtrument.* niſi ſuper re certa deponerent, quia
tunc debent jurare ita eſſe: Felinus ubi *proximè*,
Decius *conſ.* 489. *n.* 12. & in ſpecie juramenti præ-
ſtandi ab Agrimenſore Butr. *conſ.* 65. *n.* 1.
9 Sed in Agrimenſoribus de partium † conſen-
ſu electis non eſſe neceſſarium hujuſmodi jura-
mentum contendit Felinus, & Bartol. *in leg.*
*Theopont. propè medium, ff. de dote, part. leg.*
quem ſequitur Butrius *in cap. veniens in principio*
*col.* 2. *de teſtibus*, præſertim quando in principio
nominationis ad officium Agrimenſor publicè ju-
ravit; quia tunc in ſingulis relationibus, ſeu
renuntiationibus jurare minimè tenetur: Nico-
laus de Neapolis *in tit. leg.* 1. *ff. de ventre inſpi-*
*ciendo*, & Bartol. *in dicto §. his illud, collat.* 2.
& communiter notatur *in cap. propoſuiſti de pro-*
*bationibus.* Vel verius exiſtimo quod in omni ca-
ſu Agrimenſores jurare debent, non tamen in
præſentia partis quando ex communi voto, & aſ-
ſenſu fuerunt electi, ut tradit Hieronymus de
Monte ubi *ſuprà num.* 2. ubi reddit rationem la-
tiſſimè de quolibet æſtimatore rei, aut bonorum
à judice vel à partibus nominato quod jurare de-
beat, & quomodo Juramentum præſtet, agit
Joannes Garcia *de expenſis* 24. *num.* 18. & 19. &
ego dixi *in tractatu de Paſcuis, & jure paſcendi*
*cap.* 15. *n.* 24. *& ſequente.*
Ad faciendum tamen menſuram † citari debent 10
partes, & eis aſſignari certus dies, & hora, ut
*in leg.* 3. *Cod. fin. regund. & leg. generaliter, §.*
*penult. Cod. de jur. jurando*, quod ſi partes ci-
tatæ non vadant ad locum menſurandum, pote-
rit Agrimenſor menſuram facere, Abbat. *in dict.*
*cap. quia indicante num.* 6. & per ſe vel per nun-
tium, vel per Epiſtolam Judici renuntiare, & de
citatione neceſſariò partibus facienda, ut de jure
ſuo docere valeant, vel Agrimenſorem (ſi expe-
dierit & velint) poſſint recuſare, videndus eſt Bar-
tol. *in dicta leg. Theopontus n.* 11. *& in leg. qui bona*
*§. huic ſtipulationi, num.* 2. *ff. de damno infecto*,
quem refert, & ſequitur Hieronymus de Monte
ubi *ſuprà cap.* 31. *n.* 1. Gregor. Lopez *in dict. leg.*
8. *gloſſ.* 1. *verbo Medidores* Eſcobar. *de ratiociniis*
*cap.* 32. *n.* 31. Felinus, & alii relati, & infra re-
ferendi.
Quæ utique menſura agrorum † frequenter fit 11
communibus expenſis utriuſque partis, ut notat
Felinus *in dicto cap. quia indicante nu.* 2. etiam ſi
una pars non ſolum non petierit Menſorem, verum
expreſsè contradixerit nominari, ſecundum Julium
Frontinum *de ſepulturis in fin. in cap. Theodoſiano*
*pag.* 171. ubi tradit quod ſi Menſor ab altero tan-
tum conductus ſit, condemnatio etiam erit facien-
da ei, qui non conducit in partem ſuam mercedes,
Salicet. *in leg. ſi quis Cod. fin. regund.* Joannes Fa-
ber *in dict. §. quædam, verſic. item veniunt damna,*
*& ſumptus*, Caſſaneus *in conſuet. Burgenſ. titulo*
*des juſtices, in verbo Par leurs ſermens, n.* 3. Boë-
rius qui ita deciſum affirmat *deciſ.* 51. *num. fin.*
Hieronymus de Monte ubi *ſuprà cap.* 26. *nu.* 11.
Eſcobar. *de ratiociniis, cap.* 47. *n.* 8. & 7. qui hoc
ſpeciale in ſalario ſeu mercede Agrimenſoris dicit,
nam aliàs regulariter qui aliter fieri efflagitat &
petit, ſuis expenſis perſolvere debet, *leg. quoniam*
*liberi, Cod. de teſtibus* Bartol. *in leg.* 3. *§. de-*
*fendi in fine, ff. ex quibus cauſ. major. & in leg.*
*ſtipulaverit, ff. ad leg. Jul. de adulter.*
Et menſura quæ finitur, ut ſit plurium † in- 12
ter ſe æqualium intervallorum longitudo, finita
dividitur, ut per uncias, per pedem, decem-
peda, & per decempeda actus, & per actum
paſſus, & per paſſum ſtadium, & per ſtadium
milliarium; & decempeda dicitur menſura qua
menſuratur terra, & definitur à numero pe-
dum, paſſus verò erit quinque pedum, id eſt duo-
rum greſſuum, & greſſus erit unius cubiti, &
unius pedis actus dicitur ſpatium centum viginti
pedum. Et tres reperiuntur actus, minimus,
quadratus, & quadratus duplicatus, minimus
autem quatuor habet pedes latitudinis, & pedes
centum viginti longitudinis, quadratus undique
centum, & viginti pedibus præfinitur: Quadra-
tus verò duplicatus erit longitudinis pedum ducen-
torum, & facit unum & denotat ſpatium terræ
quod uno die rearari poterit ab uno pare boum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

13 Stadium † enim erit octava pars unius milliarii, & ſic continet in ſe centum & viginti quinque paſſus, & minima harum menſurarum pars eſt digitus, ſi quid enim infra digitum metiam, partibus reſpondemus, & dimidiam, aut tertiam partem digiti in pede porrecto, ſemipedes duo, in conſtricto, ſemipedes quatuor, in pede quadrato ſemipedes octo.

14 Et pes eſt genus † menſuræ & habet palmas quatuor, uncias duodecim, & digitos ſexdecim, licet Gloſſa *in cap. ſicut antiquitus, in verſiculo Paſſus 17. quæſt. 1.* & Alberius *in leg. quinque pedum Cod. fin. regundor.* dicat quindecim digitos facere unum pedem, & quinque pe-
15 des facere unum paſſum. Palmus autem † habet digitos quatuor, uncias tres. Dodrans dicitur quaſi dempto quadrante, & habet palmos tres; uncias novem, & digitos duodecim: Julius Frontinus *de controverſiis limitum in Cod. Theodoſiano*, qui admonent quod hæc menſura tanquam fidelis & punctualis ab omnibus cuſtodiatur, quam refert, & ſequitur Hieronymus de Monte ubi *ſuprà dicto cap. 26. à n. 1. uſque ad n. 5.*

Quibus adde quod de Jure noſtro, Regio circa computationem paſſus, & pedis, ſeu menſuram, nullum poteſt jam eſſe dubium, cum ex lege Regia 4. *tit.* 13. *part.* 1. id apertè ſit ſancitum ibi: *que con la paſſada ay cinco pies de home meſurador, e en el pie quinze dedos de trabierſo*, quod etiam obſervavit Bartolus *in authentico de novi operis nuntiat. n.* 3. Columella *de re ruſtica, lib.* 1. *cap.* 5. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 19. *n.* 6. *& n.* 7. aperit quod quilibet digitus quatuor hordeacea grana contineat, Moja, *in ſua arithmetica lib.* 8. *cap.* 24. Eſcobar. *de ratiociniis comput.* 12. *n.* 10.

16 Ut autem menſura aptius † ſignificetur, & renuntiatio facta ab Agrimenſore a judice percipi, & intelligi valeat, & quia frequenter in contractibus, & aliis diſpoſitionibus ſcribi, & prænotari ſolet, in capite & in fine fundi, metiendorum eſſe tot jugera, vel ſtadia, animadvertendum eſt cum Bartol. *tract. de inſula in verſicul. quod frequenter accidit, numer.* 7. quod pars ſuperior quæ eſt in loco eminenti, ſive montuoſo, appellatur caput, & pars inferior ſive depreſſa appellatur pes; & ſic dicimus in capite, in pede; in principio, & in fine, *argum. leg.* 1. *§. fin. ff. de aqua pluvia arcend.* & ſi in aliqua re neuter iſtorum concurreret, tunc caput diceretur locus per quem ingreditur, & ſi ingreſſus eſſet per omnes partes, tunc diceretur caput quod eſt meridiem verſus, & pes quod eſt verſus ſeptentrionem, & punctum ſive linea indiviſibilis quæ eſt in capite, poteſt dici caput, & eodem modo pes, ut *in dicta leg.* 1. *§. caput.* Et medium dicitur quod eſt inter utramque extremitatem, cæteræ verò extremitates latera dicuntur, & quia de eis ſæpè fit mentio in inſtrumentis, ideo referam ea quæ verbo congerit Bartol. *in verſic. quod ſi ex uno*, ubi ait latera ſex modis dici: ſcilicet ſurſum, deorſum, ante, retrorſum, dextrum, & ſiniſtrum, & quod important dicta vocabula, latè verbo per eum deſcribitur, & idem tenet Pariſius de Puteo *in cap. ad diſcernendum fin. feudorum*, ſubdens quod caput accipitur pro angulis, & oppoſitis, & inſpicienda erit longitudo, & ſi non appareat, quia terra & ædificium undique eſſet æquale, tunc ille angulus erit caput ad quem habebitur regreſſus, & ſic caput erit à parte nobiliori. Pars verò oppoſita erit finis, *& in leg. ſi in aliquam, ff. de officio Proconſulis*, quæ ſi non appareat, dicas angulos ad meridiem, & ſeptentrionem reſpicientes, eſſe latera, *§. hæc conſiderantes, juncta gloſſa in verbo utroque latere, in authentico, ut omnes obediant judicibus pro bene.* Vel terra tunc erit ſine capitibus, latera tantum habens. Rurſus Paris de Puteo *in cap. demonſtratio, eodem tit.* vult quod ſi quis tibi vendat decem minas talis fundi à parte anteriori, quod illa intelligatur anterior pars, per quam dominus ingrediebatur; *leg. prædiis §. fin. ff. de legat.* 3. *& in leg. ſi vicimus, §. antepenultimo, ff. de uſufructu*, ubi communiter agitur, quæ pars dicatur anterior, & quæ poſterior, ita prænotavit Hieronymus de Monte *ubi ſuprà cap. 27. per totum.*

Et quod menſura ordinata † ad palmos, & 17
cannas, ſeu alias qualiter ſit facienda tradit Federicus de Senis *conſ.* 201. *ad principium num.* 5. *verſic. ad nonum*: ubi quod attenditur obſervantia in præteritum loci, ſi non apparet obſervantia locorum vicinorum, ſi varietas eſſet, ſervatur quod eſt æquius, vel quod ſervatur in loco factæ diſpoſitionis, ſi minus ſtandum eſſe peritis; & ſi diſcordant majori parti, ſi non reperitur major pars, recurritur ad ſtatutum.

Et an menſura quæ fit ex † diſpoſitione le- 18
gis, vel hominis conventione, debeat fieri per terram recto tramite, vel per terram ſecundum vias frequentatas an per aëra recto tramite, diſputat Alexand. *conſ.* 22. *conſideratis, vol.* 4. ubi ait quod ex diverſitate materiæ, & intentionis fit diverſis modis. Et primo fit per terram, & vias frequentatas, agatur de diætis datis ad comparendum, quia is qui debet comparere, non tenetur ire per terram recto tramite extra vias frequentatas per notata *in leg. eos, §. fin. ff. ad leg.* Corn. *de falſ. & verbo*, quod ſi via eſſet longa propter ſtagnum aquarum, illa attenditur. Secundò poteſt fieri menſura per terram recto tramite, & non per vias conſuetas, quando ageretur de diſtantia per terram de loco ad locum, & tunc fit menſurario per directionem, ſed tamen valles, & montes reddentes longiorem menſuram deſcendendo, & aſcendendo computantur. Tertiò fit menſura etiam tortuoſa per terram ex mente ſtatuentium, veluti ſi ſtatutum prohibet ædificari poſſe molendinum vicinum alteri molendino per centum perticas, ſed ſecundùm curſum aquæ tortuoſum ultra centum perticas, attenditur menſura iſto caſu per menſuram tortuoſam ſecundùm diſcurſum aquæ; quia moti cenſentur iſti ea ratione ne aqua regurgitet, & impediat primum molendinum; in quo caſu ſpecialiter loquitur de vicino per tot milliaria non poſſit eſſe officialis; quia tunc attenditur diſtantia per aërem recto tramite, ut ait Bartol. qui ita dicit determinatum per quandam extravagantem Clementis Papæ in qua ſtatuit quod monaſteria ædificari non poſſint niſi cum diſtantia tot ſtadiorum, vel cannarum, *in leg.* 1. *ff. ſi quis caut. & in leg. itinere, ff. de verb. ſignific.* & utrob. cogniter DD. *& in cap. cum nonnulli de reſcriptis*, Alciat. *in leg.* 3. *gloſſa* 2. *ff. de verb. ſignific.* Alexand. *conſ.* 22. *num.* 1. qui prædicta omnia limitat, ut communis uſus loquendi, vel conſuetudo ſit in contrarium; quia tunc ſtatutum, vel contrahentes ſemper viſi fuerunt, non habuiſſe reſpectum ad menſuram per aërem, ſed ad vulgarem, & communem uſum loquendi, ita Paulus de Caſtro *in dicta leg.* 1. *ff. ſi quis caut.* ubi dicit ita habuiſſe de facto in Florentia &

allegat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

allegat *legem cum de lanionis*, *§. aſinam*, *ff. de fund. inſtruct. leg. liberorum*, *§. quo tamen caſu cum ibi notatis*, *ff. deleg.* 3. Cardinalis Tuſcus *lit. M. concluſione* 203.

19 Et de menſura † altitudinis qualiter conſideretur & fiat, videndus eſt Baldus *conſ.* 125. *Domus conſtituitur numer.* 2. *& verſic. Videamus modo lib.* 3. Cardinal. Tuſcus *litt. A. conſ.* 318.

20 Hæc autem menſura prædictorum † jugerum, ſeu fundorum fieri debet ſecundum formam, & modum, delineationem, & computationem illius loci ubi prædia ſunt, etiamſi in alio loco fuerit celebrata venditio prædiorum ad menſuram vel aliam diſpoſitionem ex qua prædia veniant metienda, ut tradit Albericus de Roſa *in leg. arbitrio*, *§. de eo in fine*, *ff. de dolo ubi poteſt*, Guidon. de Sueza quærit ibi quid ſi Parmenſis vendit Rhegio fundum exiſtentem in territorio Parmenſi, contractus tamen fuit celebratus Rhegii, ſecundùm quam menſuram menſurari debeat, arguit ſecundùm menſuram Regii ubi contractus fuit celebratus, & allegat textum, *in l. ſi fundus*, *ff. de evictionibus*, *& in leg. Imperatores*, *ff. de contrahend. emptione.* tamen poſtea concludit contrarium, dicens, quod menſura Parmenſis attendi debet ubi fundus ſitus eſt, & allegat textum *in leg. ſi prædium*, *Cod. de prædiis minorum*, Joonn. Raynut. *in tract. de menſura q.* 5. *in fine.* Hoſtienſ. *in fine de emptione*, *& venditione*, *§. quibus in fine*, Fabian. *in eodem tract. q.* 5. *princ. verſicul. & idem argum. leg. ratio. §. fin. ff. de actionibus empti*, *& in leg. contraxiſſe*, *ff. de actionibus*, *& obligat.* Petrus de Monte *in ſuo repertorio verbo menſuram*, Riminald. *conſ.* 366. *n.* 16. Alciat. *in leg. vinum*, *n.* 37. *ff. ſic certum petatur & conſ.* 697. *in principio pract.* Papienſis *in forma actionis realis in gloſſa verbo cui cohæret*; & ita deciſum fuiſſe per Senatum Taurini affirmat Oſaſcus, *deciſ. Pedemont.* 114.

21 Quod ſi contrariam † opinionem defendere volueris pro ea tibi lex fortiſſima fundamenta ſubminiſtrat, Rolandus à Valle *conſ.* 100. *vol.* 3. ubi (ne ego in his quæ ab aliis, & ordinata, & erudite ſcripta moram faciam) videre poteris Angel. *in authent. de collat. in fin. principii in verſ. loco*, ubi inquit illum textum eſſe notandum pro venditoribus frumenti ad menſuram, quod ſemper intelligi debeat de menſura urgenti in loco contractus, Socinus 247. *col.* 4. *verſic. non obſtat quod tertia practica*, Papienſis *in forma libelli venditionis in verbo perticarum*, ubi ait, quod ſi vendita eſt res immobilis ad menſuram, vel mobilis ad pondus, & naſcatur contentio inter emptorem, & venditorem ad quam menſuram, ſive ad quod pondus menſurari vel ponderari debeat res vendita, quod ſervari, & attendi debet illa quæ conſuevit obſervari in loco contractus, Afflictis *deciſ.* 363. *n.* 5. Grammaticus *in conſtitutione*, incipiente *ad legitima pondera. n.* 9. Brunus *de augmento monetæ concl. ultim. verſ. & ſi ſit*, Decius *in leg. ſemper in ſtipulationibus*, *ff. de reg. jur.* Purpuratus *in leg. vinum n.* 93. *ff. ſi certum petatur*, Pariſius *conſ.* 64. *num.* 71. Cagnolus id receptiſſimam ſententiam dicit *in dicta leg. ſemper in ſtipulat.* Suarez *in ſuo theſauro receptarum ſententiarum*, *litt. V. n.* 17. & in puncto juris veriorem dicit Oſaſcus (licet Senatus contra cenſuit) *dicta deciſ.* 114. *in fine*, & vide Joannem Ebiavolanum *in Curia Philippica part.* 9. *cap.* 9. *peſos*, *y medidas numer.* 8.

Sed quando venditio † ad Menſuram facta 22
eſt, ſolet frequenter diſputari intra quod tempus menſuræ judicio quis neceſſariò uti debeat, & ſanè in hac quæſtione diverſæ fuerunt DD. ſententiæ, nam Socinus Senior *conſil. ult. lib.* 3. intra ſexaginta dies menſuram petendam arbitratus fuit, per textum *in leg. quod ſi nolit §. ſi quid ita*, *ff. de ædilitio edicto.* Alii exiſtimant intra annum, per textum *in leg. qui ſe gravatos*, *Cod. de cenſibus & cenſitis lib.* 1. Alii diſtinguunt utrum dictum ſit in inſtrumento quod fiat menſura, nullo terminato tempore, & tunc infrà 60. dies fieri debet aut non eſt dictum expreſsè quod fiat menſura, & tunc debet fieri intra 30. annos, ut ſolvit Decius *conſ.* 569. *numer.* 10. Alii verò in contrariam gerunt penitus ſententiam, diſtinguendo quod ſi dictum ſit debere fieri menſurationem, tunc non præſcribatur tali menſuratione, niſi poſt triginta annos. Si verò non ſit dictum quod fiat menſura, tunc elapſis ſexaginta diebus non poſſit emptor, vel venditor compellere partem ad menſuram, in qua opinione fuit Auguſt. Beroyus, *quæſtionum familiarium quæſt.* 5. ubi latè hunc articulum examinat, & vide Petrum Surdum *deciſ.* 64. *n.* 32.

Pro illius tamen perfecta, & vera † reſolutio- 23
ne ſufficit tibi referre quæ tradidit Anton. Theſaurus *deciſ.* 285. *num.* 2. his verbis : *Cum hæc quæſtio tractaretur in Excellentiſſimo Senatu in quadam cauſa Noni*, *referente illuſtr. & doctiſſimo D. Senatore Gobeano*, *ſuis dictum eſſe diſtinguendum*, *quod aut venditio fuit facta ad corpus*, *& tunc nulli dubium non eſſe*, *faciendam aliquam menſuram*, *aut fuit vendita ad menſuram*; *quod quomodo intelligatur*, *latiſſime per multorum caſuum enumerationem explicat Didac.* pract. quæſt. cap. 3. *ad quam me refero*, *cui addo Burſat.* conſ. 441. num. 1. lib. 3. *Socin. Jun.* conſ. 41. num. 9. lib. 1. & conſil. 43. eo libro, *& tunc menſura fieri debet intra ſexaginta dies niſi altera pars fuerit in mora*, *ut conſiderat* I. C. in dicto §. ſi quid ita, *aut dictum eſt ulterius quod prædium debeat menſurari*, *& tunc talis menſura fieri debet intra annum*, *ni ex eo caſu aliqua partium fuerit in mora*, *nam in odium moroſi non currit tempus*; *aut verò additum eſt*, *ut talis menſura fiat ad quamcumque partis requiſitionem*, *& quandocumque*, *& tunc requirantur ad præſcriptionem menſuræ* 30. *anni*, *per ea quæ dicit Bart.* dicta quæſt. 5. *& hæc diſtinctio videtur eſſe de mente Doctorum*, in cap. per tuas de donat. & in leg. ſi quis arbitratur de verbor. oblig. *ni res illa deveniat ad tertium bonæ fidei poſſeſſorem*, *qui per decem*, *vel viginti annos cum titulo poſſederit*; *quia tunc poſſet venditor interpellare illum ad menſuram*, *cum ſit præſcriptum rei ipſi*, *& conſequenter illa acceſſorio menſuræ*, *nec ipſe emptor poſſet interpellare venditorem ad menſurationem*, *tunc per illius negligentiam cum veriſimiliter ille magis ſcire deberet menſuram rei venditæ*, *tunc etiam*, *ut ſervetur æqualitas*, *ne plus uni parti liceat*, *quàm alteri per regulam quod quiſque juris in alium ſtatuerit*, leg. non dent, ff. de reg. jur.

*Sed quæri poteſt quid dicendum in caſu quando conventum fuiſſet inter partes quod venditor teneatur intra tres menſes menſurari facere*, *an tunc elapſis tribus menſibus poſſint partes petere*, *ut fiat menſura*, *& cum hæc obligatio reſpiciat ſolum venditorem*, *& favore emptoris duntaxat videatur pactum* appo-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*appoſitum, lapſis tribus menſibus, non poſſit venditor petere, ut menſuretur. De emptore vero an hoc poſſit petere, majus eſt dubium, & cum hoc diſputaretur in Senatu in cauſa Riparolis* 24. *Februarii* 1589. *referente Illuſtr. D. Senatore Oſaſco, aliqui ex dominis dicebant quod poterat præſcribi huic menſuræ, & diviſioni per ſpatium triginta annorum, ut per Decium* conſ. 347. *& per Nat.* dict. conſ. 569. *nec obſtat quod allegabatur actorem fuiſſe minorem, & contra eum non cucurriſſe præſcriptionem* leg. omnes & leg. ſicut Cod. de præſcriptione 30. annorum leg. fin. Cod. ex quibus cauſ. in integr. reſtit. non ſit, *nam tamen in caſu noſtro res agebatur cum infante contra quem non currit præſcriptio juxta* gloſſ. ult. in dicta leg. final. *Unde erant deducendi*, 14. *anni pupillaris ætatis, juxta* dict. leg. ſicut eſt, *ita in favorem minoris ob pupillarem ætatem fuit judicatum, vide ad materiam D.* ſol. in decret. antiq. tit. de cenſibus gloſſa unica 1. parte per totam.

*Et pro venditione facta ad Menſuram* videndus eſt Covarr. *dict. cap.* 3. *pract.* quando men-
24 ſura † adjecta cenſeatur demonſtrationis cauſa,
ita ut ſi excedat eam prædium venditum, vel
legatum adhuc debeatur, & quando videatur
venditum ad corpus, & non ad Menſuram, vide Afflictis *deciſ.* 68. *num.* 3. Bertrand. *verſ.* 30. *vol.* 5. Curt. junior. *conſ.* 131. Gozadin. *conſ.* 98. *num.* 2. Nevican. *conſ.* 38. *num.* 3. Nata *conſ.* 369. *num.* 7. Capicium *dec.* 14. *num.* 2. Pinel. *in leg.* 2. *Cod. de reſcind. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.* Petr. Surd. *deciſ.* 257. *per totam*, ubi quando rei venditæ ad corpus pro unico precio, ſi reperiatur minoris quantitatis quàm fuerit enuntiatum, minuendum eſt emptori pretium. Et quod ſi unius prædii ex duobus venditis, reperiatur quantitas deficere, & alterius excedere, fieri debeat compenſatio, nec eſt opus ſupplemento. Et quod demonſtratio falſæ menſuræ non vitiat legatum, nec minuit rem venditam: vide textum, *in leg. ſi ſervus legatus, §. quinque, ff. de leg.* 1. *& leg. his verbis §.* 1. *ff. de leg.* 3. *leg. falſa demonſtratio, ff. de condition. & demonſtr. leg.* 1. *Cod. de falſa cauſa edicta leg. notat.* Augenn. Urbicus *in Julium Frontinum de controverſiis limitat. in Cod. Theodoſiano, pag.* 177. D. Joann. del Caſtillo, & plura in propoſito inſpicere poteris, quæ libenter omitto, non enim merè genuina, & propria noſtri capitis cernunt, & ſat eſt loca tetigiſſe.

25 Verùm ſit facta menſura in renuntiatione †
Menſor quid falſum aſſeruerit, & in fraudem alicujus partis quidquam affirmaverit, ſi aliqua ex partibus ſe dicat gravatam, debet iterum ager menſurari, ut per Bald. *in dicta leg.* 1. *ff. ſi menſor falſ. mod. dixer.* Jaſon. *in dicta §. quædam num.* 82. *Inſtituta de action.* Nata *conſ.* 489.
Hieronymus de Monte *dicto cap.* 26. *num.* 10.
26 Ut cogniter dicitur de computationibus † factis;
quod ſi aliquos errores contineant, iterum revideri debent, latè Eſcobar. *de ratiociniis, cap.* 41. *per tot.* & ſi Menſor retulerit poſſeſſionem tot jugerum, ei incumbit onus probandi ſe rectè æſtimaſſe, ut docet Bartol. *in leg. Cod. de diſcurſorib. lib.* 10. Hieronymus de Monte, *ubi proxim. num.* 12.

Et ideo judex licèt debeat multum reſpicere
27 † ad declarationem Agrimenſoris, ex ſuprà notatis, & advertit Bobad. *lib.* 5. *polit. cap.* 10. *num.* 33. non tamen tenetur præciſè eam ſequi, & ſecundum eam judicare, quin potius eam poteſt reſpuere, corrigere, & revocare, Bald. *in dict. cap. quia judicante, n.* 1. *de præſumptione*, Hieronymus de Monte *ubi ſuprà cap.* 202. *n.* 1. *cum ſeqq.* ubi in dubio debet judicare pro ea parte pro qua ſunt vehementes præſumptione, Laurent. Calcan. *conſ.* 40. *quia iſta quæſt. n.* 14.

Contra Agrimenſorem verò qui falſam † rela- 28
tionem ex dolo fecerit, poterit pars gravata petere intereſſe, quod tamen intellige ſi doloſè verſatus ſit, *dict. leg.* 1. *juncto §.* 1. *& leg.* 31. *ff. ſi menſ. falſ. modo dix. gloſſa in dicto cap. quia judicante in verbo Agrimenſoris*, & non tenetur de culpa vel negligentia, de lata tamen tenetur (quæ æquiparatur dolo, ad notata *in leg. quod Nerva, ff. depoſiti*) Oſaſcus *dec. Pedem.* 109. *ſub n.* 5. & plures refert Farin. *q.* 77. *n.* 701. notat Abbas *in dict. cap. quia judicante, n.* 10. quemadmodum idem dicimus de aliis, qui ad ſedandam aliquam diſcordiam inter partes, velut relationem, & calculum faciant Bart. *in leg. fin. ff. ſi mens fal. mod.* & *in leg. fin. de variis, & extraord. cogn.* Speculat. *tit. de Parocho, n.* 5. Felinus *in dict. cap. quia judicante*, Hieronymus de Monte ubi *ſuprà cap.* 33.

Et doloſè fieri dicitur † quando malo ani- 29
mo & prava cogitatione, & induſtria aliquid fit, Paulus Caſtrenſis *in leg. quamvis, ff. de condiction. & demonſtr.* quando autem bona fide dicitur per errorem, & potius præſumitur error, quàm dolus *leg. quod adhibitis, Cod. de his qui in teſtamento*, ſibi adſcribant, ibi: *Te credo magis errore quàm malitia incidiſſe*, Jaſo *in leg. ſi per errorem num.* 10. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Rolandus *conſ.* 11. *num.* 45. *lib.* 3. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 81. & dolus cum non præſumatur, ut *in leg. meriti, ff. pro ſocio, debet probari, leg. ei qui leg. quoties §. qui dolo ff. de probationibus*: Et ex quibus colligatur, & probetur fruſtraneum & nunc inquirere, & plura coacervare, cum ita plenè, & copioſè videre poteris per Maſcard. *concl.* 531. *&* 532. Farinac. *de pœnis temperand. quæſt.* 89. *inſpectatione* 4. *per tot.* Cardinalis Fuſcus *littera D. concluſ.*

In propoſito autem colligetur dolus † ex qua- 30
litate facti veluti ſi menſura qua utitur Menſor extiterit diminuta aut defraudata aut aliquid commodi per ſordes acceperit apertè, in cujus favorem renuntiavit, vel quid ſimile probatum fuerit; quod judicis arbitrio relinquitur; Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 58. *n.* 20. Farinac. ubi *proximè inſpect.* 2. *n.* 20. & ita intelligas velim Joannem de Platea *in leg.* 1. *Cod. de metal. lib.* 11. Aviles *cap.* 8. *Prætor, gloſſa dineros, n.* 11.

At illud autem intereſſe in Agrimenſorem com-
petit actio † in factum, ut notant omnes *in di-* 31
*cto §. quidam*, & eſt textus expreſſus *in leg.* 1. *ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* & ita advertunt DD. *ſuprà* relati, ſed ſingulariter ultra omnes Joannes Criſpus de Montibus *in tractatu terminorum actionum*, qui poſt tractatum *de actionibus* Jaſonis conſecutivè invenitur, *num.* 106. *ſol. mihi* 144. cujus verba quemadmodum conducunt, & plura notabilia obiter continent, ad literam referre libuit: *In factum adverſus Menſorem qui falſum modum dixerit* (*inquit Joannes Criſpus*) *hæc actio habet locum adverſus Menſorem agrorum vel aliarum rerum, frumenti vel cujuſcunque rei, ut in menſurando ædificia, vel itinera, aream, tigna vel lapides, & in computatione rationum & ſimilium;*

*quia*

*quia ſi ejus dolo id factum eſt, ut alter puta emptor vel venditor plus vel minus ſolverit, & ſic ei, cujus intereſt falſ. mod. renuntiatum eſt, datur hæc actio in factum ad intereſſe*, vide in leg. 1. & per tot. ff. ſi menſor falſ. mod. dixero, & *circa quæ habeat locum vide* in leg. ſi menſor §. fin. cum duobus ſeqq. eo tit. de dolo, & lata culpa: *etiam quia recepit mercedem, ut* in dicta leg. 1. §. hæc actio, & §. ſed ſi mercedem, *& tunc menti; quia ex receptione mercedis quilibet prima facie diceret quod dare deberet actio locati quod reprobatur*, in dicta lege 1. in princ. verſ. ſed magis operam & ſeqq. *quod ſecundum Bartol.* ibi: *facit ad advocatum, & clientulum medium & infirmum Doctorem, & Scolarem quod inter eos non dicatur locatio, ſed potius præberi opera beneficii cauſa*, Codice *ut ibi, &c. Statera utendum quod ita demum datur in menſorem ipſi venditori, vel emptori hæc actio quando plus dederunt, alter alteri ſolvendo non ſit, cum illud quod plus datum eſt conduci poſſit, vide textum* in leg. ſi duobus, §. competit. eo tit. dic, ut habetur, ibi &c. *Secundo quod ſit præterea eſt textus* in dicta leg. 1. in princip. *Tertio quod ſit in perſona patet, ut in aliis. Quarto quod res perſecutoria patet cum detur ad intereſſe, ut* dict. leg. ſi duobus §. competit. *Quinto quod ſit in ſimplum patet cum detur ad ſolum intereſſe*, dict. §. competit, & leg. ſi menſor §. ſi cum falſas eodem tit. *Sexto quod ſit ſtricti juris patet*, in dict. §. actionum. *Septimo quod ſit perpetua eſt textus*, in leg. hæc actio, ff. ſi mens falſ. modo dix. *Octavo quod detur hæredibus eſt textus* in dicta leg. ſi duobus §. hanc actionem eodem tit. *In hærede vero non datur, ut* eodem §. verſic. ſed in hæredem. *Nono quod non infamet. Decimo quod decreta. Undecimo quod ſingularis. Duodecimo quod ſimplex. Ultimo quod non contraria &c.* Doctor Solan *conſtitutionibus antiquæ Sabaudiæ gloſſa 1. ſuper tertiam partem decreti tit. de cenſibus ſolut. fol. 52.* D. Pichard. *in §. ſi ita diſcretis n. 36. cum 3. ſeqq. Inſtit. de action.*

32 Hæc autem actio † non datur contra Agrimenſorem niſi adverſario cum quo litigatur non valente ſolvere, & in ſubſidium Felinus *in dict. cap. quia judicante, n. 2. & 3.* Jaſon. *in dict. §. quædam num. 81.* poſt Angel. ibi: *n. 14.* & facit text. *in leg. ſi duobus, §. 1. & ſeqq.* ubi gloſſa & Bart. Hieronymus de Monte *part. 2. cap. 33. n. 4.* ubi cum Felin. ait hanc actionem hæreditatis gravatæ non tamen contra Agrimenſoris hæredem dari, quæ omnia pro Agrimenſoris officio attende, ea enim quæ hic in propoſito ſcripta manent, & ſuo ordine congeſta ex Doctoribus ſigillatim tot in locis expreſſa deſumere non parum laboris erit.

33 Sed & Agrimenſorem ſolet judex † ex officio nominare, ut *in dicta leg. ſi irreptione, §. ad officium* cum aliis juris, *ſuprà num.* adductis, vel partes unaquæque ſuum, & ſi menſores qui à partibus nominati ſint, diſcordes fuerint in relatione, & menſura, nominabitur à Judice tertius non abjectis aliis menſoribus circa ea quæ videnda ſunt quæ dixi *in tract. de paſcuis ep. 15. ex num. 27.*

Sunt præterea & ultra Agrimenſores, de
34 quibus ſuprà egimus & alii plures † menſores ut operum quorum Plinius *in leg. 10. epiſtolarum ad Trajanum*, meminit & ad iſtam menſuram frequenter ſolent nominari Architecti quos vocamus *Alarifes* de quibus locuti fuerunt juris conſulti *in leg. fin. ff. de jure immunitatis cum gloſſa Imperator. in Authent. de non alienand. §. qui autem*, Textor *in ſua officina, verbo Architect.* Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi 11. p. conſ. 42.* Bobad. *lib. 5. pol. cap. 10. n. 33. lit. D.*

Et menſores navium vulgò *Anqueadores*, qui 35
earum capacitatem metiuntur, ut cognoſcatur, *que tandas toneladas hace*, Quod ad plures effectus valdè neceſſarium eſt.

Et vaſium vini ſeu piparum † Menſores qui 36
etiam in quolibet oppido multum proficiunt, ut cognita vini quantitate non fiat fraus *ala Alcavala, ni la ſiſa*, & de variis menſuris cujuſque rei liquidæ & nominibus menſurarum aliqua tradit Textor ubi *ſuprà in cap. menſuræ quædam, fol. mihi* 142. & quomodo hæc menſura vini in vaſibus incluſi fiat: vide Moyam 142. *in arithmetica.*

Et frumentarii † Menſores de quibus *in leg.* 37
*his oneribus, §. corpus menſorum, ff. de vacat. mun. ubi gloſſa verbo corpus, & in leg. menſores frumentarios, ff. de excuſat. tutor. leg. ult. ff. de jur. immunit. & in leg. 1. Cod. de conditis in publicis horreis lib. 10.* quorum Romæ certum fuiſſe corpus tradunt Briſonius & Pratrius *de verbis juris lib. 11. verbo menſores ex dicta leg. his oneribus.*

Erant etiam & antiquitus Menſores ſoli, ſeu jugerum terræ in quibus armari territoria ſolebant de quibus, *in tit. Cod. de menſoribus lib. 12. & in tit. Cod. de metatis eodem libro*, Vegetius *lib. 2. de re militari, cap. 7.* Leo Imperator de bellico apparatu, *cap. 3.* explicat Lucerna juris *dicto tit. Cod. de menſor. lib. 12.*

Iſti autem Menſores uti ſemper debent † 38
menſuris publicis quæ in unaquaque civitate, villa, aut oppido debent eſſe, ut *in leg. modius Cod. de ſuſceptoribus, & arcar. lib. 11. authent. de collat. §. eos*, ibi: *eos autem & has menſuras, & pondera in ſanctiſſima uniuſcujuſque civitatis Eccleſia, ſervare, vel ſecundum ea, & gravamen Collatorum, & fiſcalium illatio, & militares & aliæ expenſæ fiant*, Joan. de Platea *in dict. leg. modius*, & de jure Regio ità expreſsè cautum extat, *in leg. 1. & leg. 2. tit. 13. lib. 5. novæ Recopil.* ubi latiſſimè, & ſpecialiter ſtatuitur in qualibet re quæ menſura debeat obſervari Bobad. *dicto cap. 10. n. 33.* Ebiavolanus ubi *ſuprà lib. 1. cap. 9. verbo Peſas y medidas.* Matienzo *in dicta leg. 1. per omnes gloſſas*, ubi de ſpeciebus menſurarum & ſuis ſingulis nominibus, & Joann. Regnand. fecit tractatum ſpecialem de menſuris.

Et de pœnis utentibus falſis † ponderibus, & 39
menſuris vel eas immutantibus, aut quoquomodo defraudantibus, agunt plures, ut videre licet per Petrum Gregor. *ſyntagm. jur. 3. part. lib. 26. cap. 1. ex num.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. caſu 317.* Azeved. *in dicta leg. 2. dicto tit. 13. lib. 5. recopil.* & infinitos refert Farinac. *in tract. de falſitate q. 150. part. 3. n. 76.* ubi ad ſaturitatem videre poteris, & ibi de intereſſe cauſato ex defraudatione menſuræ quomodo, & qua actione poſſit peti à parte.

Sed & illud adverte ſi menſuræ invenian- 40
tur diminutæ aut quomodo defraudatæ eas frangere † debet judex, ut pluribus adductis ita advertit Bobadil. *lib. 3. pol. cap. 4. num. 103.* & nos fortè alibi diximus nempè *in cap. de los fieles.*

Tandem nonnulla quæ circa officium Menſorum maximè conducunt invenies *in cap.* de proxeneticis vulgò *Corredores* ſaltim dum agitur ibi de dolo ipſorum, & de falſis & mendoſis affirmantibus, ut poteris ante inſpicere.

---

## CAPUT XXII.

## De officio Executoris publici juſtitiæ, Carnificis ſeu Manuvolti in Hiſpania vulgò *Verdugo* nuncupati, & Præconis publici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Executoris publici juſtitiæ officium quare Reipublicæ ſit neceſſarium.*

2 *Executoris publici juſtitiæ officium apud Hebræos tempore Moyſi ſine diſtinctione ab omnibus indifferenter exercebatur, ne pudori nec dedecori adſcribatur.*

3 *Alguaceli ſolebant antiquitus officium Carnificis in Hiſpaniæ Regnis exercere.*

4 *Lictores, quorum munus ad officium Alguacelorum accedebat, executionis publicæ & damnationis cujuſlibet corporis afflictivæ apud Romanos vindices erant.*

5 *Executioni publicæ Juſtitiæ circa corporis afflictiones & cruciatus deputanda eſt perſona in qualibet magna & populoſa villa aut civitate; quæ quidem perſona publico inſerviat ſtipendio.*

6 *Executionis publicæ Juſtitiæ officio cum nulla fuerit perſona addicta, an poſſit quis compelli ad tale miniſterium exercendum?* & n. 7.

8 *Servus cujuſlibet privati, non autem ſervus alicujus Eccleſiæ vel libertus poteſt adigi ad munus Carnificis exercendum.*

9 *Servi ad officium Carnificis addicti pretium debet ejus domino perſolvi.*

10 *Aſinus ſeu animal cum curru cujuſlibet poteſt capi, ut malefactor ducatur ad ſupplicium; in quo caſu ſatisfaciendum eſt domino animalis ſeu plauſtri, damno quod inde ipſi provenit,* & n. 11. & 12.

13 *Executoris juſtitiæ creatio facienda erit ex uno carceratorum & convictorum de crimine capitis, quando non invenitur perſona abjecta quæ ad tale munus exercendum poſſit adigi.*

14 *Reum capitis Judex ad tempus vel perpetuò poterit addicere ad officium carnificis obeundum.*

15 *Carnifex omni caſu damnatorum veſtes, zonam, vel annulos uſque ad aureos quinque valentes poterit lucrari; qui mos antiquiſſimus eſt, & ſervatus fuit in Jeſu-Chriſti paſſione,* & n. 16.

17 *Carnifici ſalarium aſſignari debet ex bonis publicis civitatis ſeu villæ cujus ſervitio adſcriptus eſt.*

18 *Miniſter juſtitiæ ſeu Carnifex qui reum torquet, aut ſuſpendit, etiamſi injuſtè damnatus fuerit, prorſus à dolo & pœna immunis eſt.*

19 *Carnifex qui Clericum, & Religioſum de mandato Superioris punit, verberat ſeu trucidat, non incurrit Sacrilegium nec aliam culpam.*

20 *Carnifex qui reos inhoneſtè pertractat, venit puniendus.*

21 *Reus ſuſpendendus dum à furca, anfracto fune, in ſolum cecidit, quid agendum ſit,* remiſſivè.

22 *Executores juſtitiæ ſeu Carnifices adeò ſunt infames, ut nulla major angaria hominibus ſtatui poſſit.*

23 *Præco tanquam ſocius ſeu coadjutor in officio Carnificis cur adjungendus.*

24 *Præconis ſeu Coadjutoris Carnificis munus viliſſimum & ſordidiſſimum eſt.*

25 *Præconis officii antiquitas unde colligatur.*

26 *Præconum voces adhibentur ad contumaces reos vocandos & ſubhaſtationes publicas & privatas, & vini venditiones acclamandas, unde eis certa perſolvuntur ſtipendia.*

27 *Præconis ad officium exercendum, ſi nullus ſe offerat, quis poſſit ad illud ſuſcipiendum compelli?*

INutile admodum eſſet jura reddi ſi non eſſent
perſonæ per quas condemnationes à Judicibus
latæ, & pœnæ impoſitæ, executioni mandaren-
tur. Quare in qualibet Republica neceſſarium † 1
admodum, & inexcuſabile publici Executoris Ju-
ſtitiæ, ſeu Carnificis officium eſt, ad infligendam
delinquentibus torturam, ad eos verberandos,
publica ignominia notandos, ſtrangulandos, ca-
pite plectendos, aut furca vel patibulo ſuſpenden-
dos.

Et ſanè apud Hebræos tempore Moyſi offi-
cium † iſtud ſine diſtinctione peculiaris perſonæ 2
per omnes indifferenter exercebatur, & cuilibet
de populo delinquentem ſupplicio debito affice-
re, fas erat, nec pudori, aut erubeſcentiæ
adſcribebatur, ut colligitur, *ex Exodo cap.* 32.
ibi: *ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite, & redite de porta uſque ad portam per medium Caſtrorum; & occidat unuſquiſque fratrem, amicum, & proximum ſuum: feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi, ceciderunt &c.* Quod tranſcriptum invenio *in cap. diſciplina* 45. *diſtinctione*, advertit Bobadill. *lib.* 2. *polit. cap.* 3. *in fine*, & perpendenda ſunt verba Joannis *cap.* 8. ibi: *qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat*; quæ utique ad accuſatores referri debere exiſtimat Petr. Gregor. *ſintagm. jur. cap.* 38. *p.* 3. *lib.* 31. quibus illo tempore ſupplicii dabatur, probato crimine, facultas, cum tamen Reges Hebræorum ad imponenda ſupplicia reis, & in eis exequenda, juvenum, vel militum ſibi adſtantium armis, & miniſterio frequenter utebantur, ut habetur *primo Reg. cap.* 22. ibi: *Sic Saül juſſit Emiſſariis ſuis qui circundabant eum; convertimini & interficite Sacerdotes Domini, eo quod Davidem fugientem recepiſſent; quo tempore tamen noluerunt ſervi Regis extendere manus ſuas ad Sacerdotes Domini, præter Doëch Idumeum, cum Saül juſſit quoque. Et* 2. *Regum. cap.* 1. ibi: *Vocavit unum de pueris ſuis, & ait: accedens irrue in eum, qui percuſſit illum, & mortuus eſt:* & alia in propoſito expendit Petr. Greg. *ubi proximè.*

Sed in his Regnis antiquitus Alguaceli † of- 3
ficium in hoc exercere ſolebant, teſte eodem Bobadilla *lib.* 1. *politicor. cap.* 13. *n.* 38. quod contendit probare ex *leg.* 20. *tit.* 9. *part.* 2. ibi: *Alguacil llaman en Aragon aquel que ha de prender e de juſticiar los homes en la Corte del Rey*, & ibi: *otroſi ha de prender aquellos que fueren de recaudar e meter a tormento a los que hicieren por-*

*porque*, & in eandem ſententiam adducit textus
*in leg.* 3. *tit.* 30. *part.* 7. quæ profecto id non
probat.
Sed apud Romanos ( ſi antiquitatis monumen-
4 ta recolimus ) utique † lictores ( quorum mu-
nus Alguacelorum officio ſimile erat teſte Petr.
Greg. *lib.* 47. *ſintagm.* 3. *part. cap.* 40. *num.* 9. )
Executionis juſtitiæ, & damnationis cujuſlibet
corporis afflictivæ vindices erant, ex eodem Pe-
tro Gregorio ubi proximè qui de eis loquendo
ita fatur. *Et viles ferè erant eorum perſonæ, &
ex ſervorum genere; quod colligi poteſt* ex Stra-
bone, & Gellio, *qui ſcribunt Romanos, abeun-
te Annibale, Butrios ignominiæ cauſa à Romanis
præliis quibuſdam antea ſuperatos non milites
ſcribi ſtatuiſſe, nec pro ſuis haberi; ſed Magiſtra-
tibus in Provinciam abeuntibus parere, & admi-
niſtrare ſervorum vices: idem & adverſus Picen-
tos, & Lucanios obſervatum, qui Viatorum &
Tabellariorum loco habiti ſunt, & munus certè Li-
ctorum propemodum infame eſt, ligandi, & pre-
hendendi, vimque inferendi neceſſitatem habens.*
Quod tamen jam in deſuetudinem abiit præſertim
in his regnis, in quibus Alguaceli munus honori-
ficum eſt, & decorum nomen ſortitur, ut alibi
diximus.
Itaque ſemper in quolibet oppido, villa ſeu
civitate, præſertim in magnis, & populoſis, &
5 deputanda † perſona publica, quæ hiſce cruciati-
bus, & corporis afflictionibus ſtipendio publico in-
ſervit, quæ vel ſponte tali miniſterio, ut ſtipendii
conventione frueretur, vel fortè quia condemna-
tus ad triremes, aut ad furcam ob aliqua facino-
ra patrata, ut pœnam fugeret honori ſuo non par-
cens vivendi tamen cupidus, ſervus Reipublicæ
fuit effectus.
6 Sed quæſtionis eſt cum tale miniſterium † ita
ignominioſum apud omnes reputetur, ſi non fuerit
perſona publica ex prædictis modis adſcripta,
utrum poſſit quis compelli, & cogi in hiſce cru-
ciatibus miniſtrare, & hominem verberare, &
trucidare.
7 Et ſanè Magiſtratum, ſeu judicem † compel-
lere poſſe quem ad tale miniſterium exercendum
voluit Guillelmus de Cuneo *in leg. fin. ff. de pi-
gnorat. in rem act.* tamen non ſit perſona hone-
ſtæ conditionis, ſed multum vilis, ut *in leg.* 1.
*&* 2. *ne quis invitus offic. pub. agere cogatur*,
& ita firmat gloſſa *in Auth. demum*, *§. neceſſita-
te*, Bart. & Bald. *in Auth. de ſanctiſſimis Epiſco-
pis §. ſi verò moriatur*, pro quibus adduci poteſt
textus *in leg.* 1. *Cod. de mendicantibus validis lib.*
12. & quod legitur in paſſione Chriſti, *Marci cap.*
25. ibi: *Et angariaverunt prætereuntem quempiam
Simonem Ciræneum venientem de Villa patrem Ale-
xandri, & Ruphi, ut tolleret crucem ejus*, Mat-
thæi *cap.* 27. & Lucæ *cap.* 23. Bald. *in leg. fin.
Cod. de executione rei judicatæ*; Nam angariare
propriè eſt adigere & compellere peregrinum:
Theſaurus linguæ Latinæ, verbo angariare,
*leg. via ff. de privilegio veteran.* Florianus *in leg.
liber homo, ff. ad leg. Aquam.* Bobadill. *lib.* 1. *po-
litic. cap.* 15. *nu.* 47. & Bononiæ ita obſervatum
tradit Pariſius ſtatim citandus, qui ſuo tempore
vidiſſe teſtatur quemdam peregrinum ignotum ob
defectum Carnificis publici compulſum fuiſſe
quemdam reum trucidare, idque velo ori ſuo
impoſito, ut executor ignominiam prout ſibi
magis poſſibile eſſet, fugeret, feciſſe refert Ma-
ranta *de ordine judiciorum 6. part. actu* 3. *n.* 25.
Afflict. *in conſtit. Siciliæ vide* 1. *fol.* 189. *col.* 1.
*num.* 3. Lucas de Penna *in leg.* 1. *ne quis liber
invitus, verſ. & nota ad hanc quæſtionem*, Guil-
lelmus Benedictus *in quæſtione an occidere pec-
catores liceat n.* 3. Et ſic poteſt compelli ſervus † 8
cujuſlibet privati, dum tamen non ſit ſervus ali-
cujus Eccleſiæ, vel libertus, ut *in cap. Diaconi
cap. de libertis, & cap. Epiſcopis* 12. *q.* 2. *& in cap.
de famulis, de ſervis non ordinandis.*
Et hoc caſu quando ſervus alicujus ab eo capi-
tur, ut huic miniſterio deſerviat, † dominus non 9
debet pretio defraudari, ſed à Republica ei perſol-
vendum erit, *argumento text. in leg. Lucius, ff. de
eviction.*
Similiter, & currus, ſeu † aſinus ſeu animal 10
cujuſlibet capi poteſt, ut malefactor verberetur,
ſeu ad ſupplicium ducatur, ut docet Bart. per
illum *textum in leg. jubemus nullam Cod. de ſacro-
ſanctis Eccleſiis.* Bald. & Salicet. *in leg. fin. ff. fin.
de pignorat. action.* Guillelmus Bened. ubi *ſuprà
n.* 28.
In hoc caſu damnum domino † plauſtri, cur- 11
rus, ſeu animalis capti eſt ſatisfaciendum, ut
*argumento textus in leg. quemadmodum §. magi-
ſtratus, ff. ad leg. aquil.* & *in leg. ſocius §.* 1. *ff.
quemadmod. ſervit. amittantur*, & *in leg. item ſi
verberatum, §.* 1. *ff. de rei vindic.* tradit in propo-
ſito Pariſius de Puteo *tract. de Sindicatu, verbo
captura, cap.* 7. *per tot.* ubi plura in confirmatio-
nem adducit.
Et iſta damni † ſatisfactio expenſis quæ pro 12
executione Juſtitiæ ſolent imponi, deſumenda
eſt.
Si verò non inveniatur facilè perſona tam ab-
jecta, & in finem condictionis quæ ad tale mi-
niſterium exercendum obſtringi valeat utique hu-
jus officialis, & Executoris Juſtitiæ creatio erit
facienda ex uno † carceratorum qui vel convi- 13
ctus de delicto pro quo capitis pœnam merea-
tur, aut in opus publicum ſeu metallum dam-
nari poſſit, vel condemnatus jam exiſtat, ſentit
Bartol. quem ſequitur Angelus *in leg.* 2. *ff. de pu-
bl. judiciis*, per textum *in leg. aut damnum, §. in
calcariam cum ſeqq. & in leg. Capitalium, ff. de
pœnis.*
Quinimò ſimilem reum † poterit judex damna- 14
re, & perpetuò, vel ad tempus tale Reipublicæ
miniſterium tamquam ejus ſervus ſub pœna capitis
ſubeant, ut notant ſuprà relati, & cum eis Pariſius
de Puteo *in tractatu Sindicatus, in verbo manivol-
tus, n.* 2. *cum ſequentibus.*
Sed omni caſu talis Executor Juſtitiæ lucrabi-
tur † veſtes, zonam, & annulos damnatorum, 15
uſque ad aureos quinque valentes, ut *in leg. di-
vus* 6. *ff. de bonis damnatorum*, ut affirmant Ma-
ranta, Pariſius de Puteo poſt Lucam de Penna *in
locis ſuprà relatis.*
Qui mos † antiquiſſimus eſt, ut in Paſſione 16
Chriſti Domini noſtri fuit obſervatus; ſiquidem
ejus veſtes à Satellitibus, ut illis ſæviſſimis mini-
ſtris fuit ſuſcepta, & quia inconſutilis erat ſuper
eam miſerunt ſortem.
Inſuper debet ei aſſignari † Salarium ex bonis 17
publicis civitatis ſeu villæ cujus ſervitio adſcrip-
tum eſt, quod jure noſtro Regio expreſsè ſanci-
tum eſt, *in leg. unica tit.* 37. *lib.* 4. *novæ recopil.*
his verbis: *Ordenamos y mandamos que el que
fuere verdugo para executar nueſtra Juſticia cri-
minal en las nueſtras ciudades, villas, y lu-
gares que tubien Juriſdicion criminal, ſea exemp-
to, y quito de pedidos y monedas, y de todos
los otros pechos, y derechos reales y concejales,
y ſi por razon de dicho officio ſele ubiere de dar
ſalario, que ſe lo den de los propios del concejo ſi*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*los tubiere, y ſi no los tuviere, repartan y paguen ſegun que ſe acoſtumbran repartir y pagar los otros pechos y repartimientos.*

*El Berdugo en Corte y Chanzillerias de qualquier perſona hombre ò mujer, que fuere condenado de muerte, y executa la ſentencia, lleba las ropas que tubiere veſtidas al tiempo de la execucion, y de qualquier perſona que fuere azotada, ò traida ala verguenza, publicamente por las calles de cortes llebe un Real, y ſi las tales perſonas azotadas, ò traidas ala verguenza fueren pobres, y no tubieren de que pagar al verdugo, no le quiten por eſtos derechos el ſayo, ni jubon, gorra, ni zapatos y camiſcia que tubieren veſtido y calçado, y lo miſmo quando le dieren tormento, por ello no le lleben coſa alguna.*

*Yten que los Pregoneros en corte lleben de cada perſona que fuere condenada y executada la ſentencia, un Real, y lo miſmo del que fuere traido a la verguenza, ò azotado, y ſi fueren dos, ò mas pregoneros, no puedan llebar todos mas del dicho Real ſo pena que lo que mas llebaren lo vuelban con el quatro tanto y ſuſpenſion del officio, y en los pobres que no tubieren de que pagar, guarden lo contenido en el precedente capitulo.*

*Yten que qualquier perſona aquien enteramente ſe diere tormento, llebe de el Berdugo un Real, y ſi fuere cominacion, medio Real; ſi la tal perſona fuere pobre, no le llebe coſa alguna, ni le quiten las ropas arriba dicha per ello.*

*Otroſi los dichos Pregoneros de pregonar un Cavallo, ò mala, ò azemila que fuere perdida, llebe ocho mar, y ſi fuere beſtia menor, llebe quatro mar, y de pregonar una perſona dos maravedis.*

18 Miniſter autem † iſte Juſtitiæ qui reum torquet, verberat, ſeu ſuſpendit, cum mandato judicis id faciat, etiamſi injuſtè fuerit damnatus, prorſus à dolo, & pœna immunis eſt, ut *in cap. miles*, & *in cap. cum homo*, & *in cap. Si homicidium 23. q. 4. gloſſ. 1. in cap. quod quis de reg. jur. in 6. gloſſ. in leg. non videtur data §. qui juſſa ff. illo tit. qui not. infam.* Pariſius de Puteo ubi *ſuprà in verbo Manivoltus n. 6.* Grammatic. *deciſ. 3. n. 6. & n. 81.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 354. poſt n. 23.* Francus Marlus *deciſ. 254. in princ. quæritur quando part. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 1135. n. 4.* latè Farinac. *in tit. de pœnis tempor.*
19 *q. 97. caſu 6. per tot.* Et eadem ratione poterit †
clericum, & Religioſum de mandato Superioris
abſque ſacrilegii incurſu punire, verberare, ſeu
trucidare, ut tradit Decian. 1. *tomo crimin. lib. 4.*
*cap. 9.* & cum Baſſeo Folerio & aliis Farinacius
*in praxi tit. de inquiſitione q. 8. n. 123.* Bobadilla
*lib. 2. politic. cap. 18. n. 48.*

Quod puto verius, niſi in aliquo damnato in
executione excedat, quin etiam dixerim ſi inho-
20 neſtè † in executione reos pertractaverit, puniri
debet ex Petr. Greg. 3. *part. ſintag. lib. 32. cap.*
28. Cujus rei rationem nobis aperuit Petr. Greg.
*dict. c.* 28. ſunt enim exoſi, vel natura ipſa humana hujuſmodi homines qui exequuntur mortis, & etiam meritæ ſupplicium, utpote communi ſanguini natura condolente humano, & ſimilis conſortium locumque ubi id fit, funeſtum arbitratur. Unde meritò exclamat Quintilianus *declamat. 6.* nihil horribilius nihilque abominabilius inter mortales ſanè reperiri poteſt, quàm quem ſibi naturâ ſimilem trucidare.

Ex quo hominum communi dolore, & naturali fœdere frequenter contingit, quod ſi Carnifex iſte in primo ictu fortè in nece hominis damnati aberrat, ſaxis, teliſque in tumultu populi impetitur, ut plerumque perierit, & obrutus in carnificia fuerit, ita ut ex Lubeci hiſtoria legatur uno die quinque Lictores in carnificia eſſe obrutos; quare huic malo, & temeritati plura ſunt occurrentia jura, ut *in leg. addictos 7. Cod. de Epiſcop. aut in leg. addictos 29. Cod. de appell.* unde Cic. *in oration. pro Rabirio*, funeſtari concionem lictoris ſeu Carnificis interventu dicit.

Quinimò ſi fortaſſis † ſuſpendendus, vel malè 21
ligatus funibus à furca in ſolo cecidit, vel funis
anfractus eſt ſtatim populus id miraculo tribuit:
& quid in hoc caſu faciendum dixerit, multa
congerit Boërius *dec. 217. n. 18.* Jul. Clarus *in*
*prax. q. 98. n. 9.* ubi Baiard. *à n. 8.* elegantius
Lucas de Penna *in leg. ſi quis Cod. de deſertoribus lib. 11.*

Iſti tamen Executores, † ſeu Carnifices adeò 22
infames habeantur, quod nulla major angaria
poſſit hominibus conſtitui, ut notavit Guillelmus de Cano *in leg. fin. ff. de judiciis*, quem refert Puteus ubi *ſuprà nu. 1. in verbo Manivoltus* utrum omninò à teſtimonio repellantur; an verò faciant fidem ſaltim in aliquibus ſpectantibus ad ſuum officium, vel ejus executionem conſule Bald. *in leg. fin. q. 8. Cod. de edict. Divi Adriani, poſt n. 47.* Boërius *q. 84. Jul. Clar. in praxi, §. fin. 3. verſ. habet igitur*, & plures quos refert Farinac. qui latiſſimè rem proſequitur, & examinat *in tract. de oppoſitionibus contra par. teſt. q. 56. art. 11. per totum.*

Eſt & alius Executoris juſtitiæ ſeu Carnifi-
cis Collega † Socius in miniſterio, ſeu Coadju- 23
tor, qui reum quando ducitur ad ſupplicium co-
mitatur, & clamore ac voce elevata delicti ſpe-
ciem ac damnationem manifeſtam omnibus faciat;
qui communiter dicitur Præco, cujus officium
etiam † viliſſimum, & ſordidum omni tempore 24
fuit, ut colligitur ex Cicerone *Epiſtolarum familiarium lib. 6. ad Leptam*, in Epiſtola quæ incipit, *ſimul accepi*: & Horatio, *lib. 1. ſermon. ſatir. 6.* ibi:

*Nec timuit ſibi, nec vitio quis verteret olim*
*Si præco parvas aut (ut fuit) ipſe coactor*
*Mercedes ſequerer.*

Docet Alciatus *in leg. mercis in 2. in fin. ff. de
verb. ſignific.* Tiraquel. *de nobilit. c. 34. n...* Et in
Hiſpania quàm ignominioſum ſit, pluſquam no-
tum eſt: Et hujus officii † antiquitas colligitur 25
ex *Exodo cap. 36.* ibi: *Juſſit ergo Moyſes præconis
voce cantari, nec vir nec mulier.* Et hi præcones
† ferè ſemper miniſterio ſe offerunt, & per eo- 26
rum vocem Rei contumaces etiam vocantur, & ſubhaſtationes publicæ, & privatæ venditiones vini, & aperturæ tabernarum acclamantur, pro quo ſecundum conſuetudinem terræ, eis certa ſtipendia perſolvuntur, & pro præconiis publicis eis taxata, ſunt deſignata *leg. 1. tit. 37. lib. 4. novæ Recopil. verſ. otroſi.*

Quod ſi non inveniatur † qui ſe offerat huic 27
miniſterio, ille utique compelletur id exercere, & ſuſcipere, qui infimæ, & abjectæ fuerit conditionis, ut de Carnifice *ſuprà* obſervavimus.

INDEX

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# INDEX
## VERBORUM ET RERUM,

### Nec non variorum Jurium enucleatorum ad hunc Tractatum de Officialibus ſpectantium.

*Prior numerus Paginam, alter verò Numerum marginalem indicat.*

A


*ABSENTIA* majoris partis vicinorum qui interfuiſſe electioni Sindici ſupponuntur, quomodo poſſit probari. 112. 10

*Acceptio* perſonarum apud Deum odioſa. 15. 24

*Accidentale* officium & naturale ſuſtinens aliquis, hoc potius quàm illud exequi cenſetur, *ex doctrina Baldi.* 12. 14

*Actio* in factum competit ad intereſſe contra agrimenſorem, qui falſam relationem doloſè fecerit. 197. 31

Actio in factum contra Agrimenſorem qui doloſè falsò denuntiavit, non datur niſi in ſubſidium, & Adverſario cum quo litigatur non volente ſolvere. ibid. 32

*Adminiſtratio* bonorum Reipublicæ regulariter ad Decuriones in ſua quaque civitate pertinet; ſed verus gubernator eorum & Dominus rex eſt. 121. 19

Expenditur contra nominatum ad tutelam, & ab ea ſe excuſare prætextu nobilitatis nitentem, textus *in leg. ſpadonem,* 17. *§. ſi ſcire oportet, ff. de excuſat. tut.* ibid. 81
*Executioni* publicæ Juſtitiæ circa corporis afflictiones & cruciatus deputanda eſt perſona in qualibet magna & populoſa villa, aut civitate, quæ quidem perſona publico inſerviat ſtipendio. 199. 5
Executionis publicæ Juſtitiæ officio cum nulla fuerit perſona addicta, an poſſit quis compelli



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad tale miniſterium exercendum. ibid. *num.* 6. & 7.

*Executores* juſtitiæ ſeu Carnifices adeo ſunt infames, ut nulla major angaria hominibus ſtatui poſſit. 200. 22

Executoris juſtitiæ creatio facienda erit ex uno carceratorum & convictorum de crimine capitis, quando non invenitur perſona abjecta quæ ad tale munus exercendum poſſit adigi. 199. 13

Executoris publici juſtitiæ Officium apud Hebræos tempore Choyli ſine diſtinctione ab omnibus indifferenter exercebatur, nec pudori, nec dedecori adſcribebatur. 198. 52

Executoris publici juſtitiæ Officium quare Reipublicæ ſit neceſſarium. ibid. 1

*Exemptio* Officiorum admittitur in patre vel ejus filiis divitibus, at non ſi univerſitas ſeu populus ſit nimium pauper. 56. 38

Exemptio Officiorum perſonalium habentibus quinque liberos cur condonata fuerit. 55. 32

Exemptio à vectigalibus & cæteris tributis excepta monetâ forera, conſuetudine & præſcriptione immemoriali poteſt induci. 187. 30

Exemptionem Officiorum perſonalium præſtat numerus quinque non minus filiarum quàm maſculorum, etiamſi ſint utrinque etiam emancipati. 55. 35

Exemptionem ab officiis publicis & muneribus perſonalibus præſtat numerus quinque liberorum. ibid. 29

Exemptionem à tributo monetæ foreræ per viam nobilitatis, præſcriptione acquiri poſſe, ſentit *Flores Mena.* 187. 32

Exemptioni requiſitum numerum implet aliquis ex liberis militiæ defunctus pro Republica aut Principe. 57. 51

*Exemptus* licèt quis ſit à cæteris tributis ex ſpeciali Principis privilegio, non tamen cenſetur exemptus à cenſu monetæ foreræ. 187 28

*Eximi* nullus poteſt à præſtatione Tributi monetæ foreræ, nec per ætatem aut ſexum, nec etiam per præſcriptionem immemorialem. ibid. 29

Eximi quis poteſt à tributo monetæ foreræ, & quolibet alio capitis cenſu, ex ſpeciali Principis Privilegio. ibid. 31

Eximuntur à muneribus principales conductores Gabellarum ſeu redituum Regalium & univerſitatis. 58. 59

*Exiſtimatio* & reputatio communis Provinciæ ſufficit ut officia vilia vel nobilia reputentur. 151. 4

*Exteris* & alienigenis à Regnis Hiſpaniæ, nulla poteſt fieri per Regem donatio civitatis, Villæ, Caſtri aut Inſulæ vel alterius rei ex contentis, *in leg.* 2. *tit.* 10. *lib.* 5. 175. 17

Exteris à Regno plura ſunt prohibita munera quæ naturalibus tantum in præmium naturalitatis condonantur. 174. 11

Exteris mercatoribus merces portantibus, in Hiſpaniæ Regna ab eis aurum & argentum aſportare interdicitur, *leg.* 10. *tit.* 18. *lib.* 6. *recopil.* 175. 15

Exteris in Indiis negotiare, & aurum, argentum & alia ibidem contenta emere prohibetur per *leg.* 5. *tit.* 18. *lib.* 6. *recopil.* ibid. 14

Exteris prohibetur ne intra duodecim leucas in Regno jumenta habeant. ibid. 16

Exteris ne Officia ad juriſdictionem vel gubernationem ſpectantia concedantur, cautum extat *in leg.* 2. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop.* 174. 12

Exteros non gubernare civitates & Villas, ſed ipſos Hiſpaniæ Regni Naturales, cur expediat. 175. 13

*Exul* ſuffragium præſtare non poteſt, nec is qui eſt in vinculis. 6. 29

F

*Fames* magna, victuſque defectus quænam mala in populo creare ſoleant. 143. 1

*Familiares* ſanctæ Inquiſitionis ex privilegio Regis non coguntur ſuſcipere officia Reipub. quæ tamen acceptare non prohibentur, & ſi ea exercentes deliquerint, à judicibus ſæcularibus plectendi ſunt. 54. 21

*Fidejuſſio* eſt ſtricti juris. 81. 22

Fidejuſſio quælibet per prorogationem regulariter evaneſcit. ibid. 20

Fidejuſſiones ac ſecuritates expetuntur à Commentarienſi pro exercitio officii. 128. 55

*Fidejuſſores* non tenentur ad intereſſe ex mala nominatione facta per Magiſtratum de ſucceſſore ſuo. 81. 17

Fidejuſſores officialium & ipſi officiales & nominatores eorum quomodo & quo ordine conveniri debeant ob malè geſta. 82. *n.* 30. *& ſeqq.*

Fidejuſſores ad damnum non tenentur pro geſtis ab officiali extra tempus ordinatum & conſuetum vacationi officii, etiamſi prorogatio termini per quem fuit electus officialis, ipſi conceſſa fuiſſet. ibid. 28

Expenditur in propoſito textus, *in leg. Labeonem fin. cum leg. ſeq. ff. de ambitu, & in leg. Lucius, §. Paulus, ff. de adminiſtr. tutor.* ibid. 29

Fidejuſſores idoneos præſtare debet publici horrei Depoſitarius, antequam ad officium admittatur. 199. 19

Fidejuſſores tenetur præſtare quilibet Magiſtratus pro adminiſtratione officii Sindicatus, ſive illud ſponte, ſive neceſſariò ſuſceperit. 81. 13

Quod procedit etiamſi idoneus ſit facultatibus, & bona ſua obliget. ibid. 14

Fidejuſſores tenentur ad intereſſe non ad pœnam quam Magiſtratus delinquendo incurrit. ibid. 15

*Fidelitatem* officii proſternunt Procuratores qui Procurationes ſuas emunt. 121. 22

*Filii* cur avito crimine puniantur. 29. 22

Filii legitimati per conſequens matrimonium vel Reſcripto Principis complent numerum ad exemptionem munerum. 56. 39

Filii numerum ad immunitatem requiſitum formantes, ut vivant tempore liberationis ſufficit, licèt poſteà decedant. ibid. 40

Filius familias non prohibetur eligi ad munera publica, dummodo major ſit viginti quinque annis. 20. 51

*Fraternitatis* judices officium perſonaliter debent exercere, nec ſubſtitutum apponere poſſunt. 97. 7

Fraternitatis Judices tranſacto anno, abſque eo quod tranſeat intervallum duorum aut trium annorum vulgò *Hueco*, poterunt iterùm eligi antequam ſindicentur, quod alias in cæteris juſtitiæ officiis non procedit. ibid. 8

Fraternitatis judices uniuſcujuſque ſtatutum Nobilium, tum plebejorum creari debent ex honorabilioribus & negotio aptioribus. ibid. 5



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fraternitatis Judicum nominatio & electio ad quem pertineat. 96. 2
*Frumentum* in horreo publico poſitum, quidquid damni ex negligentia Adminiſtratoris patiatur, tenebitur ipſe perſolvere. 145. 20
Frumentum privatorum non poteſt ſuſcipi in horreo publico ab ipſius Adminiſtratore. ibid. 19

G

GAbella an debeat ſolvi tantùm de pretio venditionis, an verò de Proxenetico & ſalario præſtito mediatori ſeu Proxenetæ? 182. 73
*Gallecia* Regni gubernator præeſt regali Senatui, & militiæ militum eſt Generalis, & percipit duo Salaria. 35. 7
Quod procedit etiam dum Princeps ex duobus officiis unum facit ſupprimendo alterum, nam id obtinens percipiet duo ſalaria quæ ambo officiales percipere ſolebant. ibid. 8
*Græci* magni habebant Tabellionis munus ſicut & ſcribæ, nec ad ejus exercitium quemquam niſi honeſtis natalibus fideque & induſtria clarum admittebant. 103. 8
*Gregorii* Lopez ſententia circa tributum quod in Hiſpania vulgari ſermone vocatur *Fonſadera*, non admittitur, imò refellitur ex quodam vetuſtiſſimo privilegio per Alphonſum primum Regem Legionis, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Valpueſta conceſſum, quod *ibi* affertur. 185. 14
*Guelphorum*, & Gibellinorum factiones. 25. 10

H

H*Iſpanorum* eximia in Hoſpitibus admittendis & excipiendis humanitas. 167. 4
*Homagium* præſtitum juramenti vim habet. 207. 38
*Homo* tanquam omnium creaturarum nobiliſſimum dicitur microcoſmus. 69. 6
*Horrea* publica vulgò *poſitos* ſeu *alhondigas* in Hiſpania non multum antiquitatis habent. 144. 6
Horrea publica plura habebant Romani, præter frumentaria. 143. 5
Horrea publica reſque frumentariæ ordinabantur apud antiquos. ibid. 3
Horrei publici Depoſitarium non debet lucrari incrementa tritici quæ vulgò dicuntur *ereces*. 145. 27
Horreorum publicorum uſus apud Romanos, & à quo inventus fuerit. 143. 4
Horreum unde panis ſuppeditetur, potiſſimus modus eſt ad hominis ſuſtentationem. ibid. 2
*Hoſpitalitas* laudabilis, & digna nobili viro. 167. 8
Hoſpitalitatis juri & virtuti multum deferebant Romani. ibid. 3
Hoſpitalitatis definitio, *ex Clemente Alexandrino*. ibid. 2
Hoſpitalitatis officium ad fidem introducendam & propagandam maximè neceſſarium. ibidem 5
*Hoſpitandi* munus Nobile, ſanctum & laudabile eſt, dum Charitatis affectu & intuitu exercetur. 166. 1
Hoſpitandi pro lucro munus ſuſcipere an quis poſſit compelli qui antea tali miniſterio non ſe immiſcuit. 169. *n.* 23. *&* 24
Hoſpitandi pro lucro qui munus ſemel jam ſuſceperint, ad illud exercendum compelli poſſunt. ibid. 18
*Hoſpitator* ad hoc ut teneatur pro furto in rebus Hoſpitis in domo ſua incluſis utrum ſit neceſſarium quod ei traditæ fuerint, mulieri ſuæ aut famulo, vel ſe liberet ſi hoſpiti conceſſit clavem cubiculi vel cameræ & arcæ ubi recondere res ſuas, *remiſſivè*. 171. 37
Hoſpitator dum valeſiam vulgò *la maleta*, clauſam & ſigillatam non reddit, vel apertam reſtituit, an detûr contra eum in iſto caſu juramentum in litem, *remiſſive*. ibid. 38
Expenditur in propoſito textus *in leg.* 26. *titul.* 8. *part.* 5. quæ *ibi* affertur. ibid. 171. 39
Hoſpitatores ſeu Caupones ne pro arbitrio extorqueant à viatoribus quantùm voluerint, taxari debet merces & pretium omnium rerum quæ venduntur in Hoſpitio, tam pro cibariis quàm pro miniſterio. 170. 29
Hoſpitatores qui voluntariè muneri Hoſpitandi pro lucro ſe exponunt, tam vir quàm mulier, ſi ſpecialiter notati ſint de vita turpi & prava, judicis officio poterunt à tali miniſterio removeri. 169. 25
Hoſpitatores de furto rerum in ſuo Hoſpitio incluſarum tenentur atque etiam de facto famulorum in ſuo Hoſpitio ſervientium & de omnibus fraudibus quæ ibi committi poſſunt in damnum hoſpitum. 170. *n.* 32. *&* 34
Hoſpitatores ſeu caupones tenentur perſonas hoſpitum receptorum cuſtodire, & à periculis quæ ſibi in hoſpitio accidere poſſunt, tutos reddere. ibid. 31
Hoſpitatores ſeu Caupones licèt Officium autoritate & utilitate publicum non exerceant, publicè tamen debent conſtitui & nominari à prætore vel judice cujuſlibet civitatis & villæ. 172. 41
Hoſpitatores ſeu Caupones aliquid ultra taxam à viatoribus pro cibariis & aliis rebus recipientes non ſolùm puniendi ſunt pœnis in taxatione indicta impoſitis, verum etiam in foro conſcientiæ tenentur ad reſtitutionem. 170. 30
Hoſpitatores pro rebus in domum ſuam inductis per viatorem tenentur de dolo, lata, levi & leviſſima culpâ, niſi probaverint fortuitum caſum. 171. 35
Quod procedit etiam in alio Hoſpitante non Caupone, & in domo ſua ad modum Cauponæ accipiente. ibid. 37
Hoſpitatoribus ſeu Cauponibus facultas vendendi hordeum, ultra pragmaticæ taxam, per legem conceſſa, quomodo intelligenda. 170. 28
*Hoſpitia* condigna præſtanda ſunt Procuratoribus dum in Curiis aſſiſtunt. 123. 37
Hoſpitia conductitia qui tenent, vile & abjectum Officium exercere cenſentur. 169. 16
Hoſpitia conductitia quomodo ſint neceſſaria. ibid. 17
Hoſpitia plura reditibus dotata in Hiſpania, & Regnis Caſtellæ, ad peregrinos excipiendos qui ſepulchrum Divi Jacobi Apoſtoli adeunt, ſunt conſtituta, quorum præcipua *ibi* recenſentur. 168. 13
Hoſpitia privata vulgò *Meſones*, *ò Poſadas* in qualibet civitate ſeu oppido Hiſpaniæ conſtruuntur, quæ conductitia ſunt pro viatorum commodo. 168. 15
Hoſpitia in locis deſertis, nempe in itineribus & viis publicis conſtructa, quæ vulgò *ventas* appellantur,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pellantur, non poſſunt, ſine permiſſu publico & facultate Regia fundari. 172. 40
Hoſpitia quæ in urbe Carrionenſi & circa jam conſtructa ſunt pro peregrinis hoſpitandis, enarrat & deſcribit Author. 168. 14
Hoſpitibus gratum & propitium pro pretio ſuo miniſterium, ab Hoſpitatoribus præberi debet. 169. 26
Expenditur in propoſito textus, *in leg. Regia 6. & 7. tit.* 11. *lib. novæ Recopil.* qui *ibi* affertur. ibid. 27
Hoſpitii jus publici ſeu privati, amicitiæ ineundæ & conſervandæ etiam apud gentiles exercebatur. 167. 7
Hoſpitii ſignum qui pro foribus domus appendunt, contrahere videntur cum viatoribus obligationem hoſpitandi. 169. 19
Quod limitatur niſi plures jam Hoſpites admittere non poſſint; & ſi hoſpitandi ſint improbi homines & malæ famæ aut ſuſpicionis. ibid. *n.* 20. *& ſeq.*
Hoſpitio conductitio excipiendus eſt Nobilis cum familia, excluſo alio Hoſpite minus digno, priùs etiam recepto, qui tamen non eſt omninò ejiciendus. ibid. 22
*Hypothecæ* privilegium, utrùm pro tributis æquè competat Dominis ſive Baronibus ac Regi quando tributa, vel condemnationes fiſcales ad eos Regia conceſſione pertinent. 135. 26

## I

I*Maginarius* & non verus agnatus dicitur ille qui aſſumit arma alterius familiæ. 44. 30
*Immiſtio* carnalis cum incarcerata muliere ſub pœna Capitali vetita eſt Commentarienſi, quam etiam pænam incurrunt ipſi incarcerati, ſi talem copulam habeant, etiamſi cum muliere quæ cognita erat meretrix. 93. *n.* 10. 11. *&* 12.
*Immunes* à tributis realibus quinam ſint *remiſſivè.* 190. 50
*Immunitati* præſtandæ non conducunt liberi adhuc in utero exiſtentes. 58. 52
*Imperare* non ſolùm eſt dignitas, ſed ars omnium ſumma. 2. 24
*Imperator* non poteſt abdicare imperium niſi in manibus ejus à quo habuit. 79. 7
*Imperii* deſtructio ſequitur ſi minuantur fructus quibus Reipublicæ ſuſtentantur. 180. 33
Intelligitur deciſio textus *in leg.* 1. *titul.* 7. *libro* 6. *recopil.* quâ in re procedat. ibid. 34
Petri Fernandez, Navarret. diſcurſui politicorum reſpondetur & ſatisfit. ibid. 35
*Impugnatio* electionis cujus expenſis fieri debeat. 20. 53
*Impugnatio* electionis à quolibet de populo non debet admitti. 19. 50
*Incarceratos* ob graviora delicta laxioribus vinculis retinere non debet Cuſtos carceris. 93. 15
Incarceratum torquendum ne quis alloquatur, aut nuntium ad illum mittat, curam debet adhibere Commentarienſis. 94. 16
*Incompatibilia* quænam dicantur Officia ſeu miniſteria facile diſcreta haud quaquam eſt. 35. 12
Incompatibilia dici poſſunt Officia quæ ratione finis, ſeu exercitii inter ſe pugnant. ibid. 13
Incompatibilia erunt duo Officia in quorum exercitio & ſine perſona una duplicem contrarii ſtatus perſonam repræſentat. ibid. 14
Incompatibilibus duobus ex officiis vacat primum per admiſſionem ſecundi ipſo jure & ſine alia requiſitione. 36. 16. & 17
*Indigni* ad officia publica qua indignitate intelliguntur. 27. 24
Indignus ad Officia publica ille dicitur qui non habet qualitates ad id neceſſarias. ibid. 23
*Infamibus* portæ dignitatum patere non debent. 12. 10
Infamibus non patet ad ſcribendum aditus, vel ad aliquod munus publicum exercendum præſertim in Regiis prætoriis & tribunalibus. 103. 7
Infamis infamiâ juris indignus eſt, & inhabilis ad officia Reip. 20. 52
*Infirmitas* quomodo probetur, traditur *remiſſivè.* 58. 56
Infirmitas quæ à muneribus exemptionem præſtare poſſit qualis eſſe debeat arbitrio judicis relinquenda eſt. ibid. 54
Infirmitas vera & propria dicitur quæ ex humorum exceſſu cauſatur, & ex quibus ſuccedit febris. ibid. 55
*Infirmi* excuſantur à muneribus publicis ſuſcipiendis, & affertur in exemplum excuſationis Manlius Torquatus conſul Romanus. 58. 53
*Inquiſitorum* minorum durant officia defuncto generali Inquiſitore. 65. 26
Expenditur in propoſito textus *in leg.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. ibid. 27
*Inſpectorum* munus ad quid inſtitutum. 161. 39
*Intellectus* extraneus quinam dicitur. 63. 7
*Itinerantium* facta manifeſtatione ſeu præſentatione, à Cuſtodibus portarum & pontium omnis ſecuritas & liber tranſitus impetratur & jure conceditur. 149. 32
*Judæis* omnes adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſunt. 10. 3
*Judex*, vulgò *Alcalde Mayor* appellatur, in nihilo major reputatur cæteris judicibus ordinariis, etſi hoc nomine contrarium ſignificare videatur. 89. 49
Judex Appellationis vulgò *Alcalde mayor*, nominatus à Dominis oppidorum, debet præcedere cæteros judices ordinarios. 71. 27
Judex majorem juriſdictionem habens præferendus eſt minorem & limitatam ſeu temporalem habenti, *ex Doctrina Bobadillæ.* ibid. 23
Judex ordinarius, & judex *de la Hermandad*, dum concurrunt in aliquo negotio & ſuper actum uterque perficit proceſſum, quid tum facto opus eſt. 101. 30
Judex quilibet ſive delegatus, ſive ordinarius cognoſcere poteſt, an ſibi competat juriſdictio? 100. 28
Expenditur in propoſito deciſio *in lege* 6. *titul.* 23. *lib.* 8. *recopil.* qui *ibi* affertur. 101. 29
Judex quilibet Ordinarius habet univerſalem cauſarum cognitionem; & delegatus, illius tantum cauſæ expeditionem, quæ ſibi commiſſa fuit. 71. 24
*Judicare* & Magiſtratum gerere, munus publicum eſt. 53. 5
Judices vulgò *Alcaldes mayores* nominati à dominis oppidi non poſſunt ob infirmitatem conſtituere ſuos Subditos, qui in Hiſpania vocantur *Tenientes.* 90. 53
Judices vulgò *de la Hermandad*, debent poſt prætorem immediatum locum occupare & incedere, deinde Decuriones, poſtea Procuratores Sindici univerſitatis & cæteri Officiales prout con-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſuetudo in quolibet loco uſurpaverit. 71. 26
Judices à Baronibus nominati non poſſunt multam indicere extrajudicialem in contumaces ſeu rebelles ſuis juſſionibus, niſi ob defenſionem ſuæ juriſdictionis, & in quantitate trium ſolidorum auri. 57. 51
Judices per dominos ſeu Barones creati in ſuis villis, non poſſunt nominari Correctores, ſicut judices Regis in ejus oppidis. ibid. 50
Judices ordinarii & cæteri Officiales in Oppidis Dominorum, an ab ipſis Dominis, an verò à Conciliis nominari debeant. 119. 29
Judices tantùm Ordinarii qui vocantur *Alcaldes* in parvis villis Regiæ Coronæ Conſiliariis nominantur ab ipſarum Conciliis. 86. 17
Judicibus per Barones conſtitutis non debent perſolvi Salaria ex burſa communi, ſed ex bonis ipſius Domini. 90. 52
Judicis inferioris ſententia ſuper lite nominationis lata non eſt exequenda, ſed intuitu appellationis eſt ſuſpendenda. 49. 15
Judicum Fraternitatis vulgò *Alcaldes de la Hermandad*, origo, tempus, & cauſa eorum inſtitutionis traditur, *ex Antonio Nebrigenſi.* 95. 1
Judicum creatio ex radice ſeu fonte juriſdictionis provenit. 86. 20
Judicum *de la Hermandad*, ſententia, licèt non obſtante appellatione, poterat exequi, quinimò ab ea non poterat appellari, id poſteà ſublatum fuit. 101. 31
Jugerum ſeu fundorum menſura debet fieri ſecundùm formam & modum, delineationem & computationem loci ubi prædia ſunt ſita, etiamſi in alio loco celebrata ſit venditio prædiorum ad menſuram. 195. *n.* 20. *&* 21
*Juramentum* Officialium electionem præcedere debet. 5. 21
*Jurati* duodecim qui publicam cauſam tuebantur ab antiquo, in Regno Aragonis fuerunt conſtituti, qui poſteà jurati, ad numerum quinarium, temporibus Regis Fernandi reducti fuerunt. 116. 36
Jurati nomine ad inſtar Procuratoris generalis univerſitatis, pleriſque in locis officiales Reip. creantur. 115. 31
Jurati in Regno Aragonis quanto honore habiti fuerint, *remiſſivè.* 116. 37
Juratorum munus cum antiquorum Tribunorum Romanorum plebis officio, quomodo conveniat. 115. *n.* 33. *&* 34
Expenditur & obſervatur in propoſito deciſio textus, *in lege* 10. *titulo* 1. *libro* 7. *novæ Recopilat.* quæ *ibi* adducitur. ibid. 35
*Juriſdictio* limitata nunquam eſt prorogabilis. 99. 15
Juriſdictio in ſecunda inſtante ſi expreſsè conceſſa fuerit judicibus à Baronibus creatis, quamvis ad eos appellari poſſit, tamen ab ſententia ab eis lata in gradu appellationis, appellatur ad Regiam Curiam. 89. 48
Juriſdictio nunquam probatur ex actibus qui Dominio conveniunt, cum unum ab altero prorſus ſeparatum ſit. ibid. 44
Juriſdictio in ſecunda inſtantia, probatur ex eo quod ad aliquem deferantur appellationes. ibid. 42
Juriſdictio an in perpetuum vel ad vitam conceſſa videatur, ad dignoſcendum traditur, *remiſſive.* 88. 42
Juriſdictio ſuprema à Rege non poteſt ſeparari, & impoſſibile eſt quòd à Rege abdicetur. 87. 27
Juriſdictio an perſonæ vel territorio conceſſa fuerit, *remiſſivè.* ibid. 33
Juriſdictio contra Regem immemorialis præſcriptibilis eſt. 88. 35
Juriſdictio judicibus fraternitatis conceſſa extra caſus ad quos reducta eſt, non poteſt prorogari, etiam de conſenſu partium. 126. 12
Juriſdictio omnis regulariter accumulativa eſſe præſumitur. 110. 5
Juriſdictio electis & confirmatis conceſſa ordinaria eſt. 29. 14
Juriſdictio ad univerſitatum cauſas conceſſa dicitur ordinaria. 96. 3
Juriſdictionem præſcribi poſſe tam de jure communi quàm Regio, certum eſt. 88. 34
Juriſdictionis conceſſio quando non eſt aperta, & non adeſt titulus, cùm agitur de ea interpretanda, extendenda eſt vel coarctanda per uſum exercitium poſſidentis. 89. 46
Juriſdictionis exercitium ut tribuatur, ſufficit quod in libello aut querelæ partis vel cauſæ proceſſus, deducatur qualitas juriſdictionem tribuens. 100. 26
Juriſdictionis præſcriptionem vel immemorialem ad perficiendam, an requiratur ſcientia Regis, vel ejus Officialium. 88. 36
Juriſdictionis prorogatio ad hoc ut valeat, neceſſe eſt ut ille cujus juriſdictio prorogatur, illam habeat. 99. 14
Juriſdictionis uſus & exercitium probatur per impoſitionem & exactionem Collectarum ſeu Gabellarum, ſolutionem cenſus factam Domino vel oppido, receptionem decimæ, & cuſtodiam civitatis. 89. 43
Juriſdictionis licèt ſint plures actus & per unum probatum, videatur probata tota juriſdictio in univerſum, hoc intelligi tamen debet ſi ille actus ſit univerſalis. ibid. 45

## L

Leges quibus cautum extat medietatem munerum Nobilibus concedendam eſſe, de Nobilibus ex nativitate, non verò ex civili acquiſitione intelligendæ. 44. 27
Legis verba de caſu ex jure communi veniente, non autem ex ſpeciali debent intelligi. ibid. 28
*Legitimus* cur ſpurio præferendus. 18. 36
*Libellus* cujuſcumque actionis contra univerſitatem in Curia intentatæ, debet intimari Concilio, vel ejus Decurionibus. 113. 24
*Lictores* quorum munus ad officium Alguacelorum accedebat, executionis publicæ damnationis cujuſlibet corporis afflictivæ apud Romanos vindices erant. 199. 4
*Lis* magna ediſſeritur in Pintiana Curia circa cujuſdam pontis vel oſtii villæ de Vibao agitata inter Advocatos in ea habitantes, & Communitatem ſeu vicinos ejuſdem urbis. 147. 6
Afferuntur & perpenduntur rationes & jura pro Communitate facientia, ibid. *num.* 7. *& ſeqq.*
Lis quando movetur contra abſentem à Regno, defenſor ei creari debet cum quo acta fiant, 139. 52
Lite pendente in gradu appellationis, ſi elabatur annus officii, an electus cui contradictum fuit, jam obtenta cauſa poſſit & debeat ſequenti anno ad officium admitti, an autem pro eo anno alius

alius de novo eligendus ſit. 49. 22
Lites omnes ſuper nominatione officialium temporalium non ſunt ex ſua natura & qualitate exequibiles, ſed via ordinaria agitantur. 47. 3
Afferuntur jura appellationem à nominatione officialium admittentia. 48. 4
Litigium & competentia in ſede & voce in Curiis inter cives Burgenſes & Toletanos, *ibi* inſeruntur Hiſpano ſermone. 118. 9
Litis cauſa & ſucceſſus circa facta plebeio collationem officii ſtatui duntaxat nobili competentis, enarratur. 41. 12
*Litteras* Regias ad perſonam officio Procuratoris aptiſſimam, Regem miſſurum credendum eſt. 121. 20
Litteris motu proprio à Rege vel Principe miſſis, ut civitas eligat quem nominaverint, parendum eſt. 120. 17
*Locus* an ſit de ſubſtantia electionis officialis. 4. 9
*Lucrum* ex cambio in mutuo conſiſtenti proveniens, uſuram quare ſapiat. 156. 11
*Ludos* vetitos in carcere, nec non juramenta & blaſphemias, debet prohibere cuſtos carceris. 93. 9

M

*Magiſtratus* nominans famulum vel officialem non tenetur pro delictis privatis extra officium commiſſis. 81. 16
*Major* congregandorum & vicinorum pars ſufficit ad reelectionem Judicum Fraternitatis, ſicut ſufficiebat ad primam electionem. 97. 9
Major vir publicus in bona juriſprudentia prævalet & præponderat minori. 123. 36
Major pars prædominans ſemper attenditur in electione officialium. 21. 8
*Mandata* Regia, vulgò prohibitiones de remiſſo, ſolent expediri in Regia Curia, Pintiana concontra Alguacelos qui negligentes attenduntur in ſolutione parti facienda. 91. 8
Mandatum cum pacto de non revocando revocari poteſt, & precarium cum detrimento Adverſarii, etiamſi cauſa non adeſſet, dum tamen electus abſit, maximumque incommodum ex revocatione non proveniat. 64. 15
*Manes* inferi unde dicti. 4. 12
*Maritus* ob dolum privatur Privilegio reverentiali quod habet, & ei competit adversùs uxorem. 142. 67
*Mediator* matrimonii vulgò *Caſamentero*, nimis laudando & approbando alterum ex conjugibus, falsò videlicèt enarrando divitias & animi dotes, an ad aliquid teneatur alteri. 178.38
Mediator ſeu Proxeneta favore matrimonii & dodotis in teſtem admittitur. 180. 59
*Menſores* agrorum nullam habent juriſdictionem, & ſunt diverſi à judicibus & arbitris terminorum & finium, ſed eis tantum adſunt quaſi teſtes ad quæſtionem dirimendam. 193. 5
Menſores navium ad quid inſtituti ſint. 197. 35.
Menſores frumentarii etiam jure inſtituti ſunt. ibid. 37
Menſorum vaſorum vini officium ad quid utile & neceſſarium ſit. ibid. 36
Menſores omnes tenentur ſemper uti menſuris publicis, quæ in unaquaque civitate, villa aut oppido debent eſſe. 197. 38
*Menſura* quando cenſeatur adjecta demonſtrationis cauſa, ita ut ſi excedat eam prædium venditum vel legatum, adhuc debeatur. Et quando videatur venditum ad corpus, & non ad menſuram, *remiſſivè*. 196. 24
Menſura altitudinis qualiter conſideretur, & facienda ſit. 195. 19
Menſura ut aptiùs ſignificetur; & renunciatio facta per Agrimenſorem à judice percipi & intelligi poſſit, quædam advertuntur circa denominationem partium fundi. 194. 16
Menſura agrorum frequenter fit utriuſque partis impenſa, etiamſi una pars non ſolùm non expetierit menſorem, ſed etiam expreſsè contradixerit nominari. 193. 11
Menſura ordinata ad palmos & cannas ſeu alias, quomodo ſit facienda. 194. 17
Menſura quæ fit ex diſpoſitionibus legis, vel hominis conventione, an debeat fieri per terram recto tramite, vel per terram ſecundùm vias frequentatas, an per aëra recto tramite. ibid. 18
Menſura facta, ſi Menſor quid falſi in renuntiatione aſſeruerit, & in fraudem alicujus partis quidquam affirmaverit, ſi aliqua ex partibus ſe dicat gravatum, debet iterum ager menſurari. 196. 25
Menſuræ inventio antiquiſſima eſt. 192. 2
Menſuræ ſi imminutæ aut quomodocunque defraudatæ inveniantur, debet eas judex frangere. 197. 40
Menſuræ miniſtri ſpeciales quare & quando fuerint deſignati. 192. 4
Menſuram, ut faciat Agrimenſor, debent citari partes, & eis aſſignari certus dies; & ſi citatæ non vadant ad locum menſurandum, poterit ipſe menſuram facere. 193. 10
Menſurarum varia genera aſſignantur. ibid. 12
Menſuris falſis & ponderibus utentes, vel eas mutantes, aut quoquomodo defraudantes, quibus pœnis ſint obnoxii, *remiſſivè*. 197. 39
*Mercatores* benignè, & ſalva honeſtate compellendi ſunt ad ſolutionem fiſcalium. 149. 39
*Merces* cujuſcunque generis, & victualia corrupta vendentes extraordinariè & arbitrariè puniuntur; & judex poterit merces corruptas projicere & perdere. 110. 6
*Metalli* puri & abſque ulla miſtione ingens nunquam portio extrahitur ex terræ viſceribus. 163. 7
Metallorum in concretione præ cæteris elementis dominatur aqua. ibid. 5
Metallorum quinque aſſignantur ſpecies, ex quibus conficiuntur monetæ. ibid. 4
Metallorum concretio quomodo fiat. ibid. 6
*Militare* expenſis Regni communibus Princeps poterit, ſi reditus Regni & exactiones conſuetæ non ſufficiant. 123. 32
*Milites* armatæ militiæ ex diſpoſitione juris immunes ſunt ab munere perſonali, & ab omni miniſterio quod poſſit illos avertere quoquo modo à ſua militia. 147. 15
Milites vulgò *del Vatallor*, & omnes qui bello expoſiti ſunt, eximuntur à muneribus publicis acceptandis. 54. 22
*Militia* ſancti Joannis ex prætextu Hoſpitalitatis & defenſionis peregrinorum ortum habuit. 133. 9
Militias duas quis non poteſt exercere, nec duobus ſociari collegiis. 34. 2
*Miniſter* juſtitiæ ſeu Carnifex qui reum torquet, aut ſuſpendit, etiamſi injuſtè damnatus fuerit, prorſus à dolo & pœna immunis eſt. 200. 18
Miniſtri quidam inferiores, vulgò *Quadrilleros* vocati,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vocati, præter judices *de la Hermandad*, creati ſunt, qui quidem miniſtri tribunali dictorum judicum inſervientes, juriſdictionem coadjuvant, & in honore & cura Officii participes ſunt. 101. 32
Miniſtri vulgò *Quadrilleros* in omnibus officium ſuum tangentibus, judicibus *de la Hermandad*, tanquam Superioribus tenentur obſecurdare. ibid. 33
*Modi* eligendi Officiales varii. 5. 22
*Molinæ* opinio circa digniorem eligendum ad officia publica. 24. 5
*Moneta* ex auro & argento rarò in Hiſpania mutationes extrinſecas recepit. 165. 17
Moneta ex auro, argento vel ære ſæpè mutationes extrinſecas recepit. 164. 16
Monetæ diminuto valore ex nova pragmatica ſive lege principis, an periculum diminutionis debeat ſubire Theſaurarius in moneta & pecunia, quam ut Principi perſolveret, jam receperat, & cuſtodiebat. 137. *n.* 42. & 43
Monetæ diminutæ periculum ſubibit ille qui oblatam à parte pecuniam pro redemptione cenſus, renuit accipere, & inde à judice deponi juſſa fuit. 138. 47
Aſſertur in propoſito ab Autore cauſa & ſucceſſus litis motæ per villam de Rus contra Comitem de Villamor, ſuper depoſito ſortis principalis, & recenſentur omnes rationes & jura ab utraque parte allata. ibid. 48. & *ſeqq.*
Monetæ varia accidit mutatio ex diverſis cauſis quæ *ibi* afferuntur. 165. 18
*Mulieres* Neophytæ in nutrices filiorum Regis de jure non admittuntur. 13. 16
*Munerum* in exemptione favor Reipublicæ cauſa principalis & immediata fuit, educatio verò liberorum cauſa remota vel impulſiva. 57. 46
*Mutatio* Officialium frequenter vergit in detrimentum publicum. 64. 19
Mutatio rara Officialium boni Principis ſpecimen præbet. 65. 20
*Mutus*, ſtultus, & furioſus cur ad officia inhabiles. 16. 29

N

*Naſcitur* nemo ita liber ut ſibi ſoli naſcatur, ſed etiam patriæ ſuæ commodis & uſui. 52. 1
*Natura* ipſa, non verò accidens in cujuſlibet rei cognitione attendenda eſt. 42. 13
Natura potius quàm adventitius caſus conſiderari debet. ibid. 15
*Naturalem* qualitatem alicui ineſſe idem eſt ac ineſſe ex privilegio. 43. 23
*Neceſſitatis* tempore plura licent, quæ ordinario jure exoſa videntur. 161. 53
*Neophyti* omni tempore ingratiſſimi. 12. 12
Neophyti conſilio & prudentia vacui. ibid. 13
Neophyti à dignitate Senatoria in Regis Conſiliis & Cancellariis excluſi. ibid. 14
Neophyti in regno Navarræ nec ad munera publica, nec ad munus advocationis admittuntur. 13. 15
Neophyti infames in jure habentur. 12. 9
Neophyti veteranis Chriſtianis inimici & cur. 11. 6
Neophyti ad officia honorifica Reipublicæ admitti non debent. 13. 21
Neophyti & noviter converſi, & eorum nepotes à præbendis Eccleſiarum excluduntur. ibidem 17
Item ab officiis S. Inquiſitionis, & à quibuſdam Religionibus, præſertim D. Hieronymi. ibidem 18
Item ab Ordinibus militaribus S. Jacobi. ibidem 19
Neophytis deficiunt qualitates quæ in jure requiruntur ad rectè gubernandum. 14. 11
*Nepotes* continentur in nomine liberorum ad complendum numerum qui excuſat ab officiis. 56. 36
Nepotes plures tantùm loco unius patris mortui habentur ad numerum excuſantem faciendum. ibid. 37
*Nobiles* duntaxat ad officia honorifica Reipublicæ antiquitus fuiſſe invitatos multa ſuadent teſtimonia, aut ſaltem plebeiis fuiſſe prælatos. 39. 1
Nobiles dum ita pauci ſunt numero ut ad officia ipſis convenientia per continuationem aut reelectionem explenda non ſuppetant, tunc plebeii eorum loco creantur, donec Nobiles inveniantur. 41. 10
Nobiles eximuntur ab officiis acceptandis ſi ea officia ad quæ nominantur ſint vilia & indecora. 58. 62
Nobiles inter & plebeios in ſtatu Caſtellæ ſolent omnia Reipublicæ officia honorifica pro æquali ſeu dimidia parte diſtribui. 40. 5
Nobiles licèt firmum jus habeant ad medietatem Officiorum Reipublicæ, ſtatus tamen plebeiorum contra ſtatum nobilium poterit præſcribere, & è contra. 45. 44
Nobiles non poſſunt compelli ad officia acceptanda, etſi vilia non ſint, dum tamen aliquo modo nobilitati aut opinioni præjudicent, *ex Conſilio Jacobi Galli.* 60. 78
Nobiles privilegiati ſuum privilegium quoad acquiſitionem Officiorum non minoris quàm nobiles ſanguine æſtimare debent. 45. 42
Nobiles ſi tres fuerint qui ſtatum in aliquibus actibus diſtinctum & formatum habuerunt ſententiis vel uſus præſcriptione acquiſitum, in uno tantum Nobili qui nunc ſit, ſtatus conſervatur quoad omnes præeminentias ſtatui competentes. 40. 7
Nobiles tutelæ immunitate & exemptione regulariter non gaudent, niſi illi tantum quibus ob magnam ſuam generoſitatem vel ob aliquod ſpeciale privilegium expreſsè fuit indulta exemptio. 59. 68
Nobilibus conceduntur officia, vulgò *Alcaldes de la Hermandad*, dicta ad hoc ut Nobiles ex privilegio prædictis officiis gaudere poſſint. 43. 25
Nobilibus æqualiter & plebeiis ut officia conferantur, peti poteſt ubi fuerint tres Nobiles qui ſtatum forment & perficiant. 40. 6
Nobiliores Officiales adverſus locum ipſius debitum uſurpantes vel in poſſeſſione turbantes actione injuriarum agere poſſunt. 70. 13
Nobilis attento jure communi perſonalia & realia munera ſubire compellitur, ex textu *in Authentic. de defenſoribus civitatum, §. audiam, verſ. ſi qua vero.* 59. 67
Nobilis conductor terrarum quæ ad Regem ſpectant, an pro earum reditibus non ſolutis incarcerari poſſit, *remiſſivè.* 152. 16
Nobilis privilegiatus cum Nobili ex ſanguine dum concurrit in electione officii, ille huic poſtponendus eſt. 45. 37



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nobilis Nobilitatis ſuæ cauſam agens an lite pendente poſſit eligi ad officia Nobilibus competentia, an verò ad officia plebeiorum debeat nominari, & nominatus cogendus ſit ad tale munus acceptandum. 46. 45
Nobilis ex ſanguine præfertur illi qui ex propria virtute conſecutus eſt nobilitatem. 45. 38
Nobilis conductor vectigalium Regis poteſt pro eorum debito incarcerari & in vinculis detineri. 152. 15
Nobilis infringenti ſuam libertatem per voluntariam ſuſceptionem conductionis vel exactionis patrimonii regalis, non tamen per aliquam renunciationem, nec citatam nec expreſſam, per quam juri, ne in carcerem detrudatur, videatur renunciari. ibid. 14
Nobilis lite pendente ſuper Nobilitate ſua tributa interim ſicut Plebeius & agnoſcit & ſolvit. 46. *n.* 46. *& ſeqq.*
*Nobilitates* ob aliquale ſervitium vel levem cauſam adepta non tanti æſtimanda eſt. 45. 39
Nobilitas propter militare exercitium aut aliquod egregium virtutis facinus conceſſa maximi habenda eſt, poteritque concurrere cum nobilitate ſanguinis. 45. 40
Nobilitatis conceſſio laudabilis eſt in regibus liberalitatis virtus & remunerationis. ibid. 41
Nobilium in ſtatu quoties deſunt tot perſonæ quot requiruntur ad officia ipſius ſtatus peragenda, vel etiam ad numerum electorum explendum quid faciendum ſit in hoc caſu. 42. 17
Nobilium præfectis licèt reſervata ſit cauſa nobilitatis, de ea tamen judices inferiores incidenter poſſunt cognoſcere. 99. 19
*Nominati* ad aliquod officium non poſſunt reprobari, ſi aliàs ad aliud Officium quod parem requireret idoneitatem, fuerint approbati. 19. 49
Nominati ad officia an juriſdictionem à Barone confirmante, an verò ab electionibus accipiant. 28. 5
Expenditur in propoſito pro Baronibus textus *in authent. de defenſoribus civitatum, §. jusjurandum.* ibid. 6
Pro Electoribus verò varia afferuntur jura. ibid. *n.* 8. 9. *&* 10
Nominati in electione antequam admittantur ad uſum Officii, tradaturque eis poſſeſſio, tenentur jurare. 12. 43
Imò antequam jurent licèt ſint nominati, & recepti, nec ſunt judices, nec habent poteſtatem judicandi. ibid. 44
Nominati ad officia poſſunt variis ex cauſis ſe excuſare, & ab eorum onere eximi. 54. 19
*Nominationi* ad officium authoritate & utilitate publicum, & non admiſſioni accuſationum dum appellatio intra legitimum tempus interpoſita eſt, talis nominatio vel ſententia accuſationes non admittens exequenda non eſt. 49. 19
Nominatio evidenter continens iniquitatem ex actorum ſerie reſultantem, non eſt exequenda, & interpoſitæ appellationi debet deferri quoad utrumque effectum. ibid. 18
Nominatus ad aliquod officium cujuſdam oppidi vel civitatis dum lis pendet, an ſit ejuſdem oppidi civis vel vicinus, non debet ad id aſtringi, ſed expectanda eſt deciſio & determinatio ſuper prima lite. 78. 20.
*Notarii* munus eſt publicum, atque Regia & publica autoritate conſtitutum. 103. 6
Notarii officium continere dignitatem jure probatur. ibid. 9
Notarii Regis ſeu magni Conſilii vel Regalium Curiarum, vulgò *Secretarios e Eſcrivanos de Camera*, cur in primis magni habeantur, & eorum exercitium laudabile æſtimetur. 104. 14
Notarius electus per Archiepiſcopum pro vita ipſius Notarii, non poteſt per ſucceſſorem in Archiepiſcopatu removeri. 90. 10
Notarius vel Tabellio cui mittitur recipere fidejuſſorem tenetur ad intereſſe parti. 80. 4
Notarius, Procurator fiſcalis, Collector pecuniæ publicæ, item & Depoſitarius poſſunt cogi ad officia ſua exercenda. 33. *num.* 10. *& ſeqq.*
Aſſertur exemplum recens coactionis ad officium acceptandum ſub pœna duorum millium ducatorum. 54. 14
Notarius quibus in caſibus non teneatur ad intereſſe, etiamſi fidejuſſio per illum recepta apparuerit, & etiam extiterit minus idonea, ditur. 80. *n.* 5. *& ſeqq.*
*Numam* Pompilium menſuræ inventorem aſſerentes Autores refelluntur. 192. 3

O

OBjectio extrajudicialis ad ſuſpendendam executionem electionis, & cur. 22. 10.
Procedendum eſt in hoc caſu appellatione remota. ibid. 11
Objectio facta nominato ad officium poſt confirmationem ſuperioris non impedit poſſeſſioſionem nec officii exercitium. 49. 13
*Obſcuri*, ſeu obſcuro loco nati regulariter ad officia Reipublicæ non admittuntur. 16. 32
*Obtinere* ii debent in electionibus officiorum cui major pars eligentium adſtiterit. 21. 2
Quod non procedit in rebus gratiæ. ibid. 3
Et hoc intelligendum eſt perinde ac ſi eſſet ſtatutum vel conſuetudo diſponens quod major pars non ſufficiat. ibid. 4
*Oeconomi* ſeu Adminiſtratoris oppidi officium in quo conſiſtat. 128. 22
Oeconomi officium à nullo vicinorum urbis poteſt recuſari, & ad illud acceptandum quilibet poteſt compelli, niſi adſit juſta excuſatio. 125. 5
Oeconomi officium utrùm honorabile an verò humile reputetur. 126. 6
Oeconomus bonorum oppidi non ſolùm tenetur exigere reditus bonorum Reipublicæ tempore Adminiſtrationis creatos, verùm etiam eos quibus anteceſſor ſuus in officio rationibus ſuis redditis, debitor extitit. ibid. 13
Oeconomus, vulgò *Mayor-Domo de propios*, inter vicinos oppidi ſolet nominari ab univerſitate ſeu Concilio, qui quidem œconomus bona univerſitatis fideliter adminiſtret. 125. 4
Oeconomus oppidi nihil poterit ſolvere, niſi de mandato judicis & Decurionum vel aliorum qui populum repræſentant. 128. 23
Lex Regia 22. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ recopil.* quæ ad ſolutionem per œconomum faciendam, inter-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

interventum judicis requirit, jus novum inducit. ibid. 24
Oeconomus pro ſolutione facienda ſibi commiſſa, aliquod munus accipiens, pravi adminiſtratoris notam incurrit, & pluribus pœnis & noxis fit reus. 128. 28
Oeconomus ſi exactam diligentiam in exigendis Reipublicæ debitis ſe feciſſe Concilio actu oſtenderit, liber & ſecurus manebit. 127. 14.
Oeconomus qui Chirographa ſeu Schedulas, aut alia inſtrumenta, quorum virtute aliquam exactionem ratione officii facere tenebatur, Concilio vel Decurionibus reddiderit, dum rationes ſuas retulit, ſummis & quantitatibus in eis contentis non erit onerandus. ibid. 15
Oeconomus ſolvere poterit in exiguis & parvis quantitatibus, & ſufficiet ad ipſius exonerationem quòd ſibi verbo tenus præcipiatur, & ſtabitur ipſius aſſertioni, & libri ſui ſcripturæ. 128. 26
*Officia* duo habentia adminiſtrationem obtinere quis regulariter non poteſt, dum per actum unius impeditur exercitium alterius. 36. 15
Officia alia honorifica, alia vilia. 2. 19
Officia annalia eſſe debent vel ſaltim per triennium aut ex cauſa per ſexennium. 31. 3
Officia privata quid ſint. 2. 16
Officia publica duplici ſunt in differentia. ibidem. 15
Officia quædam publica, quædam verò privata. ibid. 14
Officia vilia & indecora quænam dicantur traditur, *remiſſive.* 59. 63
*Officiales* ab officio publico derivantur. 2. 20
Officiales antequam ſint, non poſſunt nominari ad officia. 18. 40
Officiales à verbo *Officium*, derivantur. 1. 2
Officiales Reipublicæ quo ſenſu dicantur. 2. 21
Officiales omnes ad beneplacitum conſtituti in dubio cenſentur annales. 31. 4
Officialis qui ob demerita fuit remotus ab officio Reipublicæ maxima ignominia notatur. 19. 42.
Officialis tranſacto anno ſui officii ad idem non niſi lapſo quinquennio, & ad aliud niſi triennio poteſt promoveri. 32. 14
Quod procedit etiamſi ipſe electus & nominatus velit nominationi aſſentire. ibidem. 15.
Officialis ultra annum munus exercere poteſt, quando electus ad idem officium nondum adeptus fuiſſet poſſeſſionem. ibid. 13
Officialium ad electionem per compromiſſum proceditur, & quando. 5. 24
Officialium verbo quid ſignificetur. 1. 1
Officiorum dimidia pars ita competit honorabilibus annuatim & eorum ſtatui, ut in locis ubi non ſunt tot Nobiles ad hæc officia gerenda, poterunt Nobiles officiales exiſtentes expleto officii annalis tempore continuare ſequenti anno idem etiam officium. 40. 8
Officium avi circa nepotem quid. 1. 5
Officium cenſuale, cohortale, comitianum. 2. *n.* 9. 10. & 11.
Officium dicitur quod quiſque efficere debet. 1. 3
Officium Magiſtratus. 2. 7
Officium nobile & mercenarium quid. ibidem. 13
Officium paternum. 1. 6
Officium pietatis quid. ibid. 4
Officium pro munere publico & honore uſurpatur. 2. 8
Officium quandoque dicitur ipſe locus, in quo Officiales conſiſtunt. ibid. 12
Officium qui differat ab artificio. ibid. 17
*Opinionum* & dogmatum diſſidia circa nobilitatem vel abjectionem Officii Exactoris vectigalium, diſtinctione conciliantur. 152. *n.* 13.
*Oppoſitio* defectuum in electis minori parti eligentium competit. 17. 48
*Ordinarius* Judex, an de Nobilis cauſa criminali poſſit cognoſcere dum ſubeſt quæſtio, an nobilis torquendus ſit. 100. 20
Solvitur diſtinctione difficultas objecta, & intelliguntur & concordantur omnia jura primæ opinioni adverſantia. 21. *& ſeqq.*
*Ordinem* & graduum ſeparationem inter homines haberi legibus & conſtitutionibus politicis, cautum extat. 69. 8
Ordinum ac graduum diſtinctio in omnibus ſervanda eſt. 68. 1
Ordo in Cœlorum & ſiderum compagine ac ſtructura præter influxus & aſpectus varios, mirabilis enitet. ibid. 2
Ordo loquendi ſeu ſuffragia præſtandi ſervandus in electione. 6. 26
Ordo ſervandus in Eccleſia quoad res ſpirituales audiendas & aſſiſtentiam ſacrorum, actus eſt ſpiritualis. 75. 45

P

P*Almus* quot contineat digitos, & dodrans Palmos. 194. 15
*Partitio* in æſtimo regulariter fit per æs & libram. 189. 49
*Patri* habenti filios lex tribuit prærogativam præcedendi in honoribus non habenti, & plures habenti concedit præcedentiam reſpectu ejus qui pauciores habet. 55. 34
*Patronus* ſucceſſor non tenetur ſtare nominationi ſeu conceſſioni à prædeceſſore factæ. 64. 12
*Pauper* utrùm ob inopiam videatur indignus Officiorum Reipublicæ. 19. 46
Pauperes tributum perſonale & capitis ſolvere non tenentur. 189. 45
Pauperum Advocatus ſi non ſit deſignatus, poteſt compelli quilibet ex Advocatis pauperem gratis adjuvare. 53. 9
*Pecunia* vel nummus quot modis conſiderari poſſit. 158. 27
Pecunia judicis juſſu apud Depoſitarium conſtituta, ſi iterum ad petitionem alterius creditoris ſequeſtrare videatur, & Depoſitario ſeu Theſaurario, mandato judicis intimetur, quod eam retineat, tunc in iſto caſu, ſi quilibet ex creditoribus ſententiam conſequatur ut ſibi ſolutio fiat, Theſaurarius prædicta ſententia requiſitus, non tenetur ſtatim ſolvere, niſi compulſus à judice, & appellatione ab ejus mandato interpoſita, aliàs non rectè ſolvit. 141. 61
Pecunia publica nemo ad alium uſum quàm deſtinatum, uti poteſt. 145. 22
Pecunia quæ datur numerata, & non in ſacculo, transfertur in Dominium Theſaurarii qui de ea poteſt diſponere, *ex Doctrina Alciati.* 136. 34



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alciati & Burſati rationibus reſpondetur quòd ſola numeratio pecuniæ non efficit ut tranſeat in Dominium Receptoris, nec ut tantundem reddatur, ſed ut ſciatur quantum fuerit ſolutum & receptum. ibid. 35
Pecuniæ valor ſolet aliquando minui, & quibus de cauſis. 158. *n.* 31. & 32
*Penſitationum* ſeu ſolutionum tria genera tempore Romanorum fuerunt, quæ in ærario publico conſtituebantur. 132. 3
*Peræquatores* à Cenſoribus in quo differunt. 188, 38
Peræquatores, ſeu *Empadronadores*, ſi inæqualem partitionem aut deſcriptionem quoad tributum in bonis vel perſona fecerint, quonam remedio uti poterit gravatus. 190. 1
Peræquatorum in tributis indicendis & colligendis quale eſſet officium. 267. 37
*Perſonæ* idoneæ & habiles eligi debent ad Reipublicæ officia. 9. 1
Perſonæ inhabiles & incapaces ad ſubeunda Reipublicæ munera, quæ. ibid. 2
Perſonæ quænam intervenire debeant in electionibus & ſuffragia præſtare. 7. 16
Perſonæ quot ſunt electæ, tot ſunt etiam electiones. 26. 21
Perſonis abjectis & vilibus nunquam committi ſolent res magni momenti, & autoritas Reipublicæ. 103. 5
*Pes* genus menſuræ quot Palmos & digitos habeat. 194. 14
*Petere* & ambire officia ſolebant Romani. 75. 1
Peti poſſunt officia à Rege etiam intercedente pretio, *ex Doctrina Bald.* 76. 2
